CORPORIS

# HAERESEOLOGICI

TOMUS PRIMUS.

# PHILASTRI,

## AUGUSTINI, PRAEDESTINATI, PSEUDO-TERTULLIANI, PSEUDO-HIERONYMI, ISIDORI, PAULI, HONORII

# DE HAERESIBUS

ET

## GENNADII

## DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS

LIBRI

EDIDIT

**FRANCISCUS OEHLER.**

BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLVI.

# CORPORIS

# HAERESEOLOGICI

## TOMUS PRIMUS

CONTINENS

SCRIPTORES HAERESEOLOGICOS MINORES
LATINOS

EDIDIT

**FRANCISCUS OEHLER.**



BEROLINI
APUD A. ASHER ET SOCIOS.
MDCCCLVI.

# PRAEFATIO.

Corpus Haereseologicum tomis absolvetur octo, quorum primus complectitur haereseographos minores Latinos, alter et tertius Epiphanii Panarium et Anacephalaeosin, quartus Theodoreti et Pseudo-Origenis libros, quintus Ioannis Damasceni, Leontii, Timothei compendia, adiunctis aliorum quorundam opusculis, sextus Irenaei libros, septimus atque octavus Nicetae Choniatae Thesaurum Orthodoxae Fidei, maximam partem adhuc ineditum.

Iam de singulis libris quos primus hic comprehendit tomus breviter dicam.

I. **Philastrii** sive **Philastri** (v. P. Galeardum ad librum S. Philastrii de Haeresibus Praefat., pag. VII sqq. Collect. Vett. Patrum Brixianae Ecclesiae, qui de nominis eius scriptura, de patria, de vita et aetate Philastri copiose et erudite disputavit) liber de Haeresibus primum prodiit Basileae anno MDXXVIII., cura Ioh. Sichardi, hoc titulo: **Philastrii Episcopi Brixiensis Haereseon Catalogus.** Quo libro manu scripto usus sit Ioh. Sichardus neque ipse significat neque aliunde constat. Editionis principis, quae repetita est Basileae anno MDXXXIX., variantes scripturas diligentissime excerpsi atque annotavi, ne iis quidem omissis quae levioris momenti viderentur, postquam I. A. Fabricium ea opera minus plene perfunctum esse cognovi. Fabricii editio prodiit Hamburgi anno MDCCXXI. Multa feliciter correxit vir eruditissimus, plura temptavit, omnia diligentissime interpretatus est, at codice scripto usus est nullo, cum spes manu exarati alicuius exemplaris per Gisbertum Cuperum ex Italia obtinendi eum fefellisset. Fabricii editionem excepit luculentissima illa Pauli Galeardi, qui Brixiae anno MDCCXXXVIII. in Collectione Veterum Patrum Ecclesiae Brixiensis praeter Gau-

dentii et Adelmanni opera Philastri quoque de Haeresibus librum protulit, ex recensione quidem I. A. Fabricii, subiunctis item eius adnotatis et seorsim (pag. 147 sq.) additis eiusdem viri Notis Posthumis ad Philastrium, quas Herm. Sam. Reimarus, Fabricii gener, ad Angelum Mariam Quirinum Cardinalem, cuius iussu atque auspiciis illa Collectio Vett. Patrum Ecclesiae Brixiensis parabatur, transmiserat. Quae ipse Galeardus in Spicilegio ad Notas Fabricii p. 171 sqq. commentatus est, ea nec Fabricii operam multum auxerunt, neque Philastro vel emaculando vel illustrando egregie contulerunt. At ornamento tamen et decori illius editioni iam absolutae accesserunt Variae Lectiones codicis scripti S. Germani apud Parisios n. 717, alias 625. membr. sec. IX, a Ioh. Raverdy, monacho Benedictino e Congregatione S. Mauri, excerptae, qui per plura adhuc secula unus liber manu exaratus potuit reperiri. Is enim codex, quanquam paucissima suppeditavit quae Sichardianis essent scripturis emendatiora[1], tamen ut integrum iam haberemus Philastri librum effecit, completo numero CLVI haeresium, testibus Augustino De Haeresibus praefat. et cap. 4, Auctore Appendicis ad Ildefonsum de Scriptt. Eccles. c. 3, Trithemio c. 84 a Philastro pertractatarum. Capita quae inde accesserunt sunt CVII., CXIV., CXVII., CXL., CLI., CLIV. Fuit autem ille liber antequam in S. Germani bibliothecam transiit monasterii Corbeiensis, cuius in bibliothecae catalogo veteri, quem Angelus Maius inseruit Spicilegii sui Romani tomo V., pag. 208., eius notitia invenitur haec: „XVIII, 7. *Philaster de haeresibus (bis)*. 8. *Tertullianus de cibis Iudaicis*. 9. *Epistola Barnabae*. 10. *Epistola Iacobi*“[2]. Hodie asser-

1. Ioh. Raverdy in Epistola ad Cardinalem Quirinum praemissa: „——Il serait à souhaiter que le Ms. fût plus correct, car quoiqu'il soit parfaitement bien écrit, et du 9ème ou 10ème siècle, il s'y trouve bien des fautes de copiste.“

2. Hic idem est liber quem Hugo Menardus inspexit, et unde Latinam Epistolae S. Barnabae interpretationem edidit. Dacherius in epistola Barnabae Epistolae praefixa tom. II. Bibl. Patr. Lugd. pag. 16. (inserta etiam tomo XVI. Bibl. Ioh. de la Haye, ante Barnabae Epistolam, pag. 801): „Cum in Philastrii Episcopi Brixiensis Ms. e Corbeiensi Monasterio incidisset aliquando P. Hugo Menardus, ibidem, proxime post Epistolam Tertulliani de Cibis Iudaicis, Barnabae nomine insignitam Epistolam una cum Iacobi Apostoli Epistola deprehendit.“ Cf. etiam Iac. Armachanus de Barnabae Epistola Praemonitione in I. B. Cotelerii

vatur in Bibliotheca Imperiali Petropolitana, inter alia Sangermanensis thesauri cimelia, sub finem proximi seculi per civiles Galliae turbas illuc devecta. V. Ed. de Muralt V. Cl. in Extrait de Bulletin de la Classe Historico-philologique de l'Académie des Sciences de Petersbourg tom. V. (Petropol. 1850.) Praeterea de libro Sangermanensi, si lubet, adeas Galeardi praef. XIII., p. XX., et inprimis XX., pag. XXVI. sqq.

Tertii alicuius exempli manu exarati qui Philastri de Haeresibus libellum contineret post Sichardianum et Sangermanensem, hodie Petropolitanum, de quo dixi, notitia ad me quidem pervenit nulla. Sed praeterea membranae cuiusdam veteris assutae codici Bibliothecae S. Crucis in Ierusalem, signato n. 279., mentionem fecit indeque scripturas aliquot erutas proposuit Galeardus l. l. p. 182.

**II. Augustini** librum de Haeresibus ad Quodvultdeum recudendum curavi ex recensione Benedictinorum Congregationis S. Mauri, additis editorum adnotatiunculis.

**III.** Anonymi scriptoris quem sub **Praedestinati** nomine ex codice scripto Hincmari Bibliothecae S. Mariae Remensis edidit Iac. Sirmondus Parisiis anno MDCXLIII., primum librum, quo XC enumerantur haereses, quemque hic unum de tribus repraesentasse intererat, aliquot locis emendare licuit ope codicis ms. Augiensis, in quem Io. Mabillon in itinere suo Germanico inciderat scripturasque discrepantes inde excerpserat. V. Io. Mabillon Iter German. pag. 93 ed. Fabric. Eius exempli antigraphum ipse Sirmondus postea invenit in Bibliotheca Barberina, in quo Primasio, episcopo Africano, hoc opusculum legebatur adscriptum. V. Iac. Sirmondi Hist. Praedestinat. cap. 4. Baune praef. ad tom. I. Opp. Sirmondi § 7. Quartum exemplum, seculo XII. scriptum, et titulo carens, huius libri idem Mabillon invenit Florentiae in Bibliotheca S. Marci. V. eius Iter Ital. p. 178., tom. I. Musei Italici. Quintus codex extat in Bibliotheca Publica Brugensi. Est seculi, uti videtur, decimi ter-

Patrum Apostolicorum tomo I. pag. 12. ed. Cler., ubi Corbeiensis codicis meminit. Ex his omnibus autem id quoque apparet, veterem catalogum illum a Maio editum esse bibliothecae non, ut putat, Corbeiae in Germania, sed Corbeiae in Gallia sitae. Cf. etiam Epistolam Scip. Maffei ap. Galeard.

tii, in membrana scriptus, e Monasterio Dunensi in Flandria illuc delatus, idemque ille quem memoravit Sirmondus Hist. Praedest. cap. 4. Cum quondam in perlustrandis Haenelii V. Cl. Catalogis, pag. 756., ubi enumerantur codd. mss. Bibliothecae Publ. Brugensis, incidissem in hunc titulum: „247. *Origenes in Ezechielem; Isidorus, Epiphanius, Philastrius de Haeresibus,*" miratus statim quodnam sub eo titulo opus lateret, per litteras adii V. Cl. Laude, Bibliothecae illius Praefectum, qui paulo post mihi humaniter haec rescripsit:

„Je vous dirai d'abord que le titre donné par M. Haenel est tout-à-fait inexact. Voici celui que l'on trouve sur une feuille de garde écrit de la main de C. de Visch, abbé des Dunes au 17ème siècle:

ORIGENES IN EZECHIELEM

ITEM

YGINUS ESIODUS EPIPHANIUS ET PHILASTER DE HAERESIBUS.

Or après le livre d'Origène, on trouve la préface au traité des hérésies. Elle commence ainsi:

*Quotienscumque ad te o mi amator dei verba doctorum adveniunt ......... quae nos epitomantes iuvante domino hoc uno libello conclusimus. Orabant pro nobis sancta studia quae ad requiem curarum suarum per hunc nostrum laborem attingunt. Finit praefatio in domino am̄.*

*Incipit epithoma Ygini contra haeresiarches et cathegoriarum epyphanii contra sectas et expositionum Filasteri qui hos transferens in latinum sermonem de graeco cum arriani damnarentur edidit prior yginus, post hunc policrates affricanus esiodus ypyphanius philaster. hii diversis temporibus detexerunt.*

*Prima haeresis a Symone sumpsit exordium qui dicebat castitatem ad dominum non pertinere, deum mundum non fecisse* cett.

Après 16 feuillets in quarto, comme vous savez, on lit ces mots écrits à l'encre rouge:

*Incipit liber nonagesimae haeresis qui asserit dei praedestinatione peccata committi.*

Il y a dans le texte *praestinatione;* mais c'est sans doute une faute de copiste.

*Participem me intentionis vestrae qui defenditis veritatem fieri fratrum spiritualium suggestio invitavit* cett. . . . . . . . . . . . *qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Explicit.*

*Incipit prologus libri catholici adversus praedictos haereticos.*

*Finitus est liber inimicus hominum contra fidem catholicam confictus liber dolosus circumdatus fallaciis* cett. . . . . . . . . . *huius libri voluerit contagionem olere.*

*Finit prologus arguens librum quem sub nomine Augustini conficiunt haeretici, docens sequentem librum contra hunc pro defensione fidei catholicae dimicare.*

*Hactenus haereticorum omnium incensae sunt sylvae* cett.

Je vais maintenant vous indiquer les différents chapitres ou paragraphes qui suivent et qui sont marqués à l'encre rouge.

*hic incipiunt verba praedestinatorum.*
*huc usque verba haereticorum praedestinatorum.*
*contra hunc incipit disputatio catholicorum.*
*quaestio haereticorum.*
*solutio catholicorum.*
*Oppositio haereticorum.*
*responsio catholicorum.*
*De zelo dei et zelo maliciae.*
. . . . . . *duo sunt baptismus et paenitentia in quibus oportet praecedere voluntatem hominis gratiam dei dicamus nunc quae secuntur libri nostri falsa commenta.*
*huc usque, ad haec et contra hunc respondet catholicus.*
*alia positio sententiae haereticorum.*
*huc usque. Contra haec catholici.*
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*De libertate arbitrii.*
In fine: . . . *reos fore non solum qui iniquitatem faciunt sed etiam eos quos eis constiterit consensisse. Explicit.*

Je n'ai pas trouvé le nom de Primasius dans l'inscription des livres."

Huius libri Dunensis, hodie Brugensis, scripturas aliquot annotavi ad capp. 2. 3. 9. 12. 13. 15. 16. 18. 25—39. 43. 49. 50. 66. 81. 84., ex quibus facile intellegitur non multum discrepare eum a Remensi et Augiensi libris.

**IV.** Anonymi scriptoris libellum **Adversus Omnes Haereses**, quod vulgo Tertulliano adscribebatur, edidi, paucis correctis, ex nupera mea Operum Tertulliani recensione. V. Tertulliani Opp. ed. Oehler tom. II., pag. 751. sqq., ubi etiam de catalogi eius auctore quid statuendum esse probabiliter censerem exposui.

**V. Pseudo-Hieronymi**[3] Indiculus de Haeresibus prodiit anno MDCXVII. hoc titulo: „S. Hieronymi Stridoniensis Indiculus de Haeresibus Iudaeorum. Nunc primum in lucem editus curâ Cl. Menardi, Iuliomagi Andium Propraetoris. Lutetiae Parisiorum. Apud Sebastianum Chappelet, viâ Iacobaeâ sub signo Olivae MDCXVII. Cum privilegio Regis." Is liber rarissimus, quem postquam per plerasque Germaniae bibliothecas frustra quaesivi, per Iosephi Muelleri V. Cl. humanitatem de exemplo Bibliothecae Ambrosianae Mediolani transscriptum tandem nactus sum, unam et triginta complectitur pagellas, quarum in quinta ipse Indiculus incipit. Pag. 3. et pag. 4. dedicatio legitur et Praefatio haec:

„*Reverendissimo Sanctissimoque Patri ac D. D. Carolo Burgonorio Episcopo Nannetensi.*

*Metebat agelli diuitias torrente sole Bethleemita praepotens, cum despicabilis, sed plena deo Moabitis, spicilegia sua, futuri foederis aras, leuandae socrus inopiae mendicatur, quo facto, placuisse tantum, produnt annales rerum sacrarum, ut de solitaria Turture, diuitis thalami creuerit accessione. In hac feraci, feruentique scriptorum segete, peregrinus accola, post tot ingeniorum grandes manipulos, leuia neglectaque conquirens, sic annuente uero Booz.*

3. Hieronymi librum de Octoginta quatuor haeresibus, quem Augustino quidem videre non licuit, ut ipse testatur in epilogo libelli de Haeresibus, aevo Ioh. Trithemii tamen superstitem fuisse docet initium eius libri a Trithemio cap. 100. prolatum: *Simoniaci a Simone.*

*Christo, glebulam hanc, magni agri reliquias, adlegi, subleuandae matris Ecclesiae fami destinatas, Te magne praesul, tanti mysterii paranymphum rogamus et mysten, tuo merito, uotis nostris, quem Gallia omnis, uirorum semper nutrix, inter doctos quos habet, iure doctissimum; inter sanctos quos fert multos, uere sanctissimum sic amat et suscipit, ut quem Borromaeis adcenseat, non diu sit quesitura posteritas,* **Carolum Carolo,** *sed sero utinam, commissura. At, haec, tantilla, dices, qui tanta debeas? sed desiderio meo sit in praesens satis, ut cui grauioris operae |' materiem destinamus, olim, habeat interim testem hanc professionis non ingratae prorsus syngrapham quae tibi me semper obstrictum et beneficiis, loquatur et exemplo Tibi obsequentissim. Cl. Menardus. Iuliomagi Andium prid. Non. Aug. 1616.*

**Consultabat** *Augustinum Quodvultdeus et herescon petebat indices, quod variis scriptionum vigiliis occupatus senex, distulit diu, et ad Hieronymi tractatum similis argumenti voluit remisisse licet quaesitum per chartas suas haud potuerit invenire, hoc testimonio docta posteritas iacturam doluit semper et questa est. Cum igitur inter cariolas putresque membranas post Isidori capita aliquot lib. 8. de Philosophis gentium et caeteris adusque libri huius finem Opusculum sub Hieronymi nomine legissemus, hoc titulo, Incipit Indiculus Hieronymi de haeresib. nihil indignum visum est tanti patris stylo curaque, sed aliqua tot pene verbis catalogus scriptorum habet haesimus, tamen aliquantulum cum in Luciferianis habet hoc usque apud quendam tamen, cuius nomen in eodem eius opusculo non inveni in haereticis luciferianos positos legi per haec verba, quae hic habet totidem syllabis ut necesse fuerit ignoratum, sanctissimo viro, libri Hieronymiani titulum. Quidquid sit hoc venerandae antiquitatis monumentum non perire tanti fuit. Vale.*

De auctore huius opusculi nihil constat nisi Hieronymum non esse. Quaedam eius particulae sunt ex Hieronymi de Ecclesiasticis Scriptoribus libro repetitae, alia ex Isidoro, alia ex Gennadio, alia ex aliis, partim antiquioribus, scriptoribus desumpta. Io. A. Fabricius hunc libellum suae Philastri editioni addere, post autem, ut narrat in Praefatione ad Philastrii librum, separato dare volumine

instituerat, aliosque breves veteres de haereticis scriptores ei adiungere, sed ea Fabricii collectio lucem nunquam vidit.

VI. **Isidori Hispalensis** Catalogos haeresium repetivi ex Origg. lib. VIII., capp. 4. et 5. Inseruit eos, nomine scriptoris suppresso, Hrabanus Maurus libro II. de Instit. Cleric. et De Universo V., cap. 9. Repetitus est etiam a Gratiano Part. II. Decr. Caus. 24. Qu. 3.

VII. **Pauli** Catalogus, ex Isidori catalogo maximam partem compilatus, nunc primum editus est ex codd. mss. n. 975. et n. 1752. Bibliothecae Bambergensis. Apographum libelli debeo humanitati VV. DD. Gutenaecker et Stenglein, Bambergensium.

VIII. **Honorii** libellus, si paucissima excipias, totus est Isidori.

IX. **Gennadii** librum de Ecclesiasticis Dogmatibus haereseologicis adiunxi opusculis, quia eum ab hoc genere non ita alienum esse viderem. Geverhardi Elmenhorstii annotationes, etsi hodie partim inutiles, ne quid omissum quererentur lectores, repetendas curavi. Utinam pro hoc Gennadii libro octo illos qui perierunt Adversus Omnes Haereses proferre licuisset, quos sese scripsisse testatus de Vir. Illustr. c. 100., ex eoque Honorius Augustodunensis de Scriptt. Eccles. II, 97. et Ioh. Trithemius cap. 188., cui quidem ipsi, ut eos videret, non contigisse videtur, cum initium libri non retulerit. Nihil enim contra haec tam luculenta testimonia effecit Iac. Sirmondus, singularis quanquam eruditionis et exercitati iudicii vir, Histor. Praedestinat. cap. 6. ex subscriptione codicis ms. S. Victoris, in quo Augustini liber de Haeresibus continetur, contra Mauguinum Vindic. Praedestinat. et Grat. diss. II., pag. 528. probare conatus Gennadium praeter capita illa de haeresi Nestoriana, Eutychiana, Praedestinatiana, Timotheana, quae vulgo reperiuntur Augustini de Haeresibus libelli in calce addita, extantque etiam in fine libelli sub Hieronymi nomine a Cl. Menardo editi, nihil omnino de haeresibus scripsisse.

Halis Saxonum XXV. die Iulii MDCCCLV.

**Franciscus Oehler.**

# INDEX.

# PHILASTRI

EPISCOPI BRIXIENSIS

DE

# HAERESIBUS LIBER.

In scripturae discrepantia Philastri verbis subiecta siglum

*A* significat librum scriptum Sangermanensem sive Corbeiensem. Scripturas libri non diserte indicatas siglo A. uncinis incluso notavi.

*B* - editionem principem, Io. Sichardi, quae prodiit Basileae anno MDXXVIII.

*a* - - alteram Basileensem, quae prodiit anno MDXXXIX.

*b* - - Lugdunensem, Bibl. PP. (tom. V, p. 701 seq.), quae prodiit anno MDCLXXVII.

*c* - - I. A. Fabricii, quae prodiit Hamburgi anno MDCCXXI.

# PHILASTRI*

## EPISCOPI BRIXIENSIS

## IN LIBRUM DE HAERESIBUS

## PRAEFATIO.

De haereseon[a] diversa pestilentia variisque erroribus qui ab origine mundi emerserint et sub Iudaeis defluxerint et ex quo venit dominus noster Iesus salvator in carne pullulaverint dicere oportet, numerumque earum paullatim exponere, inimicumque humani generis perdici fuisse a Hieremia propheta[b] non immerito comparatum agnoscere, qui cum infecunditatem patiatur[c], saepius aliorum furtim fetus incubans quasi suos iam fovet ac vindicat filios usque ad tempus aliquod; cumque eis iam tempus aetatis discernens[d] adere-

* Philastrii *Bab.* — *In A. Praefatio et prima viginti octo capita non extant.*

a. De haereseon] Non infrequens latinis scriptoribus est usus genitivi casus eiusmodi pluralis, Graecae flexionis, ut testantur vel libri Ovidii Metamorphoseon et Halieuticon: Mythologicon Fulgentii, Petronii Satyricon et Poëticon Astronomicon C. Hygini. Etiam infra c. 29. *haereseos.* *(F.)*

b. perdici a Hieremia propheta] Ieremiae XVII. 11. S. Ambrosius VI. 3. in Hexaëm. „*Perdicem astutam novimus, quae aliena ova diripiat, hoc est perdicis alterius, et corpore foveat suo, sed fraudis suae fructum habere non posse, quia cum eduxerit pullos suos, amittit eos, quia ubi vocem ejus audierint quae ova generavit, relicta ea ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt --- Huius imitator est diabolus, qui generationes creatoris aeterni rapere contendit, et si quos insipientes et sensus proprii carentes vigore potuerit congregare, fovens eos illecebris corporalibus, ubi primum vox Christi parvulis fuerit infusa, discedunt atque ad eam se conferunt matrem, quae pullos suos, sicut avis, materno amore complectitur.*" Idem traditum Cassiodoro II. 14. Var. Epist. aliisque quam pluribus, quorum loca laudant Cotelerius in notis ad T. 2. Monumentor. Ecclesiae Graecae p. 547. Huetius ad Origenem p. 16. sq. Bochartus T. 2. Hierozoici p. 84. et Allatius ad Eustathium Antiochenum p. 132. seq. Vide et Ambrosii Epist. 32. ad Irenaeum T. 2. p. 918 seq. [Athanas. T. I., p. 363. edit. noviss., Ioach. Camerarii Symbola III, 68.] Combefisium ad Hippolytum de Anti-Christo c. 55. Ducaeum notis ad S. Basilium T. 1. p. 44. *(F.)*

c. infecunditatem patiatur] Hoc est, infecunditate laboret, infecundus sit.

d. tempus aetatis discernens] Tempus quo per aetatem discernere possunt

verit, tunc [1]omissis[e] falsis parentibus iura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius non [2]demorantur. Quorum causa nobis similitudo haec [3]nuntiata est? Quod diabolo relicto, impietatis causa eius qui orbem terrarum sua sub ditione [4]continere putaret, postque vero Christo parente a nobis viso et recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, iam veri parentis Christi vestigia sequi omnis homo[f] non moratur agnoscens. Quotidie per aenigma compleri[g] enim cognoscimus prophetiam [5]Hieremiae[h] beatissimi, ita dicentem: *Clamavit perdix, collegit quae non parturiit, faciens [6]sibi divitias non cum sapientia, in medio dierum dereliquent eum, et in postremo erit insipiens.* Quod nunc [7]deserentes quotidie omnes gentes[i] [8]idololatriam mortiferam inimici, Christum etiam verum dominum de lege et prophetis audientes, eumque cum patre semper esse credentes ac recordantes, aeque ad eum modis omnibus supplices[k] properant pervolare, ut compleatur prophetia[l]: *Recordabuntur et convertentur ad dominum Christum omnes fines orbis terrarum.*

1. amissis *Ba.* admissis *b. vitiose.* 2. denotantur *b.* 3. *Vulgo* nuntiata est, quod *cett.* 4. *Ita ego correxi. Libri omnes habent* cum tenere putaret, postquam *cett.* 5. Ieremiae *b. Ubique.* 6. sibi *om. b.* 7. deferentes *b.* 8. idolatriam *B.*

veros a falsis parentibus. Prima aetas, in homine quoque, ignorat discernere dextra a sinistris, bonum a malo. Confer Grotium ad Deut. I. 39. et Ionae IV. 11. Sic prima mundi aetas non statim dominum ac servatorem suum agnovit et sectata est, sed passa se a diabolo ad varia idololatriae et superstitionis genera turpiter abduci. *(F.)*

e. omissis falsis parentibus] Minus bene priores editiones *amissis.* Sic infra paucis interiectis: „*Omissa falsitate parentis mendacissimi.*" *(F.)*

f. omnis homo non moratur] I. e. nemo moratur qui agnoverit. Ita apud Florum II. 18. „*unus vir Numantinus non fuit qui catenis duceretur.*“ Talia sunt in sacris scriptoribus Luc. I. 37. „οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα." Rom. III. 20. „ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ." *(F.)*

g. Quotidie per aenigma compleri] Hoc est, per multitudinem neophytorum ad ecclesiam quotidie accedentium intelligimus impleri quod propheta futurum esse aenigmate perdicis significavit. In quam sententiam mox subiungit: „*quod nunc deserentes quotidie omnes gentes idololatriam*" etc. Porro licet commodiore interpunctione locum hunc aliquomodo iuvisse videor, antea enim coniuncta erant verba: „*Agnoscens quotidie per aenigma*", quibus subiiciebatur στιγμή, constructio tamen adhuc admodum hiulca atque impedita est, sed qualem non alienam esse a Philastri usu plura huius libri loca lectorem edocebunt. *(F.)*

h. prophetiam Hieremiae] XVII. 11. *(Fabr.)*

i. omnes gentes] Ex quibusvis gentibus etiam remotissimis quosdam. *(F.)*

k. supplices] Male edit. Helmst. *simplices.* *(F.)*

l. prophetia] Psal. XXII. 27. quo in loco Philaster nomen Christi explicationis causa inseruit. *(F.)*

# CATALOGUS

## EORUM QUI ANTE ADVENTUM[a] CHRISTI HAERESEOS ARGUUNTUR.

---

Primi sunt Ophitae[b], qui dicuntur Serpentini[c]. Isti colubrum Cap. I. venerantur, dicentes quod hic prior initium nobis scientiae boni et mali attulerit. Unde ei dominum[d] invidisse asserunt, quia scien-

Cap. I. *in Babc. inscriptum habet* Ophitae. —

Cap. I. — a. Eorum qui ante adventum christi] Quaedam haereses ex his quae usque ad caput duodetrigesimum a Philastro referuntur, non fuerunt ante adventum Christi, neque sub Iudaeis, ut in praefat. Philaster loquitur, defluxerunt, licet e veteri testamento ansam erroris sui arripuere, ut statim Ophitae, et Caiani, Sethianique. Rectius itaque Tertullianus, qui illos c. 45, vocat *Iudaismi haereticos,* alios *„qui ex evangelio haeretici esse voluerunt"*, sive ut Hieronymi verbis utar *„qui evangelia laniaverunt."* [„Ἀπὸ νόμου ἐξ Ἰουδαίων φύσασαι" Epiphan. Ancor. cap. 12. tom. II, p. 18.] *(F.)*

b. Primi sunt Ophitae] Non temporis ratione, sed quod in primo statim principio ac limine veluti primi libri veteris testamenti impegerunt. Mentio eorum apud Augustinum de Haeresibus, et Auctorem Praedestinati cap. 17., aliosque. *(F.)*

c. qui dicuntur serpentini] I. e. quorum nomen latine ita efferre possis. Pro Ophitis sive ut perperam in Pseudo-Hieronymi indiculo scribitur *Offitis,* apud Origenem, [Clem. Alexandr. VII. Strom. p. 765], et Theodoretum est etiam nomen *Ophianorum,* et corruptum apud Sophronium *Sophianorum,* nisi ita etiam dicti sunt, quod Σοφίαν serpentis imaginem assumsisse dixerunt teste Irenaeo lib. I. c. 34. Apud Theodoretum et Procopium Gazaeum in 4. Regg. 18. Hebraica appellatione veniunt Ναασηνοί (ita enim legendum, non Ἐσθηνοί) a נחש quod Hebraeis serpentem ut Graecis ὄφις denotat. Vide Cotelerium T. 1. Monument. Eccles. Graecae p. 769 et Tho. Ittigium τὸν μακαρίτην diss. de Haeresiarchis Apostolicae aetati proximis p. 120. E Gnosticis Valentinianis, vel Marcionitis hos Ophitas prodiisse mihi persuadeo, quod Ophitarum doctrina apud Epiphanium XXXVII. 3. seq. Tertullianum append. de Praescript. c. 47. Origenem VI. contra Celsum p. 295. seq. et Nicetam IV. Thesauri c. 9. valde affinis est commentis Valentinianorum et Gnosticis Prunicum colentibus, quibus etiam a S. Irenaeo Ophitae iunguntur. Praeterea Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 24. ac Nicetas IV. 14. Thesauri, auctor est Marcionitas serpentem Creatori praetulisse et singulari cultu veneratos esse. Mirum vero quod tradit idem Origenes p. 294. neminem ab Ophianis Euphrate auctore in suum coetum admissum esse, „ἐὰν μὴ ἀρὰς θῆται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ." Idem Ophianos et Caianos omnino a Iesu doctrina alienos scribit lib. 3. p. 119., et Iesum omnino ab eis abnegari lib. 7. p. 358. absurdissimum Ophianorum dogma vocat nec simplicissimis persuasum, et haeresin ipsorum ἀσημοτάτην lib. 6. p. 291. ut Procopius δυσσεβεστάτην. *(F.)*

d. dominum invidisse] Ialdabaoth, deum Iudaeorum, invidisse docebant

tiam primus detulerit mulieri, bonae rei atque malae[e], perque illam [1]ita ad genus omne hominum permanaverit; propter quod et de caelo primo[f] deiectus est, inquiunt, [2]in alterum, unde eum et de caelo aiunt adventurum, et velut[g] aliquam dei virtutem esse eundem aestimant, atque eum adnuntiant adorandum.

Cap. II. Caiani[a b], qui Cain laudant[c] fratricidam, primogenitum patris nostri ac beati Adae protoplasti, dicentes ex altera virtute, id est diaboli[d], Cain factum, ex altera autem Abel beatissimum natum, et virtutem maiorem, quae erat in ipso Cain, invaluisse ut suum interficeret fratrem.

1. *Fortasse* ista. 2. ad alterum *b.*
Cap. II. *in Babc. inscriptum habet* CAIANI. —

homini quod superiorem deum ac patrem agnovisset, itaque virtutem quandam serpentis specie genuisse, quae Evam fefellerit. Vide Epiph. XXXVII. 3. 4. 5. *(F.)*

e. bonae rei atque malae] Idem est quod paulo ante dixerat, scientiam boni et mali ex Genes. II. 9. „τὸ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ." *(F.)*

f. de caelo primo deiectus in alterum] Octo enim caelos ponebant, ut docet Epiphanius XXXVII. sect. 4., licet deinde sectione 5. simpliciter scribit deiectum ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. *(F.)*

g. et velut] Male priores quaedam editiones, *ut velut.* Porro cultus quo Ophitae serpentem prosecuti sunt, et cistae qua serpentem alere consueverunt, meminit etiam praeter Epiphanium XXXVII. 5. Damasceni verbis Scholiastes Βασιλικῶν ad lib. 21. p. 581. Eiusmodi cistarum etiam in sacris apud gentes usus fuit, de quibus Laur. Begerus V. C. in disquisitione de numis serpentiferis. *(F.)*

Cap. II. — a. Caiani] Non *Caiana* haeresis, sed *Caina* est Hieronymo utrobique, nempe tam Ep. 82. al. 83. ad Oceanum, quam lib. adv. Vigilantium, Tertulliano autem loco a Fabricio indicato *Caiana.* Lambertus Danaeus ad August. de Haeres. cap. 18. putat errore amanuensium in exscribendo Epiphanio ex *Cainianis* factos esse *Caianos,* eoque lapsu deceptum fuisse Augustinum quoque ubi *Caianos* nominat. At Baelius Dict. Crit. in *Cainites* observat *Caianorum* nomen a Patribus usurpatum multo antea quam Epiphanius et Augustinus hoc nomine uterentur. (Galeard.)

b. Caiani] *Cainaei* Auctori appendicis ad Tertull. c. 47., *Cainiani* Augustino de Haeres. et Auctori Praedestinati c. 18. Sed Irenaeo quoque lib. I. c. 35. atque Epiphanio et Damasceno haeresi 38. Καϊανοί, nam et Cainus Flavio Iosepho Κάϊς. Theodoreto lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 15. Καϊνοί et Καϊνισταί, at Clementi Alex. VII. Strom. p. 549. Καϊανισταί. *Caiana* haeresis Tertulliano c. 33. de Praescript. et Hieron. Epist. 83. qui lib. adversus Vigilantium notat Tertullianum in Scorpiaco suo Caianos perstrinxisse. Καϊνοί etiam Sophronio in indiculo haeres. actione XI. Concilii VI. general. et Nicetae IV. 11. Thesauri et 12., ubi etiam Καϊνοί, et ante hos Origeni 3. contra Cels. p. 119., quo loco eos a Iesu doctrina plane alienos esse scribit, perinde ut Ophitas. Ab hac Gnostica haeresi diversi Caianitae Aphthartodocetae, a Caiano quodam Alexandrino nomen consecuti, de quibus Damascenus haeresi 84. *(F.)*

c. qui Cain laudant] δοξάζουσι, honorant, colunt. Apud Honorium Augustodunensem in libello de Haeresibus „*Caiani dicti qui Cain oderunt,*" legendum ex Augustino, *onorant* hoc est *honorant.* *(F.)*

d. ex altera virtute, id est diaboli] Verba *id est diaboli* puto vel a Philastrio vel ab alio adiecta contra Caianorum mentem. Nam licet Archonticos narrat Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fab. c. 11. docuisse quod Cain et Abel fuerint τοῦ διαβόλου παῖδες, uti in Pirke R. Elieser dicitur Cain Sammaëlis progenies, atque ab aliis Rabbinis apud Gaulminum de Morte Moysis p. 216. traditur ex semine primi serpentis natus magiae per serpentes auctor: tamen a Caianorum opinione hoc remotum esse videtur, qui a fortiore et praestantiore virtute Cainum

Sethianorum[a] haeresis, quae Seth filium Adae postea genitum hocque appellatum nomine veneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo et Sethiani appellantur, colentes eum [1]ac dicentes quod duobus creatis hominibus in initio et angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in caelo feminea;[b c] apud eos enim masculi et feminae dii deaeque esse putantur. Quod pervidens, inquiunt, mater, quia occisus est Abel iustus, cogitavit ut pareret iustum Seth, in quem et collocavit magnae virtutis spiritum, ut [2]possint destrui virtutes inimicae.[d] De Seth autem ipso Christum dominum genus deducere[e] aiunt. Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam [3]ipsum Christum esse asserunt atque opinantur. Cap. III.

Cap. III. *in Babc. inscriptum habet* Sethiani. — 1. ac *B.* et *reliqui.* 2. possent *c.* 3. ipsum *om. b.*

quam Abelem prognatum statuebant teste Epiphanio et aliis. Huc refer et quod capite sequente ex sententia Sethianorum a Philastrio dicitur: *„angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in caelo feminea.“ (F.)*

Cap. III. — a. Sethianorum] Sethoitae appellantur auctori appendicis ad Tertull. de Praescript. c. 47. Alii hoc genus Gnosticorum vocant Sethitas, ut indiculus Pseudo-Hieronymi c. 9., qui tamen c. 17. et ipse vocat Sethianos, ut Epiphanius quoque et Damascenus haeresi 3. Augustinus et Praedestinati Auctor c. 19. Nicetas IV. Thesauri c. 12. Rabanus Maurus lib. 2. de Clericor. Institutione c. 58. et Honorius Augustodunensis haeresi 31. Apud Gennadium autem de Dogmatibus c. 52. ubi Sethianus et Theodosius tria et barbara principia induxisse leguntur, pro *Sethiano* videtur scribendum *Scythianus. (F.)*

b. tenuit virtus in caelo feminea] Rectissime Fabricius *tenuit* interpretatus est κεκράτηκε, h. e. primas obtinuit. Occurit ita hoc verbum lib. XII. Cod. tit. 53. leg. 1., et alibi passim.

c. tenuit virtus in caelo feminea] Tenuit, κεκράτηκε, hoc est primas obtinuit. Epiphanius XXXIX. 2. „ἦν γὰρ ἡ στάσις τοῖς ἀγγέλοις, ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, τοῦ γεγεννηκότος τὸν Κάϊν καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ, κεκρατηκέναι δὲ τὴν ἄνω δύναμιν, ἣν μητέρα φάσκουσι καὶ θήλειαν. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἶναι καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας.“ Vide, si placet, quae ibi sequuntur, et quae Philaster latine vertit atque in compendium misit. Solet enim ille subinde, ut suis locis annotabo, Epiphanii vestigiis insistere, quo nemo melius de haeresibus scripsit, si credimus Theodoro Studitae Epistola ad Naucratium T. 5. Opp. Sirmondi p. 324. *(F.)*

d. ut possent destrui virtutes inimicae] Minus bene priores editiones, *possint.* Plenius autem haec apud Epiphanium efferuntur sic: ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστάσεως καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους.“ *(F.)*

e. De Seth autem ipso Christum dominum genus deducere] Nihil in hoc errabant si ita sentiebant Sethiani, quoniam Christi genus a Setho etiam S. Lucas deducere haud dubitat. Sed Philaster non satis cepit Epiphanii mentem, qui Sethianorum sententiam exponit his verbis XXXIX. 4. „ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ κατὰ σπέρμα καὶ κατὰ διαδοχὴν γένους ὁ Χριστὸς ἦλθεν, αὐτὸς Ἰησοῦς οὐχὶ κατὰ γένη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνὼς, ὥς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ Χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος.” Sensus est, Christum a Setho non communi et naturali modo genus deducere, sed rediisse per miraculum ipsum Seth in mundum, ut idem qui tunc Sethus iam Christus esset. [Licet hoc praeter rem Sethianis impingi disputat Iac. Rhenferdus p. 173 seq. Opp. Philos., ubi de fictis Iudaeorum haeresibus.] *(F.)*

Cap. IV. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere[a], ausus est dicere secundum carnem solum esse vivendum[b] in lege domini, deque ea non sperans resurrectionem futuram[c], nec dei spiritum nec angelum esse credens[d], nec futurum iudicium[e] de lege atque prophetis[f] expectans.

Cap. IV. *in Babc. inscriptum habet* Dositheus. —

Cap. IV. — a. Dositheus quidam postea, Iudaeus genere] Hic est qui in Iudaeorum libris dicitur דכתאי et cum כביית *Sabia* (a quo secta *Sebuaeorum* apud Nicetam lib. 1. Thesauri c. 35.) traditur in captivitate Assyriaca tempore Sennacheribi docuisse Samaritanos. Vide Drusium III. 4. de Sectis Hebraeor. et ad Minerval Serarii c. 10. et Lightfooti Disquisit. Chorographicam ad Iohannem p. 934. edit. Lipsiensis. Eulogio apud Photium Cod. 230. p. 466. vocatur Δόσθης, et sectatores eius Δοσθηνοί, aliis ille Δοσίθεος, hi Δοσιθεανοί et Δοσίθεοι. Iudaeum gente, et postea ad Samaritas accessisse scribit Epiphanius haeresi 13. et Nicetas loco laudato. Hinc alii Samaritanum appellant, et Samaritanis errorum suorum auctorem, etiam Samaritani corruptorem Pentateuchi fuisse scribunt. Cum hoc antiquo Dositheo confundunt passim etiam prisci scriptores res iunioris Dosithei itidem Samaritani, quem Simonis Magi aequalem faciunt et pro Messia tradunt se venditasse. Confer si placet Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VI. 8. et D. Tho. Ittigium in limine eruditi libri de Haeresiarchis aetatis Apostolicae. Ita auctor Recognitionum quae leguntur sub nomine Clementis lib. 1. c. 54. de Dositheo tanquam Sadducaici dogmatis principe loquitur, et mox idem lib. 2. c. 8. Dositheum triginta discipulorum et in his Simonis Magi magistrum memorat. Ab hoc videtur hausisse Origenes quae habet lib. 6. contra Celsum p. 282. qui et pluribus aliis locis huius Dosithei meminit ut lib. 1. p. 44. et tractat. 27. in Matth. et 14. in Iohann. p. 219. seq. edit. Huetii, ut Hegesippus quoque apud Eusebium IV. 22. Hist. Eccles. Hippolytus apud Photium Cod. 121. Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fab. c. 2., qui ex Simonis haeresi tanquam ex amarissima radice Dositheanos ait propullulasse. At Philastrium nostrum non de aliquo Simonis Magi aequali sed de longe antiquiore illo loqui perspicuum est, quia mox c. 5. Sadducum Sadducaeorum auctorem vocat illius discipulum, perinde ut auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus adversus Lucifer. Sadducaeos ex Dositheani erroris radice surgentes et Epiphanius haeresi 14. „ἀπόσπασμα ἀπὸ Δοσιθέου" appellat. Ita Nicetas quoque lib. 1. Thesauri c. 38. *(F.)*

b. secundum carnem solum esse vivendum in lege domini] Hoc est, ut explicatur capite sequente, ritus externos legis observandos, quod diligentius ab Dositheanis factum scribunt Damascenus, Nicetas et alii. Hoc *carnaliter vivere* dicit Philastrius c. 8. Quoniam vero resurrectionem eos inficiatos esse mox affirmat, possint etiam verba illa accipi sic, ut *solum hoc in corpore vivendum esse* docuerit Dositheus, quemadmodum de Samaritanis est infra c. 7., vel legis promissiones non extendi ultra praesentem vitam. *(Fabr.)*

c. deque ea non sperans resurrectionem futuram] Utpote qui negaret e lege illam probari posse: 'Απεκήρυττε καὶ τὴν ἀνάστασιν," inquit de Dositheo Eulogius apud Photium Cod. 230. p. 467. ubi ex libris Moysis eam confirmat. Recognitionum quoque auctor non obscure innuit a Dositheo hunc errorem accepisse Sadducaeos. Contra admisisse resurrectionem diserte scribunt Epiphanius, Nicetas et alii. Etiam auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus contra Luciferianos tradunt Sadducaeos errorem negatae resurrectionis ad Dosithei haeresin addidisse. S. Damascenus velut conciliaturus tam diversas et pugnantes inter se sententias, quosdam saltem Dositheanorum resurrectionem futuram credidisse scribit. *(F.)*

d. nec dei spiritum nec angelum] Vid. Eulogius apud Photium p. 468. A Samaritanis tamen angelos repudiari negat Epiphanius haeresi 14. haeresin illam Sadducaeorum propriam testatus. Observa porro quod Actor. XXIII. 8. legitur οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα, id a Philastrio de spiritu s. explicari. Ita

Sadducaei post ipsum, a Saddoc[a] homine Iudaeo, qui hoc nomine vocabatur, qui discipulus fuit illius[b], qui et confirmavit hanc haeresin, ut ex eo Sadducaei dicerentur. Secundum carnem aeque solum praedicant vivendum, circumcidendum, corpusque [1]baptizandum, de lege autem divina non aliud expectantes[c], Epicuream dementiam[d] potius quam divinae legis iura sectantes. De quibus et in evangelio[e] scriptum est, docente domino, contraque hanc haeresin pestiferam praedicante. Cap. V.

Pharisaeorum alia est, quae resurrectionem[a] futuram confitetur, legem accipit et prophetas[b], Christum autem expectat ut iustum[c] Cap. VI.

Cap. V. *in Babc. inscriptum habet* SADDVCAEI. — 1. baptisandum *c.*
Cap. VI. *in Babc. inscriptum habet* PHARISAEI. —

et Epiphanius de Sadducaeis: „πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασι." [Et Theophylactus. Sed per πνεῦμα animum hominis intellige, quam esse immortalem spiritum et post discessum a corpore permanere negabant Sadducaei, teste Iosepho XII. 12.] *(F.)*

e. nec futurum iudicium] Animos enim mortales, mundum incorruptibilem esse docuit Dositheus teste eodem Eulogio. *(F.)*

f. de lege atque prophetis] Imo primum fuisse qui prophetas repudiaverit, quasi non in spiritu s. locutos, scribunt auctor appendicis ad Tertull. de Praescription. et Hieronymus adversus Luciferianos, et in hoc ipso Samaritanis eum auctorem erroris sui fuisse innuunt, a quibus solos libros legis recipi dicetur infra, cap. 7. *(F.)*

Cap. V. — a. a Saddoc homine Iudaeo] Epiphanio et Damasceno Σαδοὺκ, Arabibus *Zendik*, Iudaeis צדוק, Antigoni Sochaei discipulus. Vide Maimonidem ad Pirke Aboth T. 4. Mischnae p. 411. edit. praeclarae Surenhusianae, ubi et de Baitoso altero Antigoni discipulo, auctore Baitosaeorum, de quibus perinde ut de Sadducaeis abunde multa viri docti, Fullerus, Pocockius, Drusius, Serarius, Scaliger etc. *(F.)*

b. discipulus fuit illius] Dosithei. Nam ita et alii veteres scriptum reliquerunt, ut capite superiore annotavi. Et qui Antigonum audivit, potuit et alterius magistri sectari vestigia. *(F.)*

c. non aliud expectantes] Nullam aliam vitam, nullas melioris et sempiternae beatae vitae promissiones. Nam ut Iosepho de Sadducaeis traditum XVIII. 2. Antiqu. „τὰς ψυχὰς συναφανίζουσι τοῖς σώμασι," et negasse resurrectionem, constat ex Act. XXIII. 8. Vide si placet Menassem Israëlidem lib. 1. de Resurrectione cap. 6. *(F.)*

d. Epicuream dementiam] Vir praestantissimus Gerhardus Vossius lib. 1. de Origine Idololatriae c. 10. saltim in eo meliores Epicureis Sadducaeos fuisse observat, quod licet animas perinde ut Epicurus mortales esse ducerent, tamen non inficiarentur deum prospicere rebus humanis, duntaxat in hac vita. Caeterum facile ad providentiam negandam prolabitur qui eidem fato animos quo corpora hominum obnoxios esse sibi persuaserit. *(F.)*

e. in evangelio] Matth. XXII. 23. Marc. XII. 18. Luc. XX. 27. seq. Vide etiam Matth. XVI. 6. seq. ubi a ζύμῃ Pharisaeorum et Sadducaeorum cavere sibi suos Servator optimus iubet. *(F.)*

Cap. VI. — a. resurrectionem futuram confitetur] Distincti in hoc a Sadducaeis, Actor. XXIII. 8. S. Epiphanius XVI. 2. „ὡμολόγουν δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν." Dubium tamen, an impios etiam resurrecturos crediderint. Vide Flavium Iosephum XVIII. 2. Antiqu. et lib. 2. de bello Iudaico cap. 12. *(F.)*

b. legem accipit et prophetas] Quod etiam Sadducaeos fecisse, iam probarunt viri docti, et ex Talmude certum esse affirmat Menasse ben Israel p. 43. de Resurrect. At Pharisaei praeter τὰ γεγραμμένα utebantur etiam multis πατροπαραδότοις, et additamenta quaedam legi, ut loquitur Tertullianus, adstruebant, quae Sadducaei amplecti noluere. *(Fabr.)*

c. Christum expectat ut iustum hominem] Messiam venturum non deum fore, sed merum hominem, sibi persuadebant Pharisaei, perinde ut infra cap.

hominem. [1]Hi iudaizant[d] et evangelia non accipiunt, et [2]quaedam tempora[c] Christo domino nostro esse contraria asserunt.

Cap. VII. Samaritani a [1]Samario rege[a] ita nuncupati sunt. Alii autem aiunt a filio [2]Chanaan[b], qui hoc nomine [3]Samarius vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati. Isti legem accipiunt [4]Moysi, id est quatuor[c] solum libros[d], iudicium futurum non expectantes, resur-

1. Hii *B.* 2. *Fabricius, qui ante* testimonia *rescribendum esse putaverat pro* tempora, *deinde acquievit vulgatae,* tempora *festa interpretatus ad Coloss. II., 16. Ego quidem rescripserim* et quidem tempora. *Hoc enim videtur velle Philaster, Pharisaeos Judaeos esse, ideoque evangelia non recipere, quod quidem temporum quibus venturus esse Messias praedicatus sit rationem nostri domini Christi adventui convenire negent. Sed omnium longe facillima est emendatio* quaedam temere Christo *cett.*

Cap. VII. *in Babc. inscriptum habet* SAMARITANI. — 1. Samaro *b.* 2. Chanaam *Bab.* 3. Samarus *b.* 4. Mosi *ab.*

9. etiam de Essenis legitur. Philastrii autem aetate vix nomen adhuc Pharisaeorum restabat, quod de suis iam temporibus testatur Eusebius Philastrio antiquior p. 268. et 396. in Psalmos. *(F.)*

d. Hi iudaizant] H. e. Iudaei sunt, cave enim de Christianis Iudaizantibus haec intelligas. *(F.)*

c. quaedam tempora] In promtu fuerit scribere *testimonia*, sed illud sine auctoritate MSS. Codicum facere, hoc nempe scindere nodum, non solvere est. Alia igitur ratio huius loci explicandi in mentem mihi venit, videlicet Pharisaeos ita existimasse, quod tempora quaedam, hoc est festa, anni Iobelei, Neomeniae et Sabbata in Lege praecepta repugnent Iesu doctrinae, cuius Apostolus vetat „παρατηρεῖσθαι ἡμέρας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς." Galat. IV. 10. Coloss. II. 16. *(F.)*

Cap. VII. — a. a Samario rege] Epiphan. T. 1. p. 24. „ἀπὸ ἀρχαίου τινὸς Σωμόρων υἱοῦ Σωμὴρ, οὕτω τοῦ ἀνδρὸς καλουμένου." Vide 3. Regum XVI. 24. *(F.)*

b. a filio Chanaan] Genes. X. 18. ille dicitur Σαμαραῖος. *(F.)*

c. quatuor solum libros] Cum alii scriptores antiqui, Origenes, Epiphanius, Leontius, [Cyrillus Hierosolym. Catech. 18. Apud Photium Cod. 229. p. 466., ubi de Dositheanis, lege „Μωσαϊκὴν πεντάτευχον", pro „ὀκτατεύχῳ."] aliique plurimi referant Pentateuchum solum a Samaritanis admissum, (ut hodie etiam facere reliquias illorum constat) reiecta autem fuisse ab iisdem scripta prophetica post Moysen edita: mirum videri possit a Philastrio tradi, quatuor tantummodo libros Moysi accepisse. Neque error librarii est, cum infra c. 115. peculiaris de Deuteronomio repudiato haeresis recurrat. Vereor autem ne Philastrio fraudi fuerit duplex vocabulorum δευτερώσεως et δευτερονομίου significatio. Nam uti per δευτερώσεις ita per deuteronomium etiam ἄγραφα πατροπαράδοτα Hebraeorum significari quandoque, notum est vel ex Maximo ad Epistolam IX. Dionysii Areopag., quae a Samaritanis utique respuebantur. Quintum vero Moysi librum ab illis reiectum, solus quod sciam Philastrius, atque ut opinor praeter rem, scripsit. Porro antiquum genitivum *Moysi* pro *Moysis* retinui praeeuntibus prioribus editionibus, et quod ita dixerunt Tertullianus et alii veteres, similiter ut tralatitia sunt *Achilli, Ulyssi* pro *Achillis, Ulyssis* et similia de quibus vide si placet Vossium libro IV. de Arte Grammatica cap. 9. et Claudium Dausqueium in Orthographia p. 95. Accusativus *Mosea* pro *Mosen* occurrit apud Iuvencum IV. 15. aliosque. *(F.)*

d. quatuor solum libros] Recte notavit Fabricius singulare hoc a Philastro haberi quod Samaritani quatuor tantum Moysi libros acciperent; id enim ceteris antiquis, qui de Pentateucho a Samaritanis recepto loquuntur, indictum, ac prorsus ἄγνωστον. Num fortasse, ubi certum sit Philastrii effatum, idcirco Deuteronomium (de libro hoc intelligit Fabricius) respuebant Samaritani, quod in eo quaedam habeantur, quae a manu Moysi minime profecta esse iam constat inter eruditos? Vide sis Simonium Hist. Crit. N. T. lib. I., cap. 6. Huetium Demonstr. Evang. p. 179. ed. Paris, a quibus Philastrii locus minime est observatus. At vero Deuteronomium antiquitus a Samaritanis non facile reiectum aperte ostendit insignis locus

rectionem negantes, Christum dominum dei filium[e] in lege et prophetis nuntiatum ante non credentes, animam etiam immortalem[f] habere hominem iuxta legem non sentientes, solum autem hoc in corpore vivendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum, quae in hoc saeculo fit quotidie, hanc[g] aestimantes, eamque praedicantes vanitatem, insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in propheta[h]: *Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, et similis eis factus est.*

Nazaraeorum[a] haeresis est quae legem et prophetas accipit, Cap. VIII.
carnaliter[b] tamen vivendum affirmat, omnemque iustificationem in carnali observantia consistere suspicatur; crines etiam nutrientes capitis,[c] omnemque virtutem iustitiae in eo putantes consistere, quasi a Sampsone[d] illo sibi hoc praesumentes iudicii quia Naza-

5. haud *pro* hanc *in marg. habent Ba.*
Cap. VIII. *in Babc. inscriptum habet* Nazaraei. — 1. Nazaraeus vocabatur *b.*

eius libri XXVII., 4. a Samaritanis corruptus, ubi pro *Ebal* monte substitutus est *Garizim*, reclamantibus omnibus codicibus Hebraeis, omnibusque antiquis versionibus, de quo videndus Waltonus Proleg. XI. in Biblia Londinensia n. 16., itemque Stephanus Morinus Exercit. de Linguis par. 2. c. 7. p. 201. V. inf. Annotata ad Cap. 119. (Galeard.)

e. Christum dominum, dei filium] Ex hoc loco non colligas Philastrium affirmare quod Samaritani negaverint Messiam in lege (miror addere *et prophetis*, quos illi plane reiiciebant) promissum fuisse, quemadmodum R. Iosephus Albo circa A. C. 1400. tam ferreae fuit frontis, ut in libro Hikkarim scripserit neque in lege, neque in prophetis exstare oraculum ex quo adventus Messiae necessario colligatur: sed tantummodo negat Samaritanos credidisse quod Messias praedictus sit futurus dei filius. Leontius de Sectis p. 423. „περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ οὕτως ἔχουσιν. Οὐ πιστεύουσιν ὅτι ἦλθεν, ἀλλ' ὅτι μέλλει ἐλθεῖν, οὐδὲ ὅτι θεὸς ὁ ἐρχόμενος, ἀλλὰ προφήτης." *(F.)*

f. animam immortalem] Idem Leontius: „οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν." [Hos tamen errores falso impingi Samaritanis evincunt viri docti. V. Christoph. Cellarii Histor. Samaritanam cap. 3; conf. tamen Hadriani Relandum Diss. p. 2. diss. 7. De Samaritanis Iustiniani adhuc aetate mentio apud Procopium. Leges Iustiniani adversus eosdem sancitas notat Nic. Alemannus notis ad Hist. Arcan. p. 130 seq.] *(F.)*

g. hanc] Male al. *haud.* *(F.)*

h. propheta] Davide. Psal. XLIX. 12. *(F.)*

Cap. VIII. — a. Nazaraeorum] Hoc vocabulum in Actis Apostolorum simpliciter ponitur pro Christianis XV. 5., ubi S. Paulus dicitur „πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως," a Iesu Nazareno petita appellatione. Deinde videtur speciatim positum pro iis, qui ex Iudaeis nomen Christo dedissent. Inde de iis, qui e Iudaeis ζηλωταῖς τοῦ νόμου Act. XXI. 20. facti Christiani firmius adhuc insistebant ritibus Iudaicis, et Christum deum sub legis observatione credebant, ut loquitur Sulpicius Severus lib. 2. quales ipsis Apostolorum temporibus fuere non pauci. Atque ita Philastrius etiam Epiphanium suum, ut solet, secutus, hoc nomen accipit. *(F.)*

b. carnaliter] H. e. tantum observando externos legis ritus, quod supra noster haeresi 4. dixerat „*secundum carnem solum vivere in lege domini.*" Sicque mox *carnalis observantia* nihil est aliud quam externa illa, et intellecta ad litteram. *(F.)*

c. crines nutrientes capitis] Hoc Nazaraeis suis non impingit S. Epiphanius, et vereor ne praeter rem Philastrius ad illos retulerit quae memoria sua ipsi offerebat de devotis נזירים ex Numeror. VI. *(F.)*

d. a Sampsone] Iudic. XVI. 17. Confer quae de fatalibus capillis Pherelai

raei vocabantur[e], a quo postea pagani fortes viros ex illius figura usurpantes Hercules[f] nuncuparunt.

Cap. IX. [1]Esseni[a] autem sunt qui monachorum[b] vitam exercent, escas deliciosas non sumentes, nec studium in vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid, lectioni autem et bonis operibus insistentes, in locis etiam separatis[c] habitantes, Christum autem dominum dei

Cap. IX. *in Babc. inscriptum habet* Esseni. — 1. Essaei *legitur in marg. Ba.*

et Nisi Tzetzes Chiliad. 2. Histor. 37. *(Fabr.)*

e. quia Nazaraei vocabantur] In quibusdam editis extat „quia Nazaraeus vocabatur", minime autem in Corbeiensi codice, ut somniavit Galeardus. Is enim liber eam Philastri particulam, qua Iudaeorum haereses pertractantur, plane non continebat, teste Io. Raverdy, monacho Benedictino, qui eum contulit. V. Collect. Vett. Patr. Eccl. Brix. p. 152. Verba Philastri supplenda videntur ex verbis Epiphanii Haer. XXIX., 5. ita: „quia Nazaraei devoti vocabantur." Cf. Num. VI. Iud. XIII. Plane absona sunt quae de hoc Philastrii loco censuit Casp. Barth Adverss. XLVI., 5.

f. Hercules] Caesum a Sampsone Tamnatam eunte leonem leo Nemeaeus ab Hercule interfectus refert, ut Dalilam Omphale, columnas duas Gazaeae domus columnae Gaditanae quae Herculi meta itinerum fuerunt, ut illae Sampsoni vitae terminus. Haec illustris Huetius p. 336. Demonstrat. Evangelicae. Adde si placet Ludovici Cappelli Opera postuma p. 426 seq. Sed et nomen ipsum congruit, nam Sampson est שמש ארן, *sol fortitudinis*, et a Flavio Iosepho exponitur ἰσχυρός. „*Et revera Herculem solem esse*, inquit Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 20., *vel ex nomine claret.* Ἡρακλῆς *enim quid aliud est nisi* Ἥρας, *id est aëris*, κλέος? *quae porro alia aëris gloria est, nisi solis illuminatio*" etc. Omitto quae de Hercule Sole notarunt amplissimi doctissimique Viri Gisb. Cuperus in Harpocrate, et Iacobus Rhenferd, in explicatione numi Phoenicii apud Iohannem Clericum T. XI. Bibl. Selectae p. 109. seq. *(F.)*

Cap. IX. — a. Esseni] Essenos Christianos agnoscit magnus Annalium parens A. C. 64. n. 4. et 5. post alios tam veteres quam recentiores, qui de iis scripserunt „Novatoribus exceptis, eo quod, ait, monachorum instituta summo odio prosequantur." Nota est quaestio, utrum ab Essenis monachi ortum ducant, qua de re extant velitationes summa contentione habitae inter Serarium et Scaligerum, quorum uterque pro sua quisque sententia locum hunc Philastrii profert, Serarius quidem 3. Trihaeres. 10., Scaliger vero Elencho Trihaeres. 31., ubi Serarium castigat, quasi Philastrii testimonium minime integrum produxerit; sed profecto immerito. Ultima enim verba quae ibi praeterit, laudaverat supra cap. 4 extremo, ubi agit de Essenorum dogmatibus vel institutis. Eos porro aliquid e Christiana doctrina hausisse, sed in totum Christianos non fuisse, notavit Salmasius ad Solin. pag. 431.; habebant enim praeter cetera quae Christianis moribus convenirent, mutuum inter se amorem, castitatis propositum, despectum opum, antelucanas preces, atque huiusmodi alia. Sed Philastrius cum addat Essenos Christum dominum dei filium non expectasse, sed ut prophetam, aut iustum hominem solum credentes, vel hinc liquet eos Christianis non posse accenseri, quod ex hoc Philastrii loco video placuisse etiam Samueli Basnagio Tom. I. Ann. p. 172. (Galeard.)

b. monachorum vitam] Neque uxores habuisse, nec servos, at communionem illis fuisse bonorum testatur Iosephus XVIII. 2., qui de vita Essenorum copiosius disserit lib. II. de Bello Iudaico c. 12., quemadmodum etiam Philo Apologia pro Iudaeis et libro quod omnis probus liber. Iosephi verba leguntur et apud Porphyrium IV. de Abstin. et Eusebium IX. 3. de Praeparat. Philonis apud Eusebium VIII. 11 et 12. *(F.)*

c. in locis separatis] Iosephus affirmat non extra urbes neque in una civitate, sed in quibuslibet civitatibus complures convenisse et una vixisse, in communi contubernio. Philo contra auctor est habitasse κωμηδὸν, per vicos, civitates vero fugisse, τὰς πόλεις ἐκτρεπομένους. Atque de iisdem sermonem esse utrique patet quod Philo etiam,

filium non expectantes,[d] nec in lege atque prophetis eum dominum agnoscentes annuntiatum, sed ut prophetam aut iustum hominem solum credentes expectant.

[1]Heliognosti,[a] qui et [2]Devictiaci[b] dicuntur, solem adorantes, atque dicentes solem scire[c] omnia quae dei sunt, homines etiam non alium nisi solem illuminare, solemque eis praebere omnia nutrimenta, non cognoscentes quod in servitute positus cursum suum peragrat[d] a deo patre per Christum dominum in sancto spiritu statutum quotidie, de quo scriptum est:[e] *Qui dicit soli oriri, et oritur, et non oriri, et non oritur.* Quem Hermes ille[f] vanus paganus Tris- Cap. X.

Cap. X. *in Babc. inscriptum habet* Heliognosti. — 1. Heliognostici *Prateolus in Catal. Haeres. ap. Fabricium.* 2. Aegyptiaci *Chr. A. Heumannus tom. III., lib. IV. Poiciles p. 533.* Heliactici *Cotelerius ad Damasc. de Haeres.* p. 712.

perinde ut Iosephus, eorum quater mille amplius numerat. Ut autem ambo concilientur, dixerim Philonis τὰς πόλεις et Iosephi μίαν πόλιν intelligi debere de urbe Hierosolyma, deinde quod Iosephus scripsit Essenos habitasse per plures civitates, id Philonem dixisse κωμηδόν. [Philo de Vita Contempl. p. 899. ed Paris. „τειχῶν ἔξω ποιοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις ἢ μοναγρίοις ἐρημίαν μεταδιώκοντες." Iosepho XVII. ult. p. 866 memoratur Simon „ἀνὴρ γένος Ἐσσαῖος." Sic Iudas „Ἐσσηνὸς τὸ γένος", XIII. 2. §. 2. p. 665.] *(F.)*

d. dei filium non expectantes] Esseni ut Iudaei expectabant venturum Messiam, non vero expectabant quod iste dei filius, sed propheta tantum aliquis promissus in lege et prophetis, venturus esset. Similiter ut c. 6. de Pharisaeis, et c. 7. de Samaritanis Philaster annotavit. *(F.)*

Cap. X. — a. Heliognosti] Ios. Scaliger Elencho Trihaeres. cap. 1. „— mendose Heliognostos dici non negabit qui mediocriter Graece eruditus est. Ἡλιογνῶσται enim, non ἡλιόγνωστοι, recta ratio postulat, quam ἀναλογίαν vocant. Atqui si κατ' ἀναλογίαν recte dicitur, non tamen κατ' ἔννοιαν. Nam ἡλιολάτραι aut ἡλιοσεβεῖς dicendi erant. Ii sunt qui ad solem orientem adorabant, ut est apud Ezechielem VIII. adversus institutum divinum legis Mosaicae. Ab istis profecti qui Σαμψαῖοι dicebantur, שַׁמְשָׁאֵי ἡλιάζοντες, ἡλιασταὶ, ἡλιακοί. Epiphanius Haer. XXXIII. „Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί"; quamvis de sole oriente tacuit. Sed illi erant Esseni, aut ab Essenis, ut alibi [Elench. Trihaeres. cap. 20.] aperietur."

b. Heliognosti qui et Devictiaci] Gabriel Prateolus in Catalogo Haeresium legit *Heliognostici* (quod non adeo displicet), et *Devictiatici*, quae lectio non minus quam vulgaris, est obscura. Vir doctissimus Ioh. Baptista Cotelerius notis ad Damascenum de Haeresibus pag. 762. suspicabatur *Heliactiaci* ab ἥλιος et ἀκτίς. Ut Heliognostorum nomen referatur ad id quod ex illorum mente subiungit Philaster, solem scire omnia quae dei sunt: Heliactiacorum vero ad illuminationem hominum per solis radios. [D. Christoph. Aug. Heumannus tom. III. lib. 4. Poiciles p. 533. vult legi *Aegyptiaci.* Iustinus in Dial. c. Tryph. p. 274. b., 349. d., ubi ex loco Deut. IV, 19 colligit astra gentibus adoranda relicta a deo. V. Clement. Alex. VI. Strom. p. 669. Orig. tom. II. Huet. p. 48., sed et Athanas. I. c. Gentes p. 49. d., Isidor. Pelus. III. 39. epist.] *(F.)*

c. scire omnia] Scientiam soli, uti aliis stellis tribuunt etiam recentiores Iudaei: ita Maimonides in More Nevochim part. 2. cap. 5. et in Madda Hilchoth Iesode Hatthora cap. 3. §. 9. *(F.)*

d. peragrat] al. *peragat.* Sed vulgatum illud quia in Codd. editis reperiebam, et Philastro frequentior in huiusmodi constructione indicativi usus est, praetuli. *(F.)*

e. de quo scriptum est] In libro Iobi IX. 7. tantum alterum legitur „ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει." Alterum fuit a Philastro adiectum ex Genes. I. 3. 14. seq. et 2. Cor. IV. 6. *(F.)*

f. Hermes] Nescio respexeritne Phi-

megistus docuit post dominum omnipotentem non alium nisi solem debere ipsummet homines adorare; qui cum ad Celtarum[g] provinciam perrexisset, ipse eos dinoscitur docuisse, atque hüic errori ut succumberent eisdem suasisse. Quem solem Iudaei captivati adorabant, ut Ezechiel[h] propheta eosdem Iudaeos incusando condemnat, et acrius crimen maiestatis[i] declarat et arguit contestando, sicut scriptum est.

Cap. XI. Alii sunt qui ranas colunt[a] quas sub Pharaone per iram dei tunc temporis Aegyptiorum terra emanavit,[b] ut putore Aegyptios [1]defatigarent[c], inque eo scelere adhuc perseverant, putantes dei iram ex hac observantia posse placari.

Cap. XII. Musoritae[a] sunt quidam nomine qui sorices colunt, qui sub [1]Heli[b] quoque sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab allophylis[c] atque ex ira dei produxisset terra sorices ut eorum fruges

Cap. XI. *in Babc. inscriptum habet* RANARVM CVLTORES. — 1. defatigarent *c., ex coniectura Bocharti tom. II. Hierozoici, lib. V., cap. 4. p. 673. Reposui scripturam antiquam. Non semel enim hic scriptor in usu temporum peccavit. Modo supra cap. 3. habuimus* possint *pro* possent, *quod Fabricius mutavit.*

Cap. XII. *in Babc. inscriptum habet* MVSORITAE. — 1. Belo *Bab.*

laster haec verba quae leguntur in Hermetis Asclepio sub extremum: „*De adyto vero egressi, cum deum orare coepissent, in austrum respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis deum orare voluerit, illuc debet respicere, sicut et sole oriente in eum qui subsolanus dicitur.*" *(F.)*

g. ad Celtarum] Caesari VI. 17. de bello Gallico observatum a Celtis deum maxime Mercurium coli, huius esse plurima simulacra, hunc ferri omnium inventorem artium. Unde non dubium est Paulo Pezrono in Antiquitatibus gentis et linguae Celtarum p. 118. Hermetem etiam Celtis imperitasse: quod praesenti Philastri loco diserte confirmari laetabundus fortasse vidisset, si in illum incidisset Vir Clarissimus. Diversum autem hunc Celtarum Hermetem ab illo Aegyptio, cui Asclepius et alia scripta tribuuntur, non credebat vel non cogitabat Philaster cum haec scriberet. *(F.)*

h. Ezechiel] Cap. VIII. commate 16. *(Fabr.)*

i. crimen maiestatis] Divinae scilicet laesae, cultu exhibito soli qui a deo conditus est. Puto respici a Philastro Ezechielis verba VIII. 16. et in extremo huius sectionis excidisse: „*Et ecce ipsi quasi subsannantes*". *(F.)*

Cap. XI. — a. qui ranas colunt] *Ranatitas* Prateolus vocat, Philastrum auctorem appellans, nescio ex antiquiore huius scriptoris codice, an ex suo ingenio. *Suspicor hos esse,* inquit Cotelerius, *qui lege V. Cod. de haereticis Batrachitae, Balsamoni* Βατραχῖται *(sic lego pro* Βαθραχῖται*) nuncupantur, est enim* βάτραχος *rana.* Philaster scripserit *Ranoritae.* *(F.)*

b. terra emanavit] Exod. VIII. 3. ἐξερεύξεται, *ebulliet fluvius ranas.* *(F.)*

c. defatigarent] Ita recte Bochartus T. 2. Hierozoici lib. V. cap. 4. p. 673. pro *defatigent,* quod est in editionibus. Cotelerius malebat *defatigaret,* scilicet terra. Non mirum autem, cultum ranarum in usu fuisse apud Aegyptios, tot portentorum adoratores, quibus ranarum frequentia multum incommodi afferre potuit, potestque post Nili praecipue exundationem. *(F.)*

Cap. XII. — a. Musoritae] Nomen petitum a muribus, addita tantummodo terminatione qualis infra c. 20. Puteoritae, et cap. 56. Hermioritae. *(F.)*

b. Heli sacerdote] Ita scripsi ex 1. Samuel. IV. cum in superioribus editionibus inepte esset *Belo.* *(F.)*

c. ab allophylis] Notissimum est hoc nomine in sacris litteris venire Philistaeos. Caeterum universae huic de poena Philistaeorum narrationi illustrandae conferendus est magnus Bo-

deperirent, admoniti a suis fecerunt aureos mures atque eos cum arca et sedibus aureis [2]remiserunt quinque[d], statimque ab eis desiit pestilentia.[e] Legem itaque et prophetas isti accipientes non cognoscunt hoc esse vanum et abominabile quod ab universis contemnitur et modis omnibus deridetur.

Alii sunt qui muscam [1]Accaron[b] colunt[c] in civitate [2]ita dicta, Cap. XIII.

2. quinque remiserunt *bcd.*
Cap. XIII. *in Ba. inscriptum habet* MVSCAACCARONITAE', *in b.* MVSCA-ACCARONITAE, *in c.* MVSCACCARONITAE [a] — 1. Accaron *om. b.* 2. ita dicta *B.* dicta *ac.* Accaron dicta *b.*

chartus lib. III. Hierozoici cap. 34. quem tantum miror p. 1033. hos Philastri Musoritas habere pro haereticis Christianis, cum dicantur recipére legem et prophetas, non evangelium. Quanquam fortasse nec Christiani nec Iudaei usquam fuere huiusmodi haeretici, et ex Philistaeorum facto haereticos Philastrium *satis incogitanter petere*, ait Seldenus Syntagm. 1. de Diis Syris cap. 6. *(F.)*

d. sedibus aureis quinque] Muribus numerum nullum addit, secutus Graecam versionem 1. Sam. VI. 4. Et ex v. 18. constat non quinque tantum mures aureos datos, perinde ut quinque ἕδρας, sed tot quot in quinque satrapiis Philistaeorum essent civitates. Ut vero Hebraici Codicis lectio v. 4. cum v. 18. concilietur, dicendum est iussos a sacerdotibus dare tantum quinque etiam mures aureos pro numero satraparum, sed deinde quo certius a mala lue liberarentur, pro singulis civitatibus singulos dare maluisse. Caeterum simulacra illa murium fuisse telesmatica et στοιχειωματικά, ut persuasum Iohanni Gregorio cap. 8. Observationum, non videtur verisimile, quia Philistaei non servarunt illa sibi, sed donarunt Israëlitis. Credibilius nuda simulacra animalium quibus puniti erant, et simulacra partis affectae, sive haemorrhoidibus, sive mariscis et ulceribus cancrosis, sive, ut Flavio Iosepho visum, dysenteria et profluvio alvi laboraverint, muneris loco dedicasse, qualem morem apud alias etiam gentes et apud Christianos quoque obtinuisse notat Iac. Philippus Thomasinus de Donariis Veterum cap. 35. *(F.)*

e. pestilentia] Generali vocabulo malum illud denotat quo deus Philistaeos castigavit, de quo nolim post eruditos interpretes, et Bocharti industriam, verbum addere. At Herodoti illud annotare iuvat, quod refert Longinus pag. 162. edit. praeclarae Tollianae: „τῶν Σκυθέων τοῖς συλήσασι τὸ ἱερὸν ἐνέβαλεν ἡ ἐν Ἀσκαλῶν πόλει θεὸς τὴν θήλειαν νοῦσον." Quae fuerit ista θήλεια νοῦσος, vide si placet disputantem Iac. Tollium V. C. in notis, et capite Fortuitorum XXXI. Hieron. Mercurialem Var. Lect. III. 7. *(F.)*

Cap. XIII. — a. Muscaccaronitae] Ita scripsi pro eo quod in editis *Musca-Accaronitae.* Prateolus perperam *Moscaranitae. (F.)*

b. muscam Accaron] Idolum Ecron sive Accaronis civitatis Philistaeorum, haud procul Geth, quod sub imagine Muscae ab Accaronitis colebatur, μυῖα, θεὸς Ἀκκαρών. [Georg. Pisides v. 978. Cosmurgiae „καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν φύσιν." Pseudo-Hieronymus de Viro Perf. tom. V. p. 52. „ut quaevis potius compensatio sequeretur quam ad Muscam religionis Accaron devenirem."] Confer Bochartum T. 2. Hierozoici lib. IV. cap. 9. et Ioh. Seldenum de Diis Syris Syntagm. 2. cap. 6. ubi inter alia haec legas: „*A Baalzebub haeresin format Philastrius Muscae-Accaronitarum qui, ut verba eius sunt, Muscam colunt in civitate Accaron dicta.*" Vide etiam Salmasium ad Solin. p. 12. de Myiagro deo. [Et G. Outhovium de iudiciis Iehovae p. 102 sqq. Drusium ad voces Hebraic. Novi Testam. v. *Beelzebub.]* Caeterum apud Syncellum p. 190. pro „ἐν εἰδολίᾳ μυίας Ἀκκαρών" lege „ἐν εἰδωλείῳ." *(F.)*

c. muscam Accaron colunt] In 2 Reg. I. 2 legitur: „Ite, consulite Beelzebub deum Accaron." Hic nulla est musca Accaronis, sed Beelzebub Accaronis, a quo Beelzebubitae dici debebant. Sed Beelzebub, id est deus muscae, a scriptura dicitur לְגַבָּאי per contumeliam, ut alibi ostendimus, non quod Accaronitae eo nomine numen suum dehonestare voluerint. Quis enim τὸ σεβιζόμενον ὑβρίζει? Sed multi erant Baalim, et

ut in [3]Regnorum libro[d] scriptum est, sicuti rex Ochozias Iudaeorum languens miserat ad muscam [4]*in* Accaron civitatem[e], si sanus fieri posset de languore corporis, cuius causa beatus Helias iratus zelo divino propheta, quia non a deo salutem Iudaeorum rex sperare maluit, sed a musca potius [5]et Accaron civitate, iratus in hoc beatus propheta non eum evasurum, sed moriturum in lecto suo ilico divino spiritu pronuntiavit.

Cap. XIV. [1]Troglodytae[a], qui ita dicuntur in Iudaeis, qui in speluncis habitantes abditis[b] idola colere non desinebant, ut ait Ezechiel

3. Regum *b.* 4. in Accaron *c.* Accaron *reliqui.* 5. *Reponendum puto* ex *pro* et. Cap. XIV. *in Bc. inscriptum habet* TROGLODYTAE, *in ab.* TROGLODITAE. — 1. Trogloditae *ab. In c. distinctum est* Troglodytae qui ita dicuntur, in Iudaeis, *in Bab.* Troglodytae, qui ita dicuntur in Iudaeis.

apud illas gentes εἰδωλομανεῖς nunquam Baal dicebatur sine constructivo. Baal-Samaim οὐράνιος, Baal-reem βροντεὺς, quem ridiculo nomine scriptura Baal-Phegor vocat, quod est πορδεὺς, non βροντεύς. Sic illud Accaronitarum idolum, quod meo iudicio dicebatur Baal-Zebahim, deus victimarum, immolationum, sacrificiorum, ioculari vocabulo scriptura vocavit Deum Muscae, quod in templo Hierosolymitano muscae carnes victimarum non liguriebant, cum tamen gentium fana a muscis infestarentur propter nidorem victimarum. Ideo in Arcadia heroi cuidam Myiagro, antequam hostiae caederentur, res divina fiebat, ne muscae ad eas advolarent. Pausanias: „ἐν ταύτῃ τῇ πανηγύρει Μυιάγρῳ προθύουσιν, ἐπευχόμενοί τε κατὰ τῶν ἱερείων τῷ ἥρωι, καὶ ἐπικαλούμενοι τὸν Μυίαγρον." Itaque quod Ochozias rex miserit sciscitatum oraculum Beelzebub idoli Accaronitarum, ideo ullam hinc haeresin Muscicolarum exortam fuisse neque sequitur neque verum est. Unus tantum Baal sine constructivo nominabatur κατ' ἐξοχήν, isque erat Baal-Samaim, de quo toties in scriptura. Reliqui dii dicuntur Baalim absolute in libris sacris, cum singuli apud gentes istas cum constructivo suo conciperentur. Ideo Baalitae non debebant distingui a Muscicolis, siquidem ulla Muscicolarum haeresis fuisset. Sed hoc male divulsit Philastrius, ut Troglodytas a Subterraneis. (Ios. Scaliger Elench. Trihaeres. cap. 1.)

d. in Regnorum libro] 4. Reg. 1. v. 2. et 16. *(F.)*

e. in Accaron civitatem] Priores editt. sine praepositione *Accaron civitatem.* De hac civitate vide Hadr. Relandi Palaestinam p. 745. 746. *(F.)*

Cap. XIV. — a. Troglodytae] Graecum nomen a τρώγη sive τρώγλη, quod latebram notat, et δύω subeo. Vide Hadr. Turnebi Adversaria XXIV. 42. et Ioh. Rhodium ad Scribonium Largum p. 154. Itaque eadem appellatione Eunomianos etiam et Aëtianos nuncupatos scribit Theodoritus IV. de Haeret. Fab. c. 4., quod ἐν οἰκείαις λανθανούσαις convenirent. De Troglodytis nomadibus veteri gente vaga Africae, cuius apud Herodotum IV. 185. Strabonem lib. XVII. p. 775. Diodorum Sic. lib. 3. p. 165. Melam lib. 1. c. 8. Plinium V. 5. Hist. Porphyrium de Abstinendo ab Animatis lib. I. p. 9. et IV. p. 427. et alios priscos auctores mentio, extat singularis dissertatio V. C. Iohannis Esbergii, edita Upsaliae a. 1699. 8. Horum Troglodytarum reliquias esse Hottentotos recentibus relationibus peregrinatorum notissimos, non dubitant Iobus Ludolphus in commentario ad Historiam Aethiopicam p. 199. et Petrus Kolbe in descriptione lectu dignissima Capitis Bonae Spei, edita Germanice Norimbergae An. 1719. fol. Vide eam pag. 352. 355. 370. 405. 425. 448. 453. 455. In iisdem Iudaicorum rituum vestigia sibi videtur observasse pag. 352. 413. 415. 416. 425. 429. 431. 433. 449. 457 sq. Troglodytarum lingua topazium habere significationem quaerendi scribit Plinius XXXVII. 8. *(Fabr.)*

b. in speluncis habitantes abditis] Troglodytae, qui et cap. 22 Subterranei dicuntur, et sine ulla causa a Philastrio iterantur, quam vere ex VIII, 11. 12. Ezechielis deducantur, verba

propheta[c], monstrante domino quomodo in speluncis absconditis seniores populi tenentes turibula idolis sacrificabant, atque ea caecis mentibus adorabant.

Alia est haeresis in Iudaeis, [1]quae Reginam[b], quam et Fortunam Caeli[c] nuncupant, quam et Caelestem vocant in Africa[d], eique sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam prophetae [2]Hieremiae Iudaei tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis et servire domino, solumque eum adorare eos debere: irati [3]exclamant, dicentes[e], ex quo illi Fortunae Caeli sive Reginae non sacrificant, ex eo cuncta illis mala et pericula contigisse. Propter quod beatus Hieremias exiens de populo deque civitate eorum Lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, casumque illis atque civitati adventurum non multo post[f] nuntiabat. Cap. XV.

Cap. XV. *in c. inscriptum habet* HAERESIS DE FORTVNA CAELI [a], *in reliquis* FORTVNA CAELI. — 1. quam *b*. 2. Ieremiae *abc*. 3. exclamarent *b*.

Philastrii cum verbis prophetae collata fidem fecerint: „Ubi, inquit, seniores cum turibulis idola colunt speluncis habitantes abditis." Verba prophetae: Et septuaginta vici etc. etc. In Graeco „ἐν σκότει, ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν." Neque τρωγλοδύται, neque ὑπόγειοι vel ἀποχθόνιοι dici possunt ubi nullae speluncae sunt, sed penetralia domus et abdita cubilium." (Ios. Scaliger l. l.)

c. Ezechiel propheta] Ἐν ὁράματι Cap. VII. v. 11. 12. ex quo noster ista repetit infra cap. 22. Confer si placet de eiusmodi spelaeis Porphyrium libello de Antro Nympharum. *(F.)*

Cap. XV. — a. Titulus huius capitis in prioribus editionibus erat *Fortuna Caeli*. Sed debet esse *Haeresis de Fortuna Caeli*, ut infra cap. 18. *Haeresis de Idolo Moloch et Remphan*, atque ita passim in hoc libro. *(F.)*

b. quae Reginam] Supple „adorabat," repetitum de fine capitis praegressi.

c. Reginam quam et Fortunam Caeli] Lunam sub hoc nomine cultam fuisse, iam observatum est a Viris doctissimis, Hugone Grotio ad Ierem. VII. 18. [Petro Fabro III. 2. Semestrium p. 27.] Io. Seldeno de Diis Syris Syntagm. 1. cap. 1. et Syntagm. 2. cap. 2. et Gerh. Vossio lib. 2. de Orig. Idolatriae cap. 21. et 24. Fallitur Kircherus qui Pleiades intelligit T. 1. Oedipi Aegyptiaci p. 361. seq. *(F.)*

d. Caelestem vocant in Africa] Herodianus lib. V. c. 6. „Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην (aliis haec Ἀστάρτη) ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες." Omitto Tertulliani et aliorum veterum loca, iam notata Petro Fabro lib. 3. Semestrium c. 1. sq. et illustri Viro Gisberto Cupero in Harpocrate p. 11. [Conrado Rittershusio ad Salviani VIII. de Providentia, Samueli Boussac in Noctibus Theologicis diss. XXVI., quae est de pluviarum et serenitatis imperatrice pag. 311 sqq. Paris. 1698. 8., Theodorico Ruinarto ad Victorem Vitensem pag. 144., Raphaeli Fabretto pag. 667. Inscriptt.] *(Fabr.)*

e. exclamant dicentes] Hier. XLIV. 17. *(F.)*

f. adventurum non multo post] Facit igitur Philaster cum iis, qui Lamentationes Ieremiae habent pro scripto futuram calamitatem nunciante, non illacrymante iam praesenti atque illatae. Sed magis assentiendum videtur ei, quisquis fuit, qui Graecae veteri Threnorum versioni praemisit haec verba: „καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐρημωθῆναι, ἐκάθισεν Ἰερεμίας κλαίων, καὶ ἐθρήνησε τὸν θρῆνον τοῦτον ἐπὶ Ἱερουσαλήμ." Eadem fuit opinio Origenis, Eusebii, Athanasii, Olympiodori, aliorumque. *(F.)*

Cap. XVI. Sunt et Baalitae in eis[a], qui Baal nomen regis Tyriorum[b] [1]detinentes memoria atque ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in [2]Regnorum libro continetur, cum rex [3]Israëlitarum Achab et [4]Hiezabel uxor eius illi [5]idolo sacrificare non desinerent. In quo, zelo ductus divino, beatus [6]Helias propheta[c] missus a domino, ait eis sub nomine Iudaismi legem confitentibus, impietati autem [7]perniciose[d] paganae servientibus, et omni populo ita dixit: *Ut quid vos claudicatis in utrisque poplitibus*[e] *vestris? aut deo, deo, aut Baal, Baal.* Et nihilominus favens lucorum sacerdotibus rex atque regina diversis poenis et cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis crebris captivitatibus interiit.

Cap. XVII. Alii sunt qui [1]Astar[a] hominem[b] et [2]Chamos[c] abominationem [3]Chananaeorum et [4]Sidoniorum [5]id est idola hominum ac mulierum[d], venerabantur, atque eisdem diversa offerebant sacrificia,

Cap. XVI. *in Bab.* BAHALITAE *inscriptum habet, in c.* BAALITAE. — 1. retinentes *b.* 2. Regum *b.* 3. Israhelitarum *B.* 4. Iezabel *b.* 5. dolo *b.* 6. Elias *b.* 7. pernitiosae *b.*

Cap. XVII. *in Babc. inscriptum habet* ASTARITAE. — 1. Asthar *Bab.* 2. Camos *Bab.* 3. Chananeorum *Ba.* 4. Sydoniorum *Bab.*

Cap. XVI. — a. Baalitae in eis] In Iudaeis puta, ut superiore et c. 25., sive ut hoc ipso capite loquitur, in iis qui sub nomine Iudaismi legem confitebantur. In prioribus editt. excusum erat *Bahalitae, et Bahal.* Infra c. 24. *Belitae. (F.)*

b. Baal nomen regis Tyriorum] Pater Iezabilis *Iethebaal,* Achabi socer, rex Sidoniorum. 3. Reg. XVI. 31. Longe antiquior autem Baalis cultus, (a Belo, ut videtur, Assyriorum rege per orientem vulgatus), cuius iam mentio Iudic. II. 13. ubi etiam v. 11. ut saepe deinde alibi *Baalim,* numero multitudinis. Verum de his copiose atque erudite Seldenus Syntagm. 2. de Diis Syris cap. 1. ut omittam Kircherum T. 1. Oedipi Aegypt. pag. 262. seq. Io. Ovenum in Theologumenis p. 342. Antonium Van Dalen de Origine et Progressu Idololatriae apud Iudaeos capite 2. etc. Pro rege *Tyriorum* autem Philaster fortasse scripserat *Syriorum* ut infra c. 27. hoc est Assyriorum. *(F.)*

c. Helias propheta] 3. Reg. XVIII. 21. *(F.)*

d. perniciose] Al. *pernitiosae. (F.)*

e. in utrisque poplitibus vestris] Ἰγνύαις vox ambigua est, perinde ut Hebraica סעפים, et sensum quoque sive animi sententiam denotat. Vide si placet Cotelerium ad lib. VIII. Constitutionum Apostol. c. 1. *(F.)*

Cap. XVII. — a. Astar] Astaritae et Remphanitae, puto ἀστρῖται. „τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν." Amos V. 26. Actor VII. 43. Ideo sequentes Molochitae apud eundem Philastrium ad istos pertinent, ex eodem loco Amos: „ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν Μολόχ," a quibus Tophethitae non magis separandi erant quam Troglodytae a Subterraneis. In loco Topheth siquidem idolo Moloch infantes igne lustrabantur. (Ios. Scaliger l. l.)

b. Astar hominem] Fallitur Philastrius qui hoc loco et infra cap. 27. *Astar* sibi finxit hominem, hoc est virum, cum nusquam in sacris litteris singulari numero Astar occurrat, *Astoreth* vero 3. Reg. XI. 5. 33. sit Ἀστάρτη dea, et per plurale *Astaroth* Ἀστάρται, et per *Ascheroth* luci in quibus idola illa colebant, denotentur. Confer Seldenum Syntagm. 2. de Diis Syris c. 1. Spencerum II. 16. de Legibus Hebr. et Allatium ad Eustathium in Hexaëmeron p. 314. sq. *(F.)*

c. Chamos] כמוש idolum Moabitarum, alio nomine Beelphegor. Vide interpretes ad Num. XXI. 29. Iudic. XI. 24. 3. Reg. XI. 33. et 4. Reg. XXIII. 13. Ierem. XLVIII. 7. 13. et Seldenum Syntagm. 1. cap. 5. Suidas: „Χαμὼς θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη θεὸς Σιδονίων, ᾗ ἐλάτρευσε Σολομῶν." *(F.)*

d. idola hominum ac mulierum] I. e. virorum et mulierum imagines. Sic in-

quorum causa et captivitas illis regibus et populo tunc temporis permittente domino saepius adventabat, sicuti in 6 Regnorum libris continetur. Praeter David beatum regem et Ezechiam sanctum et Iosiam et Iesum filium Nave[e] alii omnes permittebant populos sacrificare idolis, ac saepius cum illorum interitu et ipsi 7 versabantur[f g], non ea destruentes, sed magis impietatis eorum fautores fieri properantes, ut reges ceteri, sicuti libri 8 Regnorum contestantur.

Alia est haeresis in Iudaeis, de qua dominus prophetans[b] incusabat eos. Deque ea beatus Stephanus martyr[c] increpabat, dicens: *Numquid immolationes et sacrificia mihi 1 quadraginta annis obtulistis, domus Israël, dicit dominus omnipotens*[d], *et nunc suscepi-* Cap. XVIII.

5. id est *om. b.* 6. Regum *b.* 7. venerabantur *c. Revocavi veterem scripturam* versabantur, *quod interpretor* evertebantur. 8. Regum *b.*

Cap. XVIII. *in abc inscriptum habet* HAERESIS DE IDOLO MOLOCH ET REMPHAM[a] (REMPHAN *c.*). — 1. in deserto quadraginta *c.*

fra c. 24. „*multorum quasi hominum multarumque mulierum*" et c. 27. „*Astar et Astaroth, homines et feminas.*" Notum est quod apud Hebraeos, Graecos, Gallos, aliasque gentes homo pro viro ponitur, etiam apud Latinos. Vide Io. Henelii Otium Uratislaviense c. 42. Scipionem Gentilem lib. 1. Parerg. c. 3. et Taubmannum ad Plautum pag. 251. et 292. In libro tertio Esdrae IV. 17. „καὶ αὗται ποιοῦσι τὰς στολὰς τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὗται ποιοῦσι δόξαν ἀνθρώποις, καὶ οὐ δύνανται ἄνθρωποι χωρὶς γυναικῶν εἶναι." Similiter Tob. VI. 7. et 14. Matth. XIX. 10. et 1. Cor. VII. 1. *(F.)*

e. et Iesum filium Nave] Mirum videri possit hoc loco Iosuam commemorari post reges, itaque prima facie suspicetur quis aliquem regem sub isto nomine latere: sed non est adeo exquisita accuratio morose a Philastro exigenda, quam fortasse alibi etiam in hoc libello desideres. *(F.)*

f. versabantur] Ita omnino reponendum erat ex libro vetusto; *versabantur*, hoc est evertebantur, cum populorum suorum interitu et ipsi reges ac duces. Cf. Du Cange Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v. *Versare.*

g. venerabantur] Ita reposui pro *versabantur*, quod ingerebant priores editiones. Porro *illorum*, intellige interitum suum ipsorum regum, populique. *(F.)*

Cap. XVIII. — a. Remphan] Ita et in Codicibus Irenaei, [et in] Vulgata Latina versione, et passim hoc nomen scribitur: Versio Graeca LXX senum, uti et quidam Graeci Actorum Codices habent Ῥαιφὰν, quasi interpretes apud Amosum pro כיון legissent ריון. In nominibus Aegyptiorum planetarum apud Kircherum in Prodromo Copto et T. 1. Oedipi Aegyptiaci T. 1. p. 385. T. 2. p. 415. 431. est Ῥηφὰν, quem Saturno respondere notat. Ῥηφὰν quoque in versione Coptica a Dav. Wilckinsio edita. Variis etiam aliis modis hoc nomen vel scriptum vel corruptum videre est in Ῥομφᾶ, Ῥαιμφὰν, Ῥαμφὰν, Ῥαφὰν, Ῥεφὰν, Ῥεφὰμ, Ῥεφφὰν, Ῥεφᾶ, ut Ludovici de Dieu et Ioh. Millii industria ad Actorum locum annotavit. Grotio Ῥεμφὰν idem cum Ῥιμμών 4. Reg. V. 18., quia Hebraicum רמון utroque modo efferri potest. Fuit et Remphis rex Aegypti de quo Diodorus Sic. lib. 1. p. 56. *(F.)*

b. dominus prophetans] Apud Amosum V. 26., cui loco difficili illustrando praeter interpretes et Seldenum Vossiumque de Idololatria consulendi sunt viri clarissimi Samuel Petitus libro et capite primo Variarum Lectionum, Io. Spencerus libro III. de Legibus Hebr. pag. 32. seq. Io. Braunius libro quarto Selectorum Sacrorum c. 8. 9. 10. Campegius Vitringa libro secundo Observationum p. 245. seq. et qui viri huius docti sententiam ad examen revocavit Henricus Muhlius in diss. secunda Apodixeos scripturariae. *(F.)*

c. Stephanus martyr] Actor. VII. 42. seq. *(F.)*

d. dicit dominus omnipotens] Verba inserta a Philastrio ex Amos. V. 27. *(Fabr.)*

*stis tabernaculum Moloch*[e] [2]*et* [3]*sidus dei* [4]*Remphan, formas* [5]*fictorum*[f] *idolorum*[6] *et sculptilium? Propter quod dicit dominus, Transmigratione vos faciam captivari in* [7]*Babylonem*, atque *terram* Persarum[g], et interiora loca alia [8]exarida, et in postrema terrarum omnium.

Cap. XIX. Sunt et qui aram collocantes ita dictam, [1]Taphet[a], nomine alicuius in valle filii Ennon[b]; ibidem suos filios et filias Iudaei daemoniis immolabant[c]. De quibus dicit dominus per prophetam

2. vestro et *c.* 3. sydus *Bab.* 4. Rempham *Bab.* vestri Remphan *c.* 5. fictorum *c.* fixorum reliqui. 6. et *om. abc.* 7. Babylonem atque terram Persarum *ego, vocula* terram *ex sequenti vocabulo* Persarum *repetita.* Babylone atque Persarum *Ba.* Babylonis atque Persarum *bc.* 8. exarida *ego.* et arida *libri omnes. Pro* interiora *cum Fabricio facile rescripserim* ulteriora.

Cap. XIX. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ARA TOPHET. — 1. Taphet *B.* Tophet *reliqui.*

e. tabernaculum Moloch] Ναΐσκον et παστὸν; in quo adorabatur Ammoniticum Molochi simulacrum. Moloch Hebraice מולך et מלכום, quo nomine alii Saturnum alii Solem cultum contendunt, licet *Baal et Moloch* videantur esse nomina generalia pluribus diis communia, ut Spencerus post Sam. Petitum non absurde observavit. *(F.)*

f. formas fictorum idolorum sculptilium] Verba *fictorum idolorum sculptilium,* uti et alia quae diverso charactere edi curavi, addidit Philaster de suo. Porro *fictorum* scripsi, pro eo quod habebant priores editiones, *fixorum. (Fabr.)*

g. Persarum] 2. Maccab. I. 19. Apud Prophetam Amosum tantummodo est „καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμάσκου" (quam Damascum Arabicae terrae adscribit Iustinus Martyr. p. 238.) Pro eo S. Stephanus dixit: „καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος," quod ultra etiam est, et eventus comprobavit. In Philastri verbis secutus sum h. l. editionem quae in Bibliothecis Patrum extat: Nam in Basileensi eadem omnia erant, nisi quod deerant verba *in deserto,* et *vestro* ac *vestri* et quod *Babylone* pro *Babylonis* scriptum esset: Iohannes vero a Fuchte ita edidit: „*In Babylone atque Persarum interioribus locis aridis et in postrema terrarum omnium.*" Pro *interiora* possit etiam legi *ulteriora,* nisi quis in vulgata lectione malit mecum acquiescere. *(F.)*

Cap. XIX. — a. qui aram collocantes ita dictam Tophet nomine alicuius] Non videtur Tophet esse nomen idoli, sed loci, licet in Catena Patrum Graecorum ad Ieremiam pag. 624. *ara Tophet* exponitur βωμὸς τοῦ Πλούτωνος, et Andreas Mullerus vir doctissimus in Glossario Sacro putat Tophet esse *Tautum* Aegyptiorum. Aliis convenire videtur cum Vesta quae Scythis dicta Ταβιτί, teste Herodoto IV. 152. Certe Targum Esaiae XXX. 33. pro Tophet reddit Gehennam, et Kimchius ad 4. Regum XXIII. 10. aliique Hebraei notant Tophet dictum a תוף, quae vox tympanum sonat, quod nempe tympanis strepitum facere soliti sunt quando homines Molocho immolarunt, ne eiulatus exustulandorum exaudiretur. Procopius ad eundem locum scribit Tophet Hebraeis esse πτῶσιν sive lapsum, quasi esset תופל. Quae vero Ieremias VII. 31. vocat excelsa Tophet, במות תופת, eadem apud eundem prophetam sunt βωμοὶ τῇ Βαάλ, במות תבעל XXXII. 35. semel a loci, semel a generali idoli nomine petito vocabulo. *(F.)*

b. in valle filii Ennon] גיא הנם Nehem. XI. 30., vel גי בן הנם Ios. XVIII. 16. et alibi. Suadet sane haec appellatio Hinnonum esse nomen proprium viri qui nomen valli huic dederit, licet pulchre convenit loco, quod id a נהם sive gemere deductum volunt. Ab eo *Gehennae* appellatio, cuiu signes in sacris novi foederis libris pro suppliciis inferorum sempiternis ponuntur. Est etiam morbi genus quod ob aestus vehementiam *ignis gehennae* dicitur in narratione de transitu S. Eleutherii, Episcopi Tornacensis. *(F.)*

c. daemoniis immolabant] Recte hoc loco Philastrius, qui filios et filias non

Ezechielem[d]: *Ecce fili hominis, vide quid facit populus Israël, iste filios et filias suas in valle* [2] *Taphet immolat daemoniis, quibus ego non mandavi* hanc facere iniquitatem in Israël populo.

Puteoritae[a b] sunt qui puteos colunt, in altum fodientes, deque eis haurientes, quasi aquam salutis in ea sperantes [1]aliquam, cum dicat dominus per prophetam[c] monendo: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquam* salutarem. Quod ergo ante dicebat per prophetam, in sua divina complebat praesentia[d], dicens: *Omnis qui ex hac aqua* terrestri *biberit, rursum sitiet: de aqua autem quam ego* [2]*ei dedero, si biberit, non sitiet in aeternum, sed erit ei saliens in vitam aeternam.* Quippe [3]erit[e] gratia Christiani baptismi salutaris humano generi concessa a domino salvatore. Cap. XX.

Haeresis est quoque in Iudaeis quae serpenti sacrificabat et usque ad Ezechiam regem Iudaeorum eandem impietatem celebrabat. Serpenti enim, in libris [1]Regnorum[a], usque ad Ezechiam sacrificabat aereo populus Iudaeorum, quem [2]Moyses[b] facere iussus fuerat in exitu Israël de Aegypto: cum a serpentibus morderentur Iudaei murmurantes atque deperirent inique, iussit dominus ut faceret [3]Moyses serpentem aereum, ac suspenderet eum in medio po- Cap. XXI.

2. Taphet *B.* Tophet *reliqui.*

Cap. XX. *in Babc. inscriptum habet* PVTEORITAE. — 1. aliqua *b.* 2. ei dabo, si biberit, non sitiet in aeternum, sed *b.* ei dabo, non sitiet in aeternum, quam ego ei dedero, si biberit, non sitiet in aeternum, sed *Ba.* 3. erat *c.*

Cap. XXI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS OB AENEVM (AENEAM *a.*) SERPENTEM. — 1. Regum *b.* 2. Moses *ab.* 3. Moses *ab.*

tantum traductas ac lustratas per ignem, ut persuasum Maimonidi III. 38. More Nebochim, sed etiam immolatas, hoc est igne crematas scribit. Vide Seldenum lib. 1. de Diis Syris c. 6. Grotium ad Deut. XVIII. 10. et Greg. Michaelis ad Gaffarelli Curiositates Inauditas p. 95. seq. et Spencerum II. 10. de Legibus Hebraeorum, Episcopium Inst. Theolog. p. 134. I. Geusii Victimas Humanas lib. 1. c. 11. *(F.)*

d. per prophetam Ezechielem] Prima tantum verba leguntur Ezechiel. VIII.; quae deinde sequuntur, petita sunt ex Ierem. VII. 31. Postrema Philaster ipse ex ingenio suo adiunxit. *(F.)*

Cap. XX. — a. Puteoritae] Intelligo esse vocem hybridam, *puteoryctas*, compositam ex Latino et Graeco. Sed in Graeco est „λάκκους ὤρυξαν." Λακκορύκται igitur dicendi erant, non Puteoryctae. (Ios. Scaliger l. l.)

b. Puteoritae] Vocabulum a puteo effictum, ut supra c. 12. Musoritae a muribus. Mirum vero si proprie accepit Philaster, quae per allegoriam a propheta dicta sunt, propriamque haeresin exinde confinxit. *(F.)*

c. per prophetam] Ierem. II. 13., ubi per lacus detritos daemonia et idola intelligit Apollinaris in catena ad hunc locum. *(F.)*

d. praesentia] Ita scripsi pro eo quod Helmstadiensis editio habebat, *praescientia*. Verba autem quae mox affert sunt Christi, Ioh. IV. 13. *(F.)*

e. Quippe erit] Fabricius recepit *erat.* Sed scripturam antiquam revocavi.

Cap. XXI. — a. in libris Regnorum] Libro IV. c. XVIII. 4. legas Israëlitas usque ad Regis Hezekiae tempora serpenti aereo adoluisse incensum, sive θυμιᾶσαι. Cetera ex traditione a Philastro addita sunt. *(F).*

b. Moyses] Num. XXI. 9.

puli supra lignum, et qui intuebantur in eum, salvabantur a plagis atque diversis vulneribus. Illi ergo serpenti aereo usque ad regem Ezechiam sacrificabat Iudaeorum populus, formationes[c] etiam in lapide magno velut obelisco, qui erat in templo positus pro columna, et in eo incisiones et impressiones manu hominum, ut et litterarum [4]quarundam sculpentes Iudaei et formulas diversas tollentes[d] et ponentes in lamina baiulabant in collo: incantationes etiam docentes et velut phylacteria habentes, imo potius exercentes maleficia, eadem percolebant, atque inde alligaturas et tutamina suo portabant et portant in pectore, quae dominus ubique in lege[e] vetuerat fieri, quia paganae caecitatis haec erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias rex impressiones sive sculptiones deleri iussit, atque ferro radi penitus atque exscindi; aereum etiam serpentem deponi atque frangi[f] praecepit, pro quo merito[g] est liberatus a domino de obsidione tanta Persarum et Assyriorum[h], tunc temporis qui venerant captivare Iudaeorum populum atque civitatem, ut illa nocte, qua timebat barbaros rex Ezechias, angelus do-

4. quarundem *B.*

c. formationes etiam etc.] Per formationes quas Philaster vocat, et incisiones impressionesque intelligit characteres et figuras telesmaticas columnae illi insculptas, quibus vim averruncatoriam tribuerunt homines superstitiosi, uti serpenti aereo Parisiis reperto de quo Gregorius Turonensis VIII. 33. Non defuerunt etiam qui serpentem ipsum a Moyse erectum habuerunt pro telesmate eiusmodi, quam sententiam confutat Natalis Alex. in selectis capitibus Hist. Eccles. Veteris Testamenti, aetate IV. diss. 6. et in Curiositatibus Inauditis Gaffarellus c. VI. §. 7. *(Fabr.)*

d. formulas diversas tollentes] Sensus est, fuisse qui ex illis characteribus quosdam describerent in laminas, descriptosque gestarent instar amuletorum, quae mox *phylacteria*, et latino vocabulo, quod idem significat, *tutamina* appellat, et *alligaturas* sive περιάμματα, de quibus copiose Ioh. Christianus Frommanus libro de Fascinatione, et Iacobus Wolfius in Scrutatore Amuletorum. *(F.)*

e. in lege] Levit. XXVI. 1. et Deut. XVI. 22. quae sunt in praeceptis negativis XIII. et XIV. *(F.)*

f. frangi] כתת 4. Reg. XVIII. 4. hoc est comminui, ut a Moyse vitulus Deut. XI. 21. Videant igitur qui serpentem illum adhuc ostentant in columna integrum Mediolani in templo S. Ambrosii, quem singulari libro descripsit Petrus Paulus Bosca Bibl. Ambrosianae praefectus. Conf. Geo. Hieron. Welschium de Vena Medinensi pag. 67. seq. et Wagenseilium τὸν μακαρίτην in praefat. ad librum Germanice editum de More Iudaeorum Germanica Hebraicis scribendi litteris, ubi effigiem illius serpentis exhibet. *(F.)*

g. pro quo merito] Veteres passim *meritum* ponunt pro virtute et actione bona, quae deo placet et quam ille praemiis dignatur. Loca collegit Thomas Mortonus in Antidoto. Dicitur scilicet meritum quod gratiam meretur, i. e. consequitur, hoc enim est mereri, ut in illo Zosimi Papae: *O felix culpa, quae talem meruit habere Salvatorem!* Etiam pro culpa meritum poni notavit Andreas Schottus II. 16. Observ. Humanarum. Desiderius Heraldus ad Arnob. lib. 1. pag. 50. *(F).*

h. Persarum et Assyriorum] Sennacheribus qui Hierosolyma incassum obsedit 4. Reg. XVIII. seq. *Assyriorum et Arabum rex* dicitur Herodoto lib. 2. cap. 141. *(F.)*

mini de caelo[i] descenderet centumque et octoginta quinque milia alienigenarum obsidentia civitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimes atque mortuos mane regi omnique Iudaeorum populo demonstraret.

Alia est haeresis[a], ut Ezechiel propheta dei iussu pervidit sub terra in spelunca stantes septuaginta viros seniores Iudaeorum, tenentes turibula, diversisque[b] formarum sculptilibus[c] sacrificantes eosdem atque eadem adorantes[d]. Cap. XXII.

Est et alia haeresis Iudaeorum, quam sub spelunca iussu dei cogitur pervidere propheta[a], mulieres sedentes[b] et plangentes quendam [1]Thamuz[c] nomine, qui filius[d] fuit regis gentilium, cuius Cap. XXIII.

Cap. XXII. *in abc. inscriptum habet* Haeresis svbterraneis in locis ad omnem tvrpitvdinem apta. —

Cap. XXIII. *in abc. inscriptum habet* Haeresis mvliervm cvm thamvr (thamvs *c.*) simvlacro. — 1. Thamus *c.* Thamur *reliqui.*

i. angelus domini de caelo] 4. Reg. XIX. 35. Angelum bonum fuisse colligit S. Antonius apud Athanasium in huius vita, ex eo quod sine tumultu rem peregerit. Eleganter et diserte stragem hanc ab angelo editam describit S. Nilus, narratione secunda.

Cap. XXII. — a. Alia est haeresis] De qua iam dictum supra, cap. 14., ex Ezech. VIII. 10. 11. 12. *(F.)*

b. diversis formarum sculptilibus] Equidem vir maximus Hugo Grotius pictas tantummodo has Panthei subterranei imagines fuisse contendit. Sed vocabulum מחקה, quod LXX. reddiderunt διαγεγραμμένον, potest etiam non absurde accipi de sculptili. Ceterum Ezechieli, qui in Babylonia tum temporis versabatur, hoc omne in visione tantummodo a deo monstratum, non in templo ipso Hierosolymis praesentem rem praesentis oculis subiectam esse, lubens mihi persuadeo. *(F.)*

c. diversisque formarum sculptilibus] Eis quae Fabricius ad haec verba adnotavit Galeardus haec addidit: „Favet Grotio Hieronymus ad hunc locum Ezechielis VIII., 10. „Non solum idolum zeli, sed et omnes templi parietes diversis idolorum imaginibus pingebantur, ut nulla esset bestia quam non parietis pictura monstraret." Et certe picturam memorat non solum Vulgata, sed etiam Paraphrasis Chaldaea. Quod Grotius addit ad eundem Ezechielis locum, pingere tales formas in parietibus morem fuisse Troglodytarum „narrante Philastrio" falsus est Vir summus; nam cap. 14., ubi Philastrius loquitur de Troglodytis, de pictura ne verbum quidem."

d. eadem adorantes] Hoc est una adorantes.

Cap. XXIII. — a. propheta] Ezech. VIII. 14. *(F.)*

b. sedentes et plangentes] Lugentium enim sedere, ut notant viri docti ad Virgil. XI. 350. „*totamque videmus consedisse urbemluctu.*" Et Ioh. Doughteius in Analectis Sacris ad prophetae locum. *(F.)*

c. Thamuz] Male priores editiones *Thamur,* est quippe in Hebraeo תמוז, Θαμμούζ. Aegypti rex Θαμοῦς apud Platonem in Phaedro et Philostratum VI. 5., aliis Ἀμοῦς, de quo dixi lib. 1. Bibl. Graecae c. 2. Manethoni apud Ioseph. 1. contra Apion. p. 1040. seq. Θούμμωσις et Τέθμωσις: Syncello p. 63. Ἄμωσις idemque Τέθμωσις, Asethi F., cui Amosi fuit filius dictus itidem Ἄμωσις et alio nomine Μισφραγμούθωσις, ut ibidem apud Syncellum et p. 122. legitur, pro quo in Iosephi codicibus minus bene est Ἀλισφραγμούθωσις, cuius filium Τέθμωσιν eum fuisse Manetho scribit, qui Israëlitas Aegypto expulit. Apud Herodotum II. 42. Ἀμμοῦς est Aegyptiorum Iupiter: idem docet Plutarchus lib. de Iside et Osiride pag. 354. Notamus idem nomen a Manethone exponi κεκρυμμένον, et hunc esse Iovem Ammonem Graecorum. Etiam Osiridem Ἄμμωνα quibusdam dictum testis est Diodorus Siculus libro 1. p. 15., et Theo-

Iudaeae mulieres simulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque gentilium colentes ei offerre sacrificia non desinebant. [2]Thamuz enim Pharao ille[e] dicebatur rex Aegyptiorum qui sub beato [3]Moyse Aegyptiis praesidebat illo tempore.

Cap. XXIV. Alia est haeresis in Iudaeis, [1]quae multorum quasi hominum[a] multarumque mulierum percolens idola [2]Baalitarum speluncis absconditis eisdem offerre sacrificia non [3]desinebat, scriptura dicente quasi multorum atque multarum[b] fuisse numerum. Hoc [4]autem a Belo rege[c], qui Orientem potenti regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius uxore et filiis filiabusve ita ex parentibus editis omnem eorum progeniem processisse monstrabat, ut ex eis [5]Baalitae[d] appellarentur. Nam ut est genus aut [6]Gracchorum[e], aut Aniciorum et aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerserit proge-

2. Thamus c. Thamur *reliqui.* 3. Mose *ab.*

Cap. XXIV. *in Babc. inscriptum habet* BELITAE. — 1. qui *c.* 2. Bahalitarum *Bab.* 3. desinebat *ego.* desinebant *libri omnes.* 4. autem aut a Belo *Bab. Pro* Hoc *rescribendum puto* Nomen. 5. Bahalitae *Bab.* 6. Graccorum aut Anitiorum *c.* Graccorum aut Anitiorum *reliqui.*

doreto auctore „ὁ Θαμοῦς ὁ Ἀδωνίς ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνήν." [Adde Procopium Gazaeum p. 258. sq. ad Iesaiam. De cultu Thamusi apud Aegyptios vide sis scriptores laudatos a Ioh. Iarkio ad Eliam Schedium p. 103.] Hinc de planctu Osiridis et Adonidis sat multa ad h. l. observarunt viri eruditi. Thamum vero Aegypti regem ab Hippopotamo discerptum periisse, Syncello teste laudato scribit praeclarus Philostrati illustrator pag. 234. Sed de Mene, non de Thamo, hoc tradit Syncellus p. 54., licet Menem cum Thamo confundit Marshamus p. 31. Chronici. *(F.)*

d. qui filius fuit regis] Ipse etiam, ut mox addit Philaster, Aegyptiorum rex. *(F.)*

e. Pharao ille] Ita et sentit Africanus apud Syncellum p. 62. seq. qui regem illum Ἄμωσιν vocat, ut Manetho apud Iosephum p. 1041. Τέθμωσιν: „ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις." Hic si fuerit quem mulieres Iudaeae luxerunt, tum planctus illius causa erat, quod rex iste mari rubro haustus cum exercitu periit. Aliis rex ille Aegypti videtur fuisse Chenchrees, vel Acherres, aliis Petisonius. Sed Manethoni libenter in hoc fidem habeo. *(Fabr.)*

Cap. XXIV. — a. quasi hominum] I. e. virorum, ut supra c. 17.

b. quasi multorum atque multarum] Occurrit in sacris litteris non tantum singulare בעל, sed et plurativum בעלים, ut Iudic. II. 11., 1. Sam. VII. 4., 2. Paralip. XXVIII. 2. atque saepius alibi. *(F.)*

c. a Belo rege] Conditore Babylonis, de quo uti et de aliis huius nominis consulendus Marshamus in Chronico Canone. Hunc a sacro scriptore Moyse Nimrodum dictum volunt Genes. X. 10. *(F.)*

d. Baalitae] Uti Baalitae sive Belitae non incongruenter supra c. 16. dicti sunt Baalis sive Belis cultores, ita toto hoc capite aptior sensus fuerit si pro Baalitarum et Baalitae atque Belitae, ubique legas Baalim. Sententia autem Philastrii est, illo nomine communi venire omnes Beli posteros. *(F.)*

e. Graccorum] Ita scribendum mihi visum fuit pro *Graecorum,* quod erat in prioribus editionibus. Nota autem apud Romanos Gracchorum perinde ut Aniciorum familia: ac de Aniciis quidem praeter Glandorpium et alios qui de familiis Romanorum scripsere, videndus Vinetus ad Ausonii Epist. 16. et Reinesius in Epistolis ad Hofmannum p. 633. seq. Gracchorum vero nomen antiquitus sine adspirationis nota scriptum *Graccorum* notavit in Orthographia Terentius Scaurus ex Varrone. Confer. Io. Rhodii notas ad Scribonium Largum p. 218. seq. *(F.)*

nies, ut ex uno nomine impia generatio Belitae [7] dicerentur. Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, et progenies illorum itidem sepulta in eo loco hoc nomine a suo populo meruit a posteris nuncupari, ut Belitae appellarentur a sua generatione pristina. Belus autem sive a proprio nomine, sive a fortitudine belli [f], quia multos superabat tunc temporis, hoc nomen aut cognomen habere sortitus est, deque hac re Iudaeorum populus impietatem gentilium sequendo a divina scriptura accusatur, quod sacrificantes illis, id est regibus et eorum filiis omnique cognationi illorum, [8] *eosque* sequentes diversis captivitatibus tradebantur.

Alia est haeresis in Iudaeis, quae [1] Baal idolum [2] a Balaam [a] pseudopropheta, qui de Mesopotamia advenerat contra [3] Moysen beatissimum, asserunt nomen accepisse, [4] quia Balac [b] tunc temporis rex Moabitarum illum rogaverat, ut ad eum [c] iret, et malediceret populo Iudaeorum. Et quia ut propheta in scripturis ante dicebatur [d], contempto [5] autem praecepto domini ad pseudoprophetae postea descendit interitum [e], contra dei populum cogitando, Iudaei ut pagani sub hoc vocabulo [f] idolum facientes ipsius colere illud [g] non desinebant. Cap. XXV.

7. diceretur *b*. 8. eosque sequentes *b*. sequentes *reliqui*.

Cap. XXV. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS CVM BAAL (BAHAL *ab.*) IDOLO.
1. Bahal *Bab*. 2. a Balaam pseudopropheta *c*. aut Balaam pseudoprophetam *reliqui*. 3. Mosen *ab*. 4. qui *ab*. 5. ante *b*.

f. sive a fortitudine belli] Notatio nominis haud minus aliena quam quod in Chronico Paschali p. 36. Belus dictus traditur quasi βέλος telum „διὰ τὸ ὀξύτατον εἶναι." Hyginus fab. 274. „*Afri et Aegyptii primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.*" Postrema verba pro glossemate male habet Barthius ad Statium T. 2. p. 889.; nam Cassiodorus quoque lib. 1. Epistola 30. cum pugnam dictam esse notasset, quod prius certatum esset pugnis „*postea*, inquit, *Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum placuit nominari.*" Qui locus Vossio etiam in Etymologico, et Munckero ad Hyginum iam observatus. *(F.)*

Cap. XXV. — a. a Balaam pseudopropheta] Ita scripsi, cum priores editiones perperam haberent: *aut Baalam pseudoprophetam. (F.)*

b. quia Balac] Male in prioribus editionibus: *qui Balac. (F.)*

c. ad eum iret] Ad regem puta Balacum Num. XXII. 5.; igitur magis perspicue dixisset *ad se*. Sed frequens huiusmodi neglectio reciproci pronominis, et vicissim huius pro demonstrativo usus apud scriptores istius maxime et sequentium aetatum. Sic illustris Huetius commentarios de vita sua inscripsit *de rebus ad eum pertinentibus. (Fabr.)*

d. propheta in scripturis ante dicebatur] S. Hieronymus in quaestionibus Hebraicis ad Genes. XXII. cum Balaamum dixisset ab Hebraeis haberi pro eo qui in libro Iob dicitur Elihu, et genus duxerit a Nachore Abrahami fratre: „*Primum*, inquit, *vir sanctus et prophetes dei* (Num. XXIV. 3. seq.), *postea per inobedientiam et desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, divini vocabulo* (Ios. XIII. 22.) *nuncupatur.*" Male apud Eucherium, ubi Hieronymi verba describit, *divini vocabulo privatur. (F.)*

e. ad pseudoprophetae descendit interitum] Numer. XXXI. 8. Ios. XIII. 22. *(Fabr.)*

f. sub hoc vocabulo] Baalis nomine Balaamum colentes, quod nullus alius antiquus scriptor, quantum quidem ego memini, traditum reliquit. *(F.)*

g. colere illud non desinebant] I. c.

Cap. XXVI. Alia est haeresis de [1]Pythonissa, qua [2]cooperientes vestimentis [3]mulierem[a] ab ea quaedam responsa sperabant posse[b] consequi. Unde et aiunt [4]Pythonissam illam beati Samuelis animam ab inferis excitasse; [5]idque inde maxime credi posse homines usque hodie plurimi suspicantur, [6]quia quae dixerat regi Sauli superstiti propheta beatissimus, ea etiam in executione quasi [7]ei[c] iterum responsa dixisse [8]cognoscitur vera; cumque plurimi huic adquiescere mendacio malint, in perpetuum descendunt interitum, cum propheta[d] dicat: *Iustorum animae in manu [9]domini, et non tangit eas mors.* Quomodo itaque anima impia[e] piam sanctamque animam, et prophetam maxime, poterat ab inferis excitare? [10]Sed quia ignorant quod recedentes animae a fide Christi domini deditas iam se impietati faciunt, atque ei omni se studio subiiciunt; quia arbitrii sui est omnis homo[f], quod velit ut eligat facere permittente deo. Sed quia recessit[g] a domino, ut immundus spiritus iam ei domi-

Cap. XXVI. *in abc. inscriptum habet* DE PYTHONISSA (PHITONISSA *ab.*) MVLIERE HAERESIS SVPERSTITIOSA. — 1. Phitonissa *Bab.* 2. se cooperientes *b.* 3. mulierum *b.* 4. Phitonissam *Bab.* 5. idque *ego.* atque *libri omnes.* 6. quia quae *ego.* quaeque *libri omnes.* 7. dei *c.* 8. cognosci *c.* 9. domini sunt, et *b.* 10. Sed *capiendum est ut Graecorum* ἀλλὰ, *quemadmodum rursus infra. Sed utroque loco facillima opera rescripseris* Scilicet.

colebant: formula loquendi Philastro perquam familiaris. Sic cap. 14. „*idola colere non desinebant.*" cap. 16. „*Achab et Hiezabel uxor eius illi idolo sacrificare non desinerent.*" c. 23. „*Impietatemque gentilium colentes ei offerre sacrificia non desinebant.*" *(F.)*

Cap. XXVI. — a. cooperientes vestimentis mulierem] Male accepit Philaster quod 1. Sam. XXVIII. legitur, Saulum cooperuisse se, et mutatis vestimentis alium se simulasse. *(F.)*

b. posse consequi] Plenius erat: *posse se consequi.* Et fortasse librarius syllabam eandem quae praecedit repetere neglexit. *(F.)*

c. quasi ei iterum responsa dixisse cognosci vera] Sicut dei responsa esse comprobabantur, quae Samuel spirans adhuc Sauli dixerat. In prioribus editionibus locus hic corrupte, ut mihi quidem videtur, legebatur sic: „*quasi ei iterum responsa dixisse cognoscitur vera.*" *(F.)*

d. cum propheta dicat] Verba sunt in Sapientiae libro c. III. 1. cuius libri auctorem prophetam vocant etiam alii veteres bene multi, ut Lucifer Calaritanus ex illo hunc ipsum locum proferens p. 194. „*ore Salomonis Spiritus S. dicit,*" mox: „*Dicit scriptura sacra,*" atque iterum p. 195. „*loquitur,* inquit, *ore prophetae Spiritus S.*" Doctissimi quique tamen cum S. Hieronymo, Augustino, Eusebio, et Basilio M. (ne de Iudaeis dicam) et a Salomone et a propheta scriptum negarunt. Pro verbis: „*in manu domini, et non tangit eos mors,*" in Graeco est: „ἐν χειρὶ θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος," apud Luciferum, „*tormentum malitiae.*" *(F.)*

e. Quomodo itaque anima impia] Solidum argumentum quo Philaster probat non fuisse verum Samuelem, quem saga Endorea in conspectum Saulis produxit. Eodem argumento utitur Tertullianus c. 57. de Anima, Gregorius Nyssenus Epistola ad Theodosium, aliique quorum loca produxit Leo Allatius Syntagm. de Engastrimytho c. 10. seq. *(F.)*

f. arbitrii sui est omnis homo] Communis haec doctrina Graecorum Latinorumque scriptorum ante Augustinum, ita tamen ut faterentur cum apostolo deum esse qui det velle ac perficere. S. Hieronymus quaest. Hebr. in Genes. IV. 6. „*verum quia liberi arbitrii es, moneo ut non tibi peccatum, sed tu peccato domineris.*" Respicit autem Philaster verba Sirachidae XV. 14. seq. *(Fabr.)*

g. Sed quia recessit a domino] Saul nimirum, nam de eo sermo est. *(F.)*

naretur. Dubiis et claudicantibus in lege divina quod dixit beatus [11]Helias: *Aut deo, deo, aut Baal, Baal*[h]. *Qui enim adhaeret Christo, unum corpus est*[i], et qui immundo spiritui, *unus consensus est.* Et Achab rex Iudaeorum cum crederet Sedechiae et aliis falsis prophetis verumque prophetam domini Michaeam contemneret, interrogat dominus immundum spiritum, adhuc bonitatis loco[k] regi concesso a Christo domino usque ad tempus aliquod, ut si vellet credere prophetae vero, procellam periculi devitaret, si nollet magisque crederet pseudoprophetis, sine dubio deperiret. Ita enim interrogat dominus[l] immundum spiritum, dicens: *Quis seducet regem Achab Israëlitarum, ut vadat in pugnam et interficiatur? Et ecce immundus spiritus advenit dicens: Ego vadam et faciam. Et ait dominus ad immundum spiritum, quomodo id facies? Et ait immundus spiritus ad dominum: Faciam me quasi angelum lucis*[m] *et verba similia eloquar, et ducam eum in praelium,* [12]*atque ibi eum deseram, et sic morietur. Et ait dominus ad eum: Vade, sic facies.* Ideoque et apostolus[n] ait: *Non magnum est, si et satanas transfiguret se velut in angelum lucis, cum ipsius satellites transfigurantur.* Et ita decipiunt multos visu, verbo aut persuasione[o] non alterius rei[p], quippe visu quasi verisimili[q], ut, cum verbis veluti similibus et visibus quasi bonis et non malis in tempore volunt credere atque eis inhaerere homines, inevitabilem mortis aeternae incurrant sententiam, diversisque post exitum corporis poenis et cruciatibus pessumdentur. Quod et regi Iudaeorum illo tempore periculum supervenit, quod falsis magis quam veris dei prophetis credere maluisset.

Est haeresis in Iudaeis [1]quae [2]Astar et [3]Astaroth[a] post [4]Moysi Cap. XXVII.

11. Elias *b*. 12. et *b*.
Cap. XXVII. *in abc. inscriptum habet* De astar (asthar *ab.*) et astaroth (astharoth *a.* astharot *b.*) simvlacris haeresis. — 1. qua *b*. 2. Asthar *Bab*. 3. Astharoth *Ba*. Astharot *b*. 4. Mosi *ab*.

h. Helias] 3. Reg. XVIII. 21. *(F.)*

i. Qui enim adhaeret Christo] 1. Corinth. VI. 17. *(F.)*

k. adhuc bonitatis loco] Dato adhuc ei spatio poenitentiae, et boni consilii amplectendi. *(F.)*

l. interrogat dominus] 2. Paralipom. XVIII. 19. Caeterum non verba exacte appendit Philaster, sed sensum expressit, more suo interpolatum. *(F.)*

m. Faciam me quasi angelum lucis] Haec interserit ex loco Apostoli mox producendo. *(F.)*

n. apostolus] 2. Cor. XI. 14. Etiam hunc locum e memoria et non accurate redditis verbis apposuit Philaster. *(F.)*

o. aut persuasione non alterius rei] Hoc est persuadentes ea quae suadent revera esse quemadmodum suadeant. Fabricii interpretatio eodem redit.

p. non alterius rei] Quam bonae scilicet, ut mox addit: „*Visibus quasi bonis et non malis.*" Ita dicimus „*si secus aliquid acciderit,*" vel „*secus cogitare,*" pro „*in malam partem.*" *(F.)*

q. quippe visu quasi verisimili] Fortasse *verisimilis* legendum. Aut vero referendum illud *verisimili* ad ea quae

defunctionem successionemque Iesu filii Nave colentes ad captivitatem gentilium [5]tradebantur. Nam [6]Astar et [7]Astaroth homines et feminas[b] figurasque eorum colebant, quae nomina regum Syriorum[c] fuerunt et Aegyptiorum, quorum filii filiaeque cum a populis suis colerentur, post etiam templa illis facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes deorum dearumque eis [8]nomina[d] offerebant cum sacrificiis itidem. Nam [9]Astartium[e] est in Syria, [10]alibique diversa et plurima, [11]qua de gente Chananaeorum omnis haec illo tempore exarsit impietas, [12]quam [13]Moyses gentem cum omni suo populo eradicare iubebatur[f] a domino.

Cap. XXVIII. Alii Herodiani sunt, ab Herode[a] rege[b] Iudaeorum ita appellati. Isti resurrectionem confitentur[c], legem et prophetas accipiunt, He-

5. trahebantur *b.* 6. Asthar *B.* et Asthar (Astar *c.*) *abc.* 7. Astharoth *Ba.* Astharot *b.* 8. nomine *c.* 9. Asturtium *Bab. Hic in marg. Ba. asteriscus conspicitur.* 10. alibique *c.* aliqua *reliqui.* 11. qua *ego.* quae *libri omnes.* 12. ob quam *b.* 13. Moses *ab.*

Cap. XXVIII. *in Babc. inscriptum habet* Herodiani.

praecedebant, *verbo aut persuasione.* *(Fabr.)*

Cap. XXVII. — a. Astar et Astaroth] Vide, si placet, quae supra ad c. XVII. Prioribus editionibus erat *Asthar* et *Astharoth.* *(F.)*

b. homines et feminas] Virorum feminarumque simulacra. *(F.)*

c. Syriorum] I. e. Assyriorum. *(F.)*

d. deorum dearumque eis nomine] Minus bene priores editiones, *nomina.* Nomine deorum dearumque offerebant, hoc est tanquam diis et deabus. Offerebant cum sacrificiis, id est sacrificia. *(F.)*

e. Astartium est in Syria] 'Ασταρτεῖον sive 'Αστάρτιον templum Astartes, 1. Sam. XXXI. 10. et Ioseph. VI. 15. Antiqu. et 1. contra Apion. In prioribus editionibus corruptissime scriptus hic locus: „*Nam asturtium est in Syria aliqua diversa et plurima.*" Innuit autem Philaster alibi etiam diversa et plurima Astartes templa fuisse, quod ex veterum monumentis confirmatur. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestrium cap. 2. [Astarte navi insistens in nummis. Beger. III. p. 52.] *(F.)*

f. eradicare iubebatur] Non tantum aras et idola lucosque Chananaeorum exscindere Exod. XXIII. 24. XXXIV. 13. *(F.)*

Cap. XXVIII. — a. ab Herode rege] Herodem Magnum tribuisse nomen sectae Herodianorum contendunt viri doctissimi, praeeunte Epiphanio haeresi XX., et Niceta lib. 1. Thesauri c. 34. Verum Herodiani Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. XII. 13. fuere ministri vel milites Herodis Antipae, qui Iohannem Baptistam interfecit et Herodis Magni filius fuit: nec magis haeresin vel sectam significat ibi hoc nomen, quam Caesareanorum, Pompeianorum et similia. [Et apud Tertullianum Attinianorum, Nigrianorum et Cassianorum. Nam ita et Herodiani, qui Herodis, et cum illo Romanis partibus favebant Iudaei vel non Iudaei.] S. Hieronymus ad Matth. XXII. „*Mittunt igitur Pharisaei discipulos suos cum Herodianis, id est militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisaei, quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, ut non divino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant qui Herodem Christum esse credebant, quod nusquam omnino legimus.*" Herodes autem ab angelo percussus Act. XII. 23. fuit Herodes Agrippa, Aristobuli et Berenices F., cuius mortem narrat etiam Iosephus XIX. 8. Antiquit. *(F.)*

b. rege] Fabricii adnotatis haec addidit Galeardus: „Hieronymo adde Damascenum, cui Herodiani sunt qui, ut Herodi placerent, Romanis tributa solvebant, quibus ut illuderent Pharisaei, Herodianos vocabant. Macrius Hierolex. v. *Herodiani,* quo in loco Philastrium castigat. Confer, si lubet, Scaligerum Elencho Trihaer. c. 1 et 2."

c. resurrectionem confitentur] Non

rodem autem regem Iudaeorum, percussum ab angelo, ipsum ut Christum[d] sperantes expectant[e].

---

# CATALOGUS EORUM

## QUI POST CHRISTI PASSIONEM HAERESEOS ARGUUNTUR.

---

Post passionem [1]autem Christi domini nostri et adscensionem Cap. XXIX.
in caelum Simon quidam fuit Magus[a], genere Samaritanus, [2]Gittaeus[b], de loco quae villa est in Samaria ita vocata, qui magicis vacans artibus multos fallebat, dicens se esse virtutem quandam dei quae supra [3]omnes virtutes esset[c]. Quem Samaritani quasi

Cap. XXIX. *in c. inscriptum est* SIMON MAGVS. — 1. autem *om. A.* 2. Citieius de loco quae villa est in Samaria ita vocata A. de villa quae est Githeus (Citheus *Bab.*) vocitata *Babc.* 3. omnes inquit virtutes est *A.*

facit itaque Philaster cum iis qui Herodianis eadem de spiritibus et resurrectione quae Sadducaeos sensisse existimant, ut Iohannes Harduinus V. C. libro de nummis Herodiadum p. 97. sq. [Anonymus Anglus in Fortuitis Roterod. 1727. 8. editis p. 40.] et ante eum Hugo Grotius ad Matth. XVI. 6. et Marc. VIII. 15. Vel qui Herodianos cum Dositheanis confundunt, quorum sententiam confutat idem Grotius ad Marci III. 6. *(F.)*

d. ipsum ut Christum] Philaster igitur sibi persuasit Herodem Agrippam, quem deum ab assentatoribus vocatum refert S. Lucas Actor. XII. 22. et Iosephus XIX. 8. p. 679., ab Herodianis pro Messia habitum, et quidem venturo; nam in ipsum, inquit, ut Christum sperantes expectant. At ex Epiphanii sententia et Nicetae iam notavi Herodem Magnum ab Herodianis habitum pro Christo fuisse: memoria enim lapsus vir summus Hugo Grotius est qui ad Matth. XVI. 6. Epiphanium ait ad Herodem Baptistae interfectorem traxisse id quod ad Magnum pertinebat. Auctor quoque appendicis ad Tertull. de Praescript. S. Hieronymus contra Luciferianos, Damascenus de Haeres. et Pseudo-Hieronymi Indiculus cum Herodem simpliciter nominant, Magnum intellexisse videntur. De Magno etiam Scholiastes Persii accipit illud Sat. V., 80. „*at cum Herodis venere dies*", neque mirum est diem traditi per Augustum Herodi Magno regni etiam apud successores et posteros quotannis festum fuisse. Obiter notare liceat Herodianos a Theophylacto Epistola 13. poni pro iis qui Herodis crudelitatem imitantur. *(Fabr.)*

e. expectant] Tho. Malvenda lib. 1. de Antichristo c. 11. legit *expetunt.* Sed nihil necesse est vulgatam lectionem mutare. *(F.)*

Cap. XXIX. — a. Magus] Actor VIII. 11. [Ioh. Laurent. Mosheimii diss. de uno Simone Mago Helmst. 1734. August. Calmet diss. de Simone Mago tom. VII. p. 815. seq.] *(F.)*

b. Gitthaeus] Ita legendum a Gitthis Samariae pro *Citheus;* „ἀπὸ Γιτθῶν" vel „Γετθῶν." Confer si placet Cotelerii notas ad Constitut. Apostol. VI. 7. p. 334. et lib. 1. Recognitionum Clementis c. 12. p. 489. Fallitur enim vir doctus Stephanus le Moyne, qui Κιτταῖον sive Cittiensem a noto Cypri oppido Simonem fuisse sibi persuasit. *(F.)*

c. virtutem supra omnes virtutes] „Ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ μεγάλη." Actor. VIII. 10. Iustinus Martyr apologia longiore p. 69. „Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ῥώμῃ

patrem[d] venerantur et suae haereseos[e] institutorem perniciose extollunt, multisque eum [4]laudibus praeferre[f] nituntur. Qui baptizatus a beatis apostolis[g] recessit a fide eorum, sceleratamque et perniciosam haeresin seminavit, dicens se transformatum putative, id est quasi [5]per umbram[h], et ita se passum fuisse, cum non, inquit, pateretur. Qui et audebat dicere mundum, ab angelis factum[i], angelos autem factos a quibusdam sensibus de caelo praeditis[k], eosque fefellisse genus hominum. Intellectum autem quendam alium[l] asserit esse, qui descendit in mundum salutis causa hominum, Helenam illam, inquit[m], quae in Troiano bello a poëtis vanissimis[n] edita nuntiatur. Et virtutes, inquit[o], quae mundum fecerant, con-

4. praeferre laudibus enituntur *A.* 5. per *om. Babc.*

θεὸς ἐνομίσθη." Et Dialogo cum Tryphone p. 349. „εἶπον πλανᾶσθαι τοὺς Σαμαρέας πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι." Recognitiones Clementis II. 7. „*Simon hic patre Antonio, matre Rachele natus est, gente Samaraeus, ex vico Gethonum, arte magus, Graecis tamen litteris liberalibus adprime eruditus, gloriae ac iactantiae supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam virtutem, quae supra creatorem deum sit, credi se velit, et Christum putari, et Stantem nominari.*" Irenaeus lib. 1. c. 20., „*sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia pater, et quodcunque eum vocant homines.*" Tertullianus cap. 46. „*Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est summum deum.*" Apud Hieron. „*ego sum sermo dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia dei.*" *(F.)*

d. quasi patrem] Epiphanius XXI. 1. de Simone: „τὸν πατέρα δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τοῖς Σαμαρείταις, Ἰουδαίοις δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τὸν υἱόν." *(F.)*

e. suae haereseos] Diversae utique a Samaritanorum haeresi de qua supra cap. VII. *(F.)*

f. laudibus praeferre] Al. *efferre.* *(F.)*

g. a beatis apostolis] S. Philippo. Actor. VIII. 13. *(F.)*

h. quasi per umbram] „*Umbratiliter*" infra c. 31. et „*quasi per umbram putative*" cap. 32. Tertullianus: „*se in phantasmate dei non passum, sed quasi passum.*" Epiphanius XXI. 1. παθόντα δὲ μὴ πεπονθέναι, ἀλλὰ δοκῆσαι μόνον." Augustinus de Simone c. 1. Haeres. „*Tempore Tiberii in filii persona putative apparuisse - - Christum autem nec venisse nec a Iudaeis quicquam pertulisse.*" *(Fabr.)*

i. mundum ab angelis] Ut angelos a Simone per ἔννοιαν. Simon apud Epiphanium XXI. 2. „δι' ἧς (ἐννοίας) τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα, οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους." Eadem habet Irenaeus lib. 1. c. 20. Theodoretus lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 1. etc. [Ceterum de Simonis rebus et haeresi consulendi scriptores quos laudat Ioh. Vogtius fascic. 3. Bibl. Haeresiolog. p. 567. seq. Sabbathum Simonis post XI. dies Clementina II. 35. p. 630.] *(F.)*

k. sensibus de caelo praeditis] Voluit Philastrius exprimere ἔννοιαν Simonis de qua apud Epiphan. loco laudato: „ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν ἔννοιαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ καὶ προύνικος καὶ πνεῦμα ἅγιον καλουμένη δι' ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα." Pro *praeditis* malim *proditis.* *(F.)*

l. Intellectum quendam alium] Imo eundem. Nam apud Epiphanium, cuius vestigiis insistere Philastrius utique videtur, intellectus et ἡ δύναμις ἄνωθεν κατιοῦσα, atque ἡ ἔννοια Simonis itemque Helena unum idemque sunt. Apud Theodoretum tamen ex Simonis mente distinguuntur: 1) Νοῦς sive Ἐπίνοια, 2) Φωνὴ καὶ Ἔννοια, 3) Λογισμὸς καὶ Ἐνθύμησις. *(F.)*

m. Helenam illam, inquit] Epiphanius: „εἶναι δὲ ταύτην τὴν Ἑλένην τὴν πάλαι, δι' ἣν οἱ Τρῶες καὶ Ἕλληνες εἰς μάχην ἦλθον." [De hac Helena v. Clementina II. 23 et 25. p. 627.] *(F.)*

n. poëtis vanissimis] Idem XXI. 3. „αὕτη γάρ ἐστιν ἡ Ἔννοια ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἑλένη καλουμένη." *(F.)*

o. Et virtutes, inquit] Idem Epiphanius XXI. 2. pag. 57. „καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἰς πόλεμον δι' αὐ-

cupiscentia ductae illius Helenae seditionem movebant. Ista enim dans, [6]inquit, concupiscentiam illis virtutibus, et in figura [7]feminae apparens, ascendere in caelum non poterat, quia virtutes in caelo quae erant non eam permittebant ascendere; expectabat autem [p] virtutem aliam, id est Magi ipsius Simonis praesentiam, quae eam salvaret adveniens. Ligneum etiam equum [q], quem poëtae vanissimi dicunt in bello Troiano fuisse, per allegoriam asserit quod illa machina ignorantia erat universarum gentium impiarum, cum constet illam Helenam, quae cum Mago erat, de Tyro meretricem fuisse [r], hancque eundem Simonem Magum fuisse [8]secutum, et cum eadem diversas magias [s] diversaque scelera perpetrasse. Qui cum fugeret beatum Petrum apostolum de Hierosolymitana civitate Romamque veniret [t], ibique pugnaret cum beato apostolo apud Neronem regem [u], devictus undique [9]oratione beati apostoli [x] atque percussus ab angelo [y] sic meruit interire [z], ut eius [10] magiae evidens mendacium cunctis hominibus [11]patefieret.

6. inquit *om. A.* 7. feminea *A.* 8. secutum *A.* secutam *reliqui.* 9. ratione *A.* 10. magia evidens ac mendacium *A.* 11. antefieret *A.*

τὴν ἥκειν, αὐτὴν δὲ μηδὲν πεπονθέναι, ἀλληλοκτονίας δὲ αὐτοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐργάσασθαι παρασκευάσαι, δι᾽ ἣν ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἐπιθυμίαν, καὶ συνέχοντες αὐτὴν τοῦ μὴ ἄνω δύνασθαι ἀνιέναι, συνεγίνετο αὐτῇ ἕκαστος ἐν ἑκάστῳ σώματι γυναικείας καὶ θηλυκῆς σχέσεως, μεταγγιζομένης αὐτῆς etc." *(F.)*

p. expectabat autem] Simon apud Epiph. XXI. 3. „αὕτη (Ἑλένη) δέ ἐστιν ἡ νῦν σὺν ἐμοὶ, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα, καὶ αὕτη δὲ προςεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν." *(F.)*

q. equum] Dureum sive durateum illum Epei equum ex Homero et Virgilio decantatissimum, de quo Laur Begerum ad Tabulam Fabretti Iliacam c. 58. licet videre, Simon Magus aiebat fuisse imaginem ignorantiae gentium, salutem suam in Simone oblatam agnoscere nolentium: „τὸν παρ᾽ Ὁμήρου Δούριον ἵππον μεμηχανομένον, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης ὅτι ἄγνοιά ἐστιν τῶν ἐθνῶν." Epiphan. XXI. 3. *(F.)*

r. de Tyro meretricem fuisse] Ita distinguendus hic locus, Tyria enim fuit: „ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένη." Epiph. XXI. 2. „ἀπὸ Τύρου ληφθεῖσα." Id. 3. „*a Tyro civitate quaestuariam*" vocat Irenaeus lib. 1. c. 20. Eadem „*Tyria meretrix*" Nicetae, aliisque. *(F.)*

s. *diversas magias]* Clementina II. 32. p. 629.]

t. Romamque veniret] De Simonis Magi adventu in urbem Romam et cum Apostolo Petro disceptatione, magicoque volatu et foedo interitu, prolixae extant narrationes in Recognitionibus tributis Clementi, in Pseudo-Abdia et Pseudo-Marcello. Sed tangunt etiam eandem rem scriptores plurimi digniores fide, quorum testimonia notarunt B. Ittigius noster Diss. de Haeresiarchis Apostolicae aetatis, Tillemontius Tom. 1. Memoriarum Historiae Eccles., ut alios innumeros praesenti transmittam. Accidit illa secundo Claudii Imp. anno, si Hieronymo c. 1. de Scriptoribus Eccles. credimus. *(F.)*

u. Neronem regem] Graecorum more βασιλέα pro Imperatore. *(F.)*

x. oratione beati apostoli] Arnobius lib. 2. p. 50. ait Simonis Magi currum et quadrigas igneas Petri ore difflatas, et nominato Christo evanuisse. Theodoret. „ἀφ᾽ ὕψους αὐτὸν πολλοῦ κατέῤῥαξε προσευξάμενος." Precatio Petri apud Pseudo-Abdiam lib. 1. c. 18. haec affertur: „*Domine Iesu, ostende virtutem tuam, et ne permittas his vanis artibus decipi populum qui tibi est crediturus. Sic decidat, domine, ut vivens se contra tuam potentiam nihil potuisse cognoscat.*" *(F.)*

y. percussus ab angelo] Vel ut ait in Chronico Isidorus Hisp. „*a daemoni-*

Cap. XXX. Post hunc Menandrus[a] quidam nomine, qui discipulus factus ipsius[b] impietatem [1]est eius secutus in omnibus[c].

Cap. XXXI. [1]Saturninus[a] quidam paulo post et ipse sumens inde fomenta doctrinae mortiferae asserebat [2]dicens mundum ab angelis [3]factum, et distare angelos a virtute illa[b] et mundum esse divisum per ordinem angelis[c], et cogitasse eos ut facerent hominem. Fecerunt itaque hominem, et opus ipsorum, inquit, erat homo; de virtute enim superna lumen [4]dicunt fuisse dimissum[d], quod illuminavit mundum istum et ad concupiscentiam adduxit angelos, statimque

Cap. XXX. *in Babc. inscriptum habet* Menandrvs. — 1. est eius secutus *AB.* eius est secutus (sequutus *c.*) *ac.* est secutus *b.*

Cap. XXXI. *in Babc. inscriptum habet* Satvrninvs. — 1. Post istum Saturninus quidam et ipse *A.* 2. dicens *om. b.* 3. factum esse |et *A.* 4. dicunt *om. A.*

*bus, a quibus in aëre ferebatur, adiurante eos Petro per deum, Paulo autem orante dimissus crepuit.*" *(F.)*

z. meruit interire] Hoc est, interiit. Quanquam enim hoc loco belle patitur sententia, etiam merito istud Simonis evenisse, tamen certum est *mereri* ut Graecorum ἀξιοῦσθαι saepissime apud scriptores non meritum notare sed eventum. *(F.)*

Cap. XXX. — a. Menandrus] Ita dicitur, ut Phaedrus, Evandrus et similia, pro quibus alii Phaeder, Evander, Menander. De Menandro Comico apud Propertium: *docte Menandre.* Plura huiusmodi Isaacus Verburgius ad Ovidii Trist. II. 369. et scriptores a me laudati in Bibliotheca Latina II. 3. A Menandro dicti Menandriani et Menandrianistae, ut notatum Cotelerio ad Constitutt. Apostol. VI. 8. *(Fabr.)*

b. discipulus factus ipsius] Epiphan. XXII. 1. „Μένανδρός τις ὃς ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος ἐγένετο μαθητεύων τούτῳ τῷ Σίμωνι ἐν χρόνῳ τινί." Successorem Simonis Menandrum vocat Irenaeus lib. 1. c. 20. Eusebius III. c. 26. etc. *(F.)*

c. secutus in omnibus] Epiphanius p. 61. „ὅμοια δὲ τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ τὰ πάντα συνυφαίνων καὶ γοητείαις καὶ ταῖς ἄλλαις μαγγανείαις οὐ διέλειπεν, οὐδὲν δὲ διήλλαττε τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἑαυτὸν ἔλεγε μείζονα μᾶλλον ἢ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα αὐτοῦ διδάσκαλον." Hinc Ioannes Damascenus Menandrianos in quibusdam a Simonianis dissidere scribit c. 22. „διαφερόμενοι δὲ πρὸς τοὺς Σιμωνιανοὺς κατά τι." Tertull. c. 46. „*eadem dicens quae Simon ipse: quicquid Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quenquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus esset.*" Certe si Theodoretum et Irenaeum audimus, non vocabat se Menander τὴν πρώτην δύναμιν ut Simon, sed ab illa missus hominum σωτὴρ haberi cupiebat. *(F.)*

Cap. XXXI. — a. Saturninus] Ita et Tertulliani Codices c. 46. nec non Eusebii IV. 7. Hist. Eccles. Constitutt. Apostol. VI. 8. Augustini idem c. 3. et Auctoris Praedestinati c. 5. et Irenaei lib. 1. c. 22. at Theodoreto Σατορνῖλος, et Epiphanio ac Damasceno cap. 23., Abulpharaio *Soterinus.* Antiochiae ad Daphnen in Syria vixisse ex Irenaeo cognoscimus, Menandri discipulum tradit idem Theodoretus. *(F.)*

b. distare angelos a virtute illa] Epiphan. XXIII. 1. „διεστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως." Hanc „*Virtutem supernam*" mox Philaster appellat. Tertullianus cap. 46. „*Innascibilem virtutem, id est deum, in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere, longe autem distantes* (id est inferiores) *ab hoc angelos, inferiorem mundum fecisse*". Petavius apud Epiphanium διεστάναι vertit *defecisse*, ut XXVII. 2. ἀποστάντες. *(F.)*

c. divisum per ordinem angelis] A septem angelis mundum factum, ex Saturnini mente scribit Irenaeus, et inter septem illos mundum divisum addit Epiphanius: „ἑπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. τὸν κόσμον δὲ κατὰ μεριτείαν ἑκάστῳ ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι." *(F.)*

d. lumen dimissum] Epiphanius: „ὁμοῦ δὲ συνελθόντας τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους ἐντεθυμῆσθαι, καὶ κοινῇ τὸν ἄνθρω-

ascendit in caelum. At illi cupidi ipsius luminis facti[e] virtutem eius videre cupiebant; non praevalentes autem ad invicem dixerunt: *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram*[f]. Et facto homine, quia impotens erat, salvari non potuit[g]. Videns itaque virtus superna quod illi hoc [5]fecerunt, misit scintillam, quae correxit hominem et suscitavit et fecit [6]eum vivere. Scintillam itaque volunt salvari[h], [7]alia autem virtutibus illis quae fecerunt dimitti ac derelinqui suspicantur. Christum autem umbratiliter[i] apparuisse affirmant, non carnem hominis veram et animam accepisse, atque omnem oeconomiam[k] mysterii salvatoris ita [8]complesse.

[1]Basilides[a], qui et haeresiarches[b] dicitur a multis, [2]quia de Cap. XXXII.

5. fecerant *A*. 6. enim *c*. 7. aliam *A*. 8. complevisse *Ab*.
Cap. XXXII. *in Babc. inscriptum habet* Basilides. — 1. Post istos Basilides qui *A*. 2. qui *A*.

πον πεποιηκέναι κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ ἄνωθεν παρακύψαντος φωτός." Ita legendum pro τῆς ἄνωθεν παρακυψάσης φωνῆς. Nemo cui veteres codices inspecti sunt ignorat, terminationes vocum solere exprimi per scribendi compendia, unde non mirum admissa falsa lectione vocis φωνῆς pro φωτὸς etiam mutatum τοῦ in τῆς et παρακύψαντος in παρακυψάσης. *(Fabr.)*

e. facti] Idem Epiphanius: „ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ φῶς παρακύψαν ἐρεθισμόν τινα ἐνεποίησε τοῖς αὐτοῖς ἀγγέλοις, τούτους πρὸς πόθον τοῦ ἄνω ὁμοιώματος ἐπιχειρῆσαι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλάσμα ποιῆσαι." *(F.)*

f. similitudinem nostram] Nisi vocabulum *nostram* additum est ut in quibusdam Irenaei codicibus et Theodoreti ab aliena manu, Philaster erravit qui hoc adiunxit. Nam Saturninus verba dei Genes. I. 26. ita tribuit angelis, ut statueret eos hominem non ad suam, sed ad lucis illius et supremae virtutis imaginem condidisse, itaque tantum scripsit: „ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν," et ἡμετέραν omisit, ut diserte testatur Epiphanius. *(F.)*

g. salvari non potuit] Epiphanius: „διὰ τὸ αὐτῶν (ἀγγέλων) ἀδρανὲς μὴ δύνασθαι αὐτὸν τελεσφορῆσαι, κεῖσθαι δὲ καὶ σκαρίζειν χαμαὶ κείμενον" etc. Irenaeus: „*qui cum factus esset, et non potuisset erigi plasma propter imbecillitatem angelorum, miserantem eius desuper virtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam vitae quae erexit hominem et articularit et vivere fecit.*" Epiph. „ἐζωογόνησε." Theodoret. „τοῦ δὲ πλάσματος ἀνορθοῦσθαι μὴ δυναμένου, ἀλλὰ σκώληκος δίκην ἑρπύζοντος, οἰκτείρασα, φησὶν, ἡ θεία δύναμις ζωῆς σπινθῆρα κατέπεμψεν, καὶ τὸν ἀτελῆ ἄνθρωπον ἐτελεσιούργησε." *(F.)*

h. Scintillam itaque volunt salvari] Scintillam animam intellige quam ad deum redire docebat Saturninus, reliquum hominis interire ac dissolvi. Tertull. „*cuius lumen illud et virtutem misertam* (ita lege pro *misericordiam*) *scintillam salvam esse,*' *cetera hominis perire. Resurrectionem carnis nullo modo futuram esse.*" *(F.)*

i. umbratiliter] Κατὰ δόκησιν, et putative. Tertull. „*Christum in substantia corporis non fuisse, et phantasmate tantum quasi passum fuisse.*" Idem de Saturnino Irenaeus, Epiphanius, Theodoretus et alii. *(F.)*

k. omnem oeconomiam] Incarnationem et quaecunque Christus vel egit vel passus est nostri caussa, hoc oeconomiae vocabulo veteres scriptores solent complecti. Vide B. D. Eliae Veielii et Io. Philippi Pfeiferi singulares de hac voce dissertationes. Ducaei notas ad Chrysost. T. VIII. Savil. p. 372. Casaubonum ad Nysseni Epist. p. 105. Vulcanium ad Cyrill. p. 116. Grabium ad Irenaeum p. 419. Gataker. ad Antoninum p. 330. Thesaurum Suiceri etc. *(F.)*

Cap. XXXII. — a. Basilides] Liceat mihi ad illustrandam istam Basilidianorum haeresim proferre ineditam summi Viri Nicolai Claudii Peiresckii epistolam, quam mihi suppeditat ms. codex epistolarum eiusdem clarissimi auctoris, ex bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Quirini bono litterarum nati: Lettre du

lege et prophetis et apostolis proponendo et loquendo, sentiendo autem aliter, iura violabat Christianae veritatis. [3] Qui cum venisset

3. Qui *om. b.*

Sicurde Peiresc sur les Abraxas: „Fu error mio di scriverea V. S. che 'l primo autore della parola ΑΒΡΑΞΑΣ fosse vissuto a' tempi di Giuliano, poscia ch'egli morì sotto Adriano, e si chiamò Basilide. E' ben vero che la sua Eresia ripullulò in quei tempi, e durò anco fin a Valentiniano, e più abbasso; accresciuta da quelle de Nicolaiti, Gnostici, Carpocratiani, Marcosii, Heracleoniti, Ophiti, Arcontici, Severiani, Sampsai, Bardasianisti, Cathari, e molte altre le quali nacquero quasi tutte in un medesimo tempo; e sebbene era qualche diversità tra loro, volevano nondimeno tutti, che il Mondo fosse fatto da gli Angeli, o da certe potenze angeliche imaginate, e battezzate di certi nomi barbari, tratti quasi tutti in senso occulto dalle finzioni poetiche d'Esiodo, e degli altri Greci, e molte volte osservando la maniera del parlare Ebreo, o Siriaco. Quasi tutti s'accordavano nel numero di Sette Cieli, nel supremo de' quali dicevano ch' era Sabuoth, Saldabaoth, o l'opifice di questo Mondo, figliuolo di Achamoth, da altri chiamato Barbelo, Prunnico, o Methra. Basilide solo con alcuni altri credeva fino a' 365. Cieli, ed altretante virtù, che gli governavano, cioè Angeli barbaramente nominati, dominati tutti dalla principale ΑΒΡΑΞΑΣ che in lettere Greche fa in numero 365., e da qui provano il numero de' Cieli, delle potenze, de' giorni del anno, e de' membri del corpo umano, dandogli una potenza per ciascuno; altri introducono 30. secoli principali tutti colle loro denominazioni barbare; in somma sarei troppo lungo se volessi raccontare minutamente gli articoli delle loro Eresie. Sarà meglio che V. S. vegga lei stessa lo Epiphanio contro le 80. Eresie, nelle quali sono certo, che V. S. troverà molte cose di suo gusto, ed avendo compreso i misteri loro potrà facilmente dar qualche esposizione alla maggior parte delli suoi falsi hieroglifici. — Nondimeno rivedendo gl'impronti mandatimi da V. S. mi parve, che le tre figure che si veggono nella corniola bianca, e nell' amandola di calcedonio di V. S. si possano forsi interpretare così, che la donna più alta, cioè la velata sia l'Achamoth de' Valentini, che l' altra, che pare un amore, sia suo figliuolo Saldabaoth, in atto d'insufflare l'essenza animale all' uomo sua creatura, per instinto di sua madre. Le lettere che nell' amandola di Calcedonio sono trà la figura inginocchiata, e quella di Achamoth, sono l'istesse con quelle che sono nel rovescio della corniola bianca; ma poco costrutto se ne può trarre, se non che ποιῶ vuol dir *facio*, ΧΑΡΙΣ *grazia*, ΚΥΠΡΙΣ *bellezza*; ΒΟΥΒΑΣΤΙ sarà forse il nome d'una bella Città d'Egitto, o d'una prefettura lì vicina, chiamata *nomos Bubaster*, o *Bubastites*, dove particolarmente abitavano cotesti Eretici. — Nel rovescio dell' amandola di Calcedonio, li tre nomi barbari, che vi sono in mezzo, crederei che fossero di tre di que' principati; le altre lettere moltiplicate che sono nel giro, crederei che dinotassero li sette Cieli, secondo la mente de' Marcosii eretici, cioè Α il primo, Ε Ε il secondo, Η Η Η Η il terzo, Ι Ι Ι Ι il quarto, Ο Ο Ο Ο Ο il quinto, r r r r r r il sto, ω ω ω ω ω ω ω il settimo, li cui misteri lei stessa potrà veder nel suddetto Epiphanio. Similmente i nomi di quei sette Angeli, che sono nel rovescio del diaspro verde, stimo che siano messi per dinotare i sette Cieli secondo l' eresia de' Valentini, cioè Michael, Gabriel, Uriel, Raphael, Ananiel (e per compir il numero settenario credo ch' egli abbi finto questi) Prosorael, e Chabediel. Nel mezzo del clipeo della figura mostruosa, che è di altra parte del detto

I<br>
diaspro, si veggon quelle lettere A cioè<br>
ω

ΙΑω, che è una parola, che proferì il Termine nel voler impedire i disegni di Achamoth, e si dette poi per nome al Principato più vicino à noi figliuolo di Achamoth, chiamato patrone del Monde, il quale inghiottisce tutte le anime, ch' escono de' corpi umani, eccetto di cotesti Eretici, e poi insieme cogli escrementi le ributta per la coda fatta a guisa di serpente, e le manda a rinchiudere nei corpi delle bestie. L'istesso nome ΙΑω si vede sotto una simile figura, che nella corniola di V. S. che ha un leone, e sette stelle per ro-

[4] Aegyptum[c], [5] docebat ita definiens: de innato et solo deo[d] natum fuisse intellectum, de [6] intellectu[e] verbum, de verbo sensum, de sensuautem [7] et virtutem et sapientiam[f], de virtute autem et sapientia principatus et potestates et angelos factos diversos. Ipsi enim angeli fecerunt, inquit, caelum[g], post illos alii angeli fecerunt caelum, ita ex aliis alii prolati fecerunt tertium caelum: qui secundum ordinem et alii, inquit, fecerunt trecentos sexaginta quinque caelos. Et imponit virtutibus illis nomina angelica[h], et ipse magiis[i]

4. in Aegyptum *b*. 5. dicebat *A*. 6. intellecto *Bac*. 7. et virtutem *A*. virtutem et *Fabricius, ex Epiphanio*. et virtute *Babc*.

vescio, tiene una mano sulla testa di una figurina umana, forse di qualch' uno di questi Eretici. Si veggono anco le medesime lettere in una sua corniola sotto una figura diversa dall' altra, ma pure molto fantastica, la quale ha la testa di Serapide, il corpo nudo, coll' ale da angelo, una coda d' uccello, e di più un' altra coda di serpente, con lettere fra certi bastoni ΜΝΗCΤΗΡ, li quali mi ricordo aver già interpretato a V. S. un' altra volta. Nell' agata grande sarà forsi quel' Termine così potente de' Valentini, che si fingeva stare nel primo quaternario di secoli, o angeli sul maschio, e su la femina. Quell' ADONAI e SADDAI in plasma sarà forsi a proposito degli Archontici. — Di Padova alli 8. Marzo 1602. Peiresc." Basilidiani et Valentiniani a Peireskio illustrati leguntur in eius Vita per Gassendum conscripta lib. I., pag. 36., ut etiam Irenaei, Epiphanii (fortasse quoque Philastrii nostri) historia de antiquis Sectariis testante ibidem Pignorio pag. 60. (Galeard.)

b. haeresiarches] Princeps haereseos Gnosticorum. [V. Baluzium ad Cyprianum p. 302.] Eusebius Chron. ad A. 17. Hadriani: *„Basilides haeresiarcha in Alexandria commoratur, unde Gnostici."* *(F.)*

c. venisset Aegyptum] Pro eo quod frequentius dicimus, *in Aegyptum*. Caeterum nec illud alterum abhorret ab usu praestantissimorum Latinae linguae scriptorum Livii, Iustini, Taciti. Vide Gronovium ad Taciti Annalem secundum c. 59. *(F.)*

d. innato et solo deo] Sequitur Philastrius ut solet Epiphanium XXIV. 1. ubi ex Basilidis sententia ponitur 1) τὸ Ἀγέννητον, ὃ μόνος πάντων πατήρ. 2) Νοῦς. 3) Λόγος. 4) Φρόνησις. 5) Δύναμις καὶ Σοφία. 6) Ἀρχαὶ, Ἐξουσίαι, Ἄγγελοι, angeli inquam, a quibus conditum summum primum caelum, illiusque incolae creati angeli. Ab his aliud iterum caelum angelique, et ab illis iterum aliud, usque ad novissimum vicinumque nobis trecentesimum sexagesimum quintum. Confer Irenaeum lib. 1. c. 23. Theodoretum lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 4. *(F.)*

e. intellectu] Ita corrigendum putavi pro *intellecto*, quod Fabricius in sua editione receperat, addita hac adnotatione: „Pro *intellectu*, quasi genitivus esset *intellecti*, ut *senati, ornati, tumulti*, pro *senatus, ornatus, tumultus*, et similia collecta a Claudio Dausqueio p. 96. et 103. Orthographiae."

f. virtutem et sapientiam] Ita ex Epiphanio legendum: „ἐκ δὲ τῆς φρονήσεως δύναμις καὶ σοφία." *(F.)*

g. caelum] Summum puta illud et primum ex caelis CCCLXV. quorum numerus diebus anni respondens designatur, nomine in amuletis Basilidianis obvio ΑΒΡΑΞΑΣ. [Illa amuleta praeter Macarium et Chiffletium illustrat Thom. Ittigius de Haeresiarchis p. 101. seq., Athanas. Kircherus in Arithmologia p. 169. seq., Raph. Fabrettus p. 531. seq. Inscr.] *(F.)*

h. nomina angelica] Epiphanius XXIV. 2. ait angelos a Basilide „κατὰ μιμολογίαν ὀνοματοποιουμένους." Irenaeus: *„nomina quoque quaedam affingentes quasi angelorum annunciant hos quidem esse in primo caelo, hos in secundo, et deinceps nituntur CCCLXV. ementitorum caelorum et nomina et principia et angelos et virtutes exponere."* Theodoretus: „καὶ ἀγγέλων δὲ ὀνόματα διαπλάσαντες." Damascenus: „λέγει γὰρ τξε οὐρανοὺς εἶναι, καὶ τούτοις ὀνόματα ἀγγελικὰ ἐπιτίθησι." *(F.)*

i. magiis vacans] Idem Irenaeus de Basilidis schola lib. 1. c. 23. *„utuntur et hi magia et incantationibus* (ἐπῳδαῖς

vacans itidem multos imperitos decepit. Hominem autem ab angelis[k] factum asserit: dominum etiam verum omnipotentem, et eum audet angelum dicere[l], et accepisse genus Iudaeorum in haereditatem, et eduxisse eos de terra Aegypti[m]. Hic ergo audacior factus[n] elatus est, inquit, adversus ceteros angelos, et volens in subiectione habere alios, habuit contrarias gentes, quas commoverunt virtutes inimicae eius. Ideo et contra Iudaeos diversae gentes, inquit, surrexerunt. Christum autem dicit quasi [8]per umbram[o] putative passum fuisse. Simonem etiam Cyrenaeum pro eo ad passionem venisse affirmat. Ipse enim, inquit, portavit [9]eius crucem[p]. Hic etiam male permittit vivere[q], et dat licentiam vitiis

8. per *om. A.* 9. eius *om. A.*

Theodoret.) *et invocationibus et reliqua universa periergia.*" Epiphanius: „οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μαγγανικαῖς μηχανίαις προσανέχων οὐκ ἐπαύσατο καὶ περιεργίαις ὁ ἀπατεών." *(F.)*

k. Hominem ab angelis] Epiphan. „πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, et τὴν κτίσιν ταύτην γεγενῆσθαι." Homines et omnia haec inferiora a trecentesimo sexagesimo quinto coelo eiusque angelis conditum statuit Basilides. Vide Augustinum de Haeres. cap. 4. Theodoretum, etc. *(F.)*

l. et eum audet angelum dicere] Epiphan. „βλασφημῶν αὐτὸν τὸν παντοκράτορα κύριον τὸν ὄντως ὄντα θεὸν μόνον καὶ οὐχ ἕτερον – – ἕνα βούλεται παριστᾶν τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων ἀγγέλων." Deum Iudaeorum Basilides habuit pro principe angelorum caeli trecentesimi sexagesimi quinti. Irenaeus lib. 1. c. 23. „*Eos autem qui posterius continet caelum angelos, quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quae sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terrae et earum, quae super eam sunt, gentium. Esse autem principem ipsorum eum qui Iudaeorum putatur esse deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Iudaeis, voluit subiicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse*". *(F.)*

m. de terra Aegypti] Epiphanius XXIV. 2. „ἐληλυθέναι δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἐς κλῆρον αὐτοῦ καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὲρ ἀγγέλων αὐθαδέστερον ἐξαγαγεῖν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, αὐθαδείᾳ βραχίονος ἰδίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἰταμώτερον τῶν ἄλλων καὶ αὐθαδέστερον." *(F.)*

n. audacior factus] Idem Epiphanius p. 70. „ὅθεν διὰ τὴν αὐθάδειαν αὐτοῦ βεβουλεῦσθαι τὸν αὐτὸν αὐτῶν θεὸν καθυποτάξαι τῷ γένει τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ διὰ τοῦτο παρεσκευακέναι πολέμους." *(F.)*

o. per umbram putative] „ὡς δοκῆσαι πεφηνότα," umbratiliter, ut supra c. 29. et 21. Basilides apud Epiphanium XXIV. 3. „οὐχὶ Ἰησοῦν πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον" etc. Irenaeus: „*quapropter neque passum eum, sed Simonem quendam Cyrenaeum angariatum portasse crucem eius pro eo, et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo ut putaretur ipse esse Iesus: et ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos.*" Huius de Simone commenti Basilidiani vestigium in tenebrionis Muhamedici pseudevangelio, quod S. Barnabae apostoli nomine proscriptum extat. *(F.)*

p. portavit eius crucem] Matth. XXVII. 32. Marc. XV. 21. Luc. XXIII. 26. Atque ex Lucae verbis suspicetur aliquis non mutuam sive vicariam, sed sociam potius operam Christo crucem suam ferenti Ioh. XIX. 17. Simonem praestitisse. Licet vero solus etiam pro Christo Simon ad aliquod tempus crucem gestaverit, non ideo si Iudaei omnes tam fuere stupidi captique oculis, etiam evangelistas et apostolos omnes aliquis nobis fingat tam ignaros vel mala fide, ut Christum crucifixum a Iudaeis traderent, et Paulus hoc omnem suam glorietur esse scientiam quod norit Christum, eumque crucifixum. 1. Corinth. II. 2. *(F.)*

q. male permittit vivere] Simonis Magi exemplo, ut docet Epiphan.: „πᾶσαν ἐπιτήδευσιν κακομηχανίας καὶ ἀσελγείας ἐπιτρέπει τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους ἐπιτελεῖν, ἄνδρας μετὰ γυναικῶν πολυ-

secularibus inhaerere. Prohibet etiam pati martyrium[r] homines pro nomine [10]Christi, dicens ita: Ignoras quid[s] desideras: Non enim passus est, inquit, Christus, neque crucifixus est: Quomodo itaque potes, inquit, confiteri hunc crucifixum, cum non sit crucifixus, et ignoras qui passus sit?

Nicolaum Antiochenum advenam[a] qua sit amentia deceptus videamus, qui sub apostolis fuit atque ab eis est electus diaconus septimus, ut scriptum est in Actibus Apostolorum[b], posteaque recedens ab eis[c] atque a sana doctrina diversis erroribus et fallaciis pessumdatus est, qui fuit primum cum apostolis et Stephano beatissimo martyre, qui[d] dicit et ipse virtutes[e] esse plurimas; unde et Gnostici[f], qui scire se aliquid putant, maxime emerserunt. Isti [1]Barbelo[g] venerantur, et [2]Noriam[h] quamdam mulierem. Alii au- Cap. XXXIII.

10. Christi domini, dicens *A*.

Cap. XXXIII. *in Babc. inscriptum habet* NICOLAVS ANTIOCHENVS. — 1. Barbelum *A*. 2. Noriam *c*. Noram *ABab*.

μιξίαν τινὰ κακῆς ὑποθέσεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας διδάσκει." Irenaeus: „*Contemnere et idolothyta et nihil arbitrari, sed sine aliqua trepidatione uti eis: habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem et universa libidinis.*" *(F.)*

r. Prohibet etiam pati martyrium] Epiph. XXIV. 4. „διδάσκει μὴ δεῖν μαρτυρεῖν." Irenaeus: „*Tu, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. Quapropter et parati sunt ad negationem qui sunt tales, imo et magis ne pati quidem propter nomen* (Christi) *possunt, cum sint omnibus* (etiam non Christianis) *similes.*" *(F.)*

s. Ignoras quid desideras] „Ποθεῖς ὃ ἀγνοεῖς." *(F.)*

Cap. XXXIII. — a. advenam] Προσήλυτον. Act. VI. 5. Nicetae quidem lib. IV. Thesauri vocatur *Antiochenus ad Daphnen*. Fuere enim et aliae decem amplius urbes, Antiochiae nomine, praeter celebrem illam Syriae quae ad Daphnen appellabatur et Saturnini sedes fuit, teste Epiphanio XXIII. 1. *(F.)*

b. Actor VI. 5. *(F.)*

c. recedens ab eis] Multi etiam veteres Nicolaum ipsum ab haeresi et criminibus liberant, discipulos Nicolai arguunt. Vide Gobarum apud Photium Cod. CCXXXII. et Cassian. XVIII. 16. Collat. Recentioribus D. Ittigium τὸν μακαρίτη Diss. 1. de Haeresiarchis Apostolicae aetatis c. IX. et Cotelerium ad lib. VI. Constitutionum Apostol. cap. 8. p. 336. seq. Dubitare videtur Augustinus c. 5. de Haeres. [Nicolaum Nicolaitarum auctorem contra Natal. Alexandrum disputat Ambros. Gardebosc tom. I. Hist. Eccl. P. 4. Diss. 3. Mem. de Trevoux 1713. p. 1494 seq. Etiam Nicolaitas ex haereticorum catalogo expungendos singulari diss. contendit D. Ioh. Guil. Ianus. Witteb. 1723. 4. recusa tom. 2. Thesaur. Novi Philologico-Theologici p. 1016. Sed contra Ioh. Laur. Mosheim Dissert. ad Hist. Eccl. p. 389. 457. V. et Grotium ad Act. XX. 30. Buddeum in Ecclesia Apost. p. 382.] *(F.)*

d. qui] Nicolaus, puta, non Stephanus. *(F.)*

e. virtutes] I. e. Aeones sive angelos, de quibus paulo infra. *(F.)*

f. unde et Gnostici] Gnosticos a Nicolao incrementa sumpsisse tradunt etiam alii, ut Nicetas. Quin et Irenaeus III. 11. Nicolaitas vocat „*vulsionem eius quae falso cognominatur scientia.*" Atque Epiphanius XXVI. 1. de Gnosticis: „οὗτοι δὲ οἱ τούτῳ τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένοι." Confer Augustin. c. 6. *(F.)*

g. Barbelo] A בר filius et בעלה domina, quasi filium dominae dicas, ut notavit Io. Croius. Confer quae viri docti ad Irenaeum lib. 1. cap. 33. Inde dicti Gnostici *Barbelitae* sive *Barbeliotae*; vide Cotelerium ad Damascen. p. 764. Apud Nicetam malo *Borbolitae*, cum supra iam memorasset Borborianos. *(F.)*

h. Noriam] Ita scripsi pro *Noram:* illud enim ab igne sive luce (ut Grae-

tem ex eis [3]Ialdabaoth[i] quendam, alii autem [4]Caulacau[k] hominem. Dicunt autem et dogmata ponentes ista: [5]Ante erant solum tenebrae et profundum [6]et aqua[l], atque [7]terrae divisio[m] facta est in medio, et spiritus separavit haec elementa. Tunc ergo tenebrae [8]inruentes[n] in spiritum genuerunt quatuor Aeonas, et isti quatuor genuerunt alios quatuor[o] Aeonas. Hoc autem dextra atque sinistra lux, [9]inquit, sunt et tenebrae[p]. [10]Et quendam etiam concubuisse cum illa muliere et virtute dicunt, de qua nati sunt dii, et homines[q], et angeli, et septem spiritus daemoniorum. Addunt etiam prophetas quosdam natos de ea, [11]specioso nomine, ut Barcabban[r]. Alii autem evangelium consummationis[s] et visiones inanes et plenas fallaciae et somnia [12]videre diversa asserunt delirantes.

3. Ialdabot *A.* 4. Caulacau *c.* Calacaun *ABab.* 5. Ante inquit erat solem *A.* 6. et *Ac.* ex *reliqui.* 7. ex his divisio *A.* 8. inruentes *c.* intuentes *reliqui.* 9. inquit, sunt, et tenebrae *A. Fabricius ex Epiphanio coniecerat scribendum* inquiunt, et tenebrae sunt. *Reliqui libri habent* inquiunt, sunt. 10. Et *om. Ab.* 11. specioso nomine, ut Barcabban *ego,* specioso nomine, et Barcaban (Barabban *Ba.* Barabbam *b.*) *Babc.* speciosum nomen Barcaban *A. Reponendum suspicor* Barcoph et Barcabban, *cum plures de illa muliere natos prophetas narret.* 12. videre se diversa *b.*

cum Pyrrhae Deucalionis) petitum nomen ferebant esse coniugis Noëmi patriarchae. Iren. lib. 1. c. 34. Epiphan. XLVI. 1. Apud Damascenum de Haeres. c. 26. pro Βαρβέλλω καὶ Βερῶ videtur legendum Βαρβελώ καὶ Νωρίαν, vel potius Βάρβελον καὶ Βαρβελώ: haec enim duo distincte memorat Irenaeus lib. 1. cap. 33., licet apud Epiph. XX. 2. legitur Βαρβηρὼ ἤτοι Βαρβηλώ. *(F.)*

i. Ialdabaoth] Quasi יה אל דבארת, deus roboris. V. C. Sam. Basnage Annal. ad A. C. 83. num. 6. Confer Irenaeum lib. 1. c. 34. et Nicetam IV. 9., ubi vides deum Iudaeorum Ophitis hoc nomine venisse. *(F.)*

k. Caulacau] Ita scripsi pro vitioso *Calacaum.* Theodoret.: „καυλακαύαν." Petitum nomen est ex Esaiae XXVIII. 10. קו לקן, ut praeter Epiphanium XXV. 4. notarunt Hieronymus ad Esaiam et Nicetas (T. 25. Bibl. Patrum Lugd. p. 109.) ubi Danielis visio duodecima perperam allegatur pro Esaiae. De nomine illo disserunt Petavius ad Epiph. p. 44. Wetstenius ad Origenem p. 102. et Sam. Basnage T. 1. Annal. p. 790. Quem porro *hominem* praesenti loco ab haereticis cultum Philastrius scribit, Epiphanius XXV. 3. vocat ἄρχοντά τινα, hoc est aeonem sive angelum. Theodoretus vero Christum ipsum hoc nomine veneratos innuit lib. 1. de Haereticis Fab. c. 4., ita Caulacau fuisset illis quasi *expectatus.* *(F.)*

l. profundum et aqua] Ita legendum pro *profundum ex aqua.* Epiphan. XXV. 5. „λέγοντες ὅτι σκότος ἦν καὶ βυθὸς καὶ ὕδωρ." *(F.)*

m. terrae divisio] I. e. terrae ab aquae separatio Genes. I. 9. *(F.)*

n. tenebrae irruentes] Sic legendum pro *tenebras intuentes* quod habebant editiones. Epiphanius: „τὸ δὲ σκότος ἦν χαλεπαῖνον τε καὶ ἐγκοτοῦν τῷ πνεύματι, ὅπερ σκότος ἀναδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι." *(F.)*

o. alios quatuor] Apud Epiphanium: „*alios quatuordecim.*" Sed Philastri lectio recta est, et ex eo potius Epiphanii Codices emendandi. *(F.)*

p. sinistra lux, inquit, sunt] Videtur legendum: „*dextra atque sinistra, lux inquiunt, et tenebrae sunt.*" Epiphanius: „καὶ γέγονε δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ φῶς καὶ σκότος." *(F.)*

q. et homines] Hominum nulla hic apud Epiphan. XXV. 5. mentio. *(F.)*

r. Barcabban] Βαρκαββᾶν. Ita restitui ex Epiph. XXVI. 2. Eusebio IV. 7. Hist. Hieronymo c. 21. de Scriptor. Eccles. Theodoreto aliisque pro *Barraba,* quem male ingesserant superiores editiones. De suo autem addidit Phila-

Alii autem ab Iuda traditore[a] instituerunt haeresim, dicentes bonum opus fecisse Iudam quod tradiderit salvatorem. Hic enim, inquiunt, nobis omnis scientiae bonae[b] auctor extitit, per quem caelestia nobis mysteria manifestata sunt. Virtutibus etenim in caelo nolentibus [1]pati Christum[c], et scientibus quod si fuerit passus, vitam hominibus donaturus sit, hoc sciens, inquit, Iudas, quod si fuerit passus Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc tradidit salvatorem. Hoc autem malum adsertionis impiae quibusdam vanis et vecordibus quasi verisimile videtur esse interdum, cum sit in omnibus contrarium et execrabile, cum propheta [2]eum David[d] ante et dominus salvator[e] damnaverit, et beati apostoli[f] sententiam domini adversus eum confirmaverint edocentes. Cap. XXXIV.

Post istum [1]Carpocras[a] nomine surrexit, et ipse dicens unum principium[b], de quo principio, id est de deo, prolationes factae [2]sint angelorum atque virtutum: quae autem virtutes [3]deorsum Cap. XXXV.

Cap. XXXIV. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS AB (DE *b.*) IVDA TRADITORE. — 1. inquit pati *A*. 2. eum *om. Babc.*

Cap. XXXV. *in Babc. inscriptum habet* CARPOCRAS. — 1. quidam Carpocras *b*. 2. sunt *A*. 3. deorsum *c*. deorum *reliqui*.

strius quod prophetas hosce ex virtute illa natos Gnostici iactaverint. *(F.)*

s. evangelium consummationis] „Εὐαγγέλιον τελειώσεως" Epiph. XXVI. 2. *(Fabr.)*

Cap. XXXIV. — a. ab Iuda traditore] Iudaitas appellat Pseudo-Hieronymus cap. 8. Indiculi haeresium. Consimilem opinionem infra cap. 36. Philastrius noster tribuit Cerintho. Alii Caianis de quibus cap. 2. De recentioribus idem delirium recoquentibus vide si lubet B. D. Ittigium de Haeresiarchis Apostolicae aetatis diss. 2. p. 115. et Io. Henricum Ottium Hist. Anabaptisticae p. 267. *(F.)*

b. scientiae bonae] Consilii divini de nostra per Christi mortem salute: cui soli, non autem Iudae referri gratias a nobis, neque proditionem pro causa salutis nostrae habere oportet, quum divina sapientia, cui malitiam Iudae in bonum finem deflectere placuit, aliis etiam modis consulere saluti nostrae potuisset. Praeclare hanc in sententiam S. Chrysostomus homilia LXXXII. in Matthaeum p. 854., et homilia LXXXIV. p. 875. *(F.)*

c. Virtutibus etenim in caelo nolentibus pati Christum] Angelorum lapsum sive peccatum aliqui veterum olim putarunt fuisse invidiam in homines, non modo quod ad imaginem dei essent conditi, sed etiam quod salvatorem deus missurus peccantibus fuisset, ut docuit B. D. Spenerus in vindiciis germanice editis adversus Danielem Hartnaccium p. 19. seq. Eadem sententia placuit recenti aetate Paulo Sherlogo in Dioptra Antiquitatum Hebraicarum; ait enim Luciferum rabide tulisse, cum inter magna alia arcana sacramentum incarnationis futurum rescivisset. *(F.)*

d. propheta David] Psal. LXIX. 25. CIX. 8. *(F.)*

e. dominus salvator] Matth. XXVI. 24. Ioh. XVII. 12. *(F.)*

f. beati apostoli] Actor. I. 18. et 25. In editione Helmst. vocabulum *apostoli* male exciderat. *(F.)*

Cap. XXXV. — a. Carpocras] Καρποκρᾶς etiam Epiphanio XXVII., sed aliis ut Irenaeo, Eusebio, Timotheo presb. Theodoreto *Carpocrates.* Sectatores Epiphanio Καρποκράσιοι, aliis ut Augustino c. 7. et eidem Epiphanio XXX. 1. *Carpocratiani,* Nicetae *Carpocrateni.* [De Carpocrate v. Io. Frid. Hebenstreitii Dissert. de Haeresi Carpocratianorum Witteb. 1712. Epistolam posteriorem Petri et Epistolam Iudae Carpocratianis oppositam esse suspicatur Hugo Grotius ad v. 4. 7. 8.] *(F.)*

b. unum principium] „Μίαν ἄνω ἀρ-

[4]sunt[c], fecerunt creaturam istam visibilem[d] [ubi [5]nos consistamus. Christum autem dicit non de virgine Maria et divino spiritu[e] natum, sed de semine Ioseph hominem natum[f] arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur. Qui post passionem[g], inquit, melior[h] inter Iudaeos vita integra et conversatione inventus est; cuius animam in caelum susceptam praedicat, carnem vero in terra dimissam[i] aestimat, animique salutem solum[k], carnis autem non fieri salutem opinatur.

Cap. XXXVI. [1]Cerinthus successit[a] huius errori, [2]ex similitudine vanitatis docens de generatione [3]itidem salvatoris[b] deque creatura angelo-

4. sunt, fecerunt *A*. sint, fecerunt *b*. sint, fecerint *reliqui*. 5. nos inquit consistimus *A*.

Cap. XXXVI. *in Bac. inscriptum habet* CERINTHVS, in *b*. CHERINTHVS. — 1. Cherinthus *b*. 2. ex similitudine *ego*. et similitudini *libri omnes*. 3. itidem *om. A*.

γὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων, ἄγνωστον καὶ ἀκατονόμαστον" Epiph. XXVII. 2. *(F.)*

c. quae autem virtutes deorsum sint] Sic non dubitavi scribere pro lectione corrupta, quae erat in editionibus: „*quae autem virtutes deorum sint.*" Virtutes deorsum existentes dicuntur angeli „πολύ τι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἀγνώστου ὑποβεβηκότες et ἀποστάντες ἀπὸ τῆς ἄνω δυνάμεως," ut est apud Epiphanium. Tertulliano dicuntur „*virtutes longe a superiori principali distantes.*" Ab Irenaei interprete „*angeli multo inferiores ingenito patre.*" *(F.)*

d. creaturam istam visibilem] „Τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ" Epiphan. *(F.)*

e. divino spiritu] Ex Lucae I. 35. *(F.)*

f. de semine Ioseph hominem natum] Epiphan. „Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ Ἰωσὴφ γεγενῆσθαι καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν." *(F.)*

g. post passionem] Post superatos et praetervectos perpessionibus exantlatis angelos κοσμοποιούς. Epiphanius p. 103. ex Irenaei lib. 1. cap. 24. „τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἔθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι, δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσεσι πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθεὶς πρᾶξαι, ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιοὺς ἴσχυσεν." *(F.)*

h. melior] Tertullianus c. 48. ex Carpocratis sententia ait Christum „*hominem tantummodo genitum, sane prae ceteris iustitiae cultu, vitae integritate meliorem: hunc apud Iudaeos passum, solam animam ipsius caelo receptam, eo quod et firmior et robustior ceteris fuerit.*" *(F.)*

i. carnem in terra dimissam] Immissam sepulchro, ibique relictam. *(F.)*

k. animi salutem] Salutem ponit pro immortalitate, itaque ait carnis salutem a Carpocrate negari, quoniam resurrectionem ille inficiabatur: „*ex quo colligeret*, inquit Tertullianus, *tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones.*" Ita saepe idem Tertullianus libro de Resurrectione Carnis. Philastrius infra cap. 38. de Valentino: „*animam solam salvari, corpus autem hominis non salvari arbitratur.*" *(F.)*

Cap. XXXVI.— a. Cerinthus successit] Carpocrate posteriorem Cerinthum facit etiam Tertullianus, sive quisquis librum de Praescriptionibus appendice locupletavit. Sed Irenaeus et Epiphanius et Hieronymus contra Luciferianos Carpocratem licet ante commemorant, tamen tempore priorem non testantur, neque fuisse credibile est, cum Cerinthus Iohannis Apostoli tempore iam suos errores sparserit, ut praeter eundem Irenaeum multi tradunt alii, ne dicam Petro, Iacobo et Paulo apostolis iam quaestionem seditionis movisse, de quo infra. *(F.)*

b. de generatione salvatoris] Iosephi et Mariae filium fuisse Iesum Cerinthus docuit cum Carpocrate, sed in hoc ab illo diversus fuit, quod post baptismum descendisse in eum traderet Christum, adeoque Christum a Iesu divelleret. Vide Irenaeum lib. 1. cap. 25. Epiphanium XXVIII. 1. *(F.)*

rum[c], in nullo discordans ab eo, nisi quia, ex parte solum[d], legi consentit, [4]quod a deo data sit[e], et ipsum [5]deum Iudaeorum eum esse [6]aestimat qui legem dedit filiis Israël. Docet autem circumcidi[f] et sabbatizare[g], et Christum nondum [7]surrexisse[h] a mortuis, sed surrecturum annuntiat. Apostolum Paulum non accipit[i], Iudam traditorem honorat[k], evangelium secundum Matthaeum solum accipit[l], tria evangelia spernit, Actus Apostolorum abiicit[m], beatos martyres blasphemat[n]. Hic sub [8]apostolis quaestionem se-

4. *Reposuerim* quoad. 5. deum Iudaeorum eum esse *A*. dominum Iudaeorum esse c. *de emendat. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. I. p. 765.* dominum Iudaeos esse *Bab.*. *In Ba. h. l. asteriscus conspicitur in marg.* 6. existimat *b*. 7. resurrexisse *bc*. 8. apostolis beatis quaestionem *A*.

c. de creatura angelorum] Hoc est de mundo ab angelis creato, ut praeter eundem Irenaeum tradunt Epiphanius XXVIII. 1. Augustinus c. 8. Damascenus et alii. *(F.)*

d. ex parte solum] Vitiose erat editum *ex patre,* et mox *et ipsum dominum Iudaeos,* pro *dominum Iudaeorum,* ut monuit quoque Cotelerius T. 1. Monument. p. 765. Ait autem Philastrius Cerinthum ex parte consentire legi, quod Epiphanius p. 110. „προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπὸ μέρους." *(F.)*

e. legi quod a deo data sit] Non a deo summo, sed deo Iudaeorum, aliquo ex angelorum numero, a quibus orbis fuerit conditus. Epiphan. „φάσκει δὲ οὗτος νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων." Tertullian. de Cerintho: „*ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Iudaeorum deum non dominum* (h. e. deum summum), *sed angelum promens.*" *(F.)*

f. circumcidi] Vide Epiphan. XXVIII. 5., et nostrum infra hoc ipso capite. *(Fabr.)*

g. sabbatizare] Ita scripsi pro *sabbatizari.* Fuit autem hoc commune Cerintho cum aliis iudaizantibus apostolorum tempore, ut sabbata contenderent more Iudaico observanda esse, itaque Paulus illud reiiciens monet Colossenses II. 16. „μήτις ὑμᾶς κρινέτω ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων." *(F.)*

h. Christum nondum resurrexisse] Fallitur S. Augustinus et Auctor Praedestinati, qui c. 8. de Haeres. ex Cerinthi sententia scribunt „*Iesum non surrexisse, sed surrecturum.*" Nam Iesum a Christo (ut iam supra monui) divellens Cerinthus Iesum surrexisse non diffitebatur, sed de Christo illud negabat. Ita perspicue Irenaeus lib. 1. cap. 25. „*post baptismum descendisse in eum figura columbae - - in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse et resurrexisse: Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.*" Itaque nec accurate Epiphanius XXVIII. 6. eumque secutus Timotheus presbyter apud Cotelerium III. Monum. pag. 388. „Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι, μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις." Rectius idem XXVIII. 1. „πεπονθότα δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ πάλιν ἐγηγερμένον. Χριστὸν δὲ τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα εἰς αὐτὸν, ἀπαθῆ ἀναπτάντα." Neque accurate de Cerintho appendix ad Tertull. „*Christum ex semine Ioseph natum.*" Imo debebat dicere *Iesum.* *(F.)*

i. Paulum non accipit] Epiphanius XXVIII. 5. „τὸν δὲ Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ. ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν διὰ τὸ εἰρηκέναι ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε." Galat. V. 4. „καὶ ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει." id. V. 2. *(Fabr.)*

k. Iudam traditorem honorat] Hoc non Cerintho alii tribuunt, sed Caianis, ut dixi supra ad cap. *XXXIV.* *(F.)*

l. Matthaeum solum accipit] Neque illud quidem evangelium integrum, sed tantum quatenus haeresi Cerinthi non refragabatur. Vide Epiphanium *XXVIII.* 5. et *XXX.* 14. *(F.)*

m. Actus Apostolorum abiicit] Hos etiam ab Ebionaeis reiectos notat Epiphanius *XXX.* 16. *(F.)*

n. beatos martyres blasphemat] Cerintho assensit Basilides, qui et ipse prohibebat martyrium: supra c. XXXII.

ditionis[o] commovit, dicens debere circumcidi homines, cuius causa contra illum et haeresim eius decreverunt [9]in suis Actibus [10]apostoli sententiam[p], non debere iam homines Iudaismo, id est circumcisioni, aliisque talibus superstitionis vanae parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Christum dominum nostrum salvatorem.

Cap. XXXVII. Hebion discipulus [1]Cerinthi[a], in multis ei similiter[b] errans sal-

9. de *b*. 10. beati apostoli *A*.
Cap. XXXVII. *in Babc inscriptum est* Hebion. — 1. Cherinthi *b*.

Unde autem hoc de Cerintho hauserit Philastrius, non constat, nam in Irenaeo et Epiphanio illud non legas. *(F.)*

o. quaestionem seditionis] Narrat Epiphanius triplicem ταραχὴν sive seditionem de circumcisione ritibusque Iudaicis servandis motam a Cerintho, antequam suam in Asia haeresin spargeret: unam quidem perturbatis Antiochenis, ad quos Iacobus et caeteri Apostoli rescripserunt Actor. XV. 24., alteram Hierosolymis, cum Petrus a Cornelio reversus esset Hierosolyma Actor. XI. 2. 3. Tertiam itidem Hierosolymis adversus Paulum Actor. XXI. 28. Easdem tres ταραχὰς Cerintho impingit Timotheus presb. *(F.)*

p. decreverunt in suis Actibus apostoli] Petro et Iacobo praeeuntibus iudicantes „μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν θεόν" Actor. *XV*. 19. Hieronymus Epist. 89. ad Augustin. „*in Cerinthi et Hebionis haeresin dilabimur, qui credentes in Christum propter hoc solum a patribus anathematizati sunt, quod legis caerimonias Christi evangelio miscuerunt, et sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent.*" Omnia fuisse Iudaica quae adstruebat Cerinthus, probe notatum Agobardo lib. de Iudaicis superstitionibus T. XIV. Bibl. Patrum p. 257. *(F.)*

Cap. XXXVII. — a. Hebion discipulus Cerinthi] Tertullianus sive quisquis auctor appendicis ad librum de Praescript. cap. 48. Hebionem Cerinthi successorem vocat, cui suffragatur Hieronymus contra Luciferianos p. 304. Novi esse viros eruditos qui nullum unquam fuisse Hebionem putant, sed nemo est ex veteribus qui neget, multi qui affirment extitisse, ut praeter Hieronymum pluribus locis, ac Philastrium nostrum et Tertullianum ipsum c. 33. de Praescript. Pacianus Epist. 1. Hilarius libris de Trin. Rufinus in Symbolum, Theodoretus lib. 2. de Haeret. Fabul. c. 1. [Cassianus I. lib. de Incarnatione cap. 2. et lib. III., cap. 5. lib. V., c. 10. Cf. Mosheim. Observ. Sacr. c. 5. pag. 233 sqq., diss. ad Hist. Eccl. pag. 552 sq., Buddei Eccles. Apost. Guil. Whiston Authentic Records p. 949 sq. de Ebionitarum commentis disputat, et Ebionitis ascribit Papiam p. 680. 951., Hegesippum p. 950. 952., Clementinas Homilias p. 953 sq., nec non Iosephum p. 954 sq. Ebionitarum apologiam scripsit Iac. Rhenferdus diss. de Fictis Iudaizantium Haeresibus.] aliique, inprimis diserte Epiphanius XXX. 2. in pago Cocabe in regione Basanitide habitasse Ebionem testatus, et c. 17. p. 141. cum monuisset nomen Ebionis Hebraica lingua *pauperem* significare, subiungit: „ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι ἐβίων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν οἶμαι ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς κεκληρωμένος." Interpolata Ignatii ad Philadelphenos Epistola cap. 6. „καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πένης τὴν διάνοιαν ὡς ἐπικαλεῖται ἐβίων." Hinc frequens annominatio in veterum scriptis ad paupertatis nomen, ubi de Ebionaeis loquuntur: sed hinc neutiquam licet colligere nullum fuisse Ebionem, ex cuius ipso nomine ansam annominationis illius potius sumsisse credibile est Originem, cum lib. 2. contra Celsum pag. 56. ait Ebionaeos esse ἐπωνύμους τῆς κατὰ τὴν ἐκδοχὴν πτωχείας τοῦ νόμου, quod scilicet adhuc haererent in πτωχοῖς στοιχείοις rituum Iudaicorum. Sic πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ebionaei dicuntur eidem Origeni IV. περὶ Ἀρχῶν, et Homil. 3. in Genesin et Eusebio III. 27. Hist. Eccles. et lib. 1. de Eccles. Theol. c. 14. Et Ebionaeus πτωχεύων περὶ τὴν εἰς Ἰησοῦν πίστιν Origeni in Matth. XX. p. 428., sive πτωχῶς καὶ ταπεινῶς de Christo sentiens, ut Eusebii verbis utar III. 27. Hist. Ebionis alicuius in Tal-

vatorem nostrum hominem de Ioseph natum[c] carnaliter [2]aestimabat, nihilque in eo divinitatis fuisse docebat, sed sicut omnes prophetas[d], sic et eum gratiam dei habuisse adserebat, non tamen dominum maiestatis et dei patris filium cum patre sempiternum esse credebat, cum divinae [3]scripturae dominum sempiternum cum patre vero[e] [4]aeque sempiterno ubique [5]testentur ac praedicent.

Cap. XXXVIII. Post istum[a] Valentinus quidam surrexit, Pythagoricus[b] magis quam Christianus, [1]vanam quandam ac perniciosam doctrinam eructans, et velut arithmeticam, id est numerositatis, [2]novam fallaciam[c] praedicans, multorumque animas ignorantium captivavit.

2. existimabat *b*. 3. sapientiae *b*. 4. ac *A*. 5. testantur A.
Cap. XXXVIII. *in Babc. inscriptum est* VALENTINVS. — 1. Nam *A*. 2. notitiam *A*.

mude fieri mentionem notavit Io. Lightfootus Tom. 2. Opp. p. 148. *(F.)*

b. in multis ei similiter] Non in omnibus. Neque assentior viris eruditis, qui apud Irenaeum lib. 1. cap. 26. de Ebionaeis legunt: „*Ea autem quae sunt erga dominum, consimiliter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur.*" Nam legendum *non similiter* testatur Epiphanius XXX. 14. Cum enim dixisset Cerinthum et Carpocratem ex geneaiogia Christi in evangelio Matthaei probare conatos, Christum e Iosephi et Mariae semine esse procreatum, mox de Ebionitis subiunxit: „οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται," *illi diversa quaedam statuunt.* Deinde docet amputasse eos genealogiam, Iesumque pro mero habuisse homine, Christum vero qui columbae specie in eum illapsus fuerit, hominemque se negaverit, quando extensa in discipulos suos manu dixit: *Ecce mater meae et fratres mei.* Matth. XII. 49. *(F.)*

c. de Ioseph natum] „'Εκ σπέρματος ἀνδρός, τουτέστι 'Ιωσήφ" Ebion apud Epiphanium XXX. 3. Eusebius de Ebionaeis III. 27. Hist. „λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸν μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγενημένον." Similia Theodoretus et alii. *(F.)*

d. sicut omnes prophetas] In hoc tamen Christum praestare profitebantur, quod caeteri prophetae tantum ex ingenio suo et intellectu sapuerint, Christus verus propheta fuerit. Ita enim puto accipiendum quod ait Epiphanius XXX. 18. „τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως εἶναι προφήτας καὶ οὐκ ἀληθείας — τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας." Hinc Methodius in Convivio Virginum pag. 113. de Ebionaeis: „ἐξ ἰδίας κινήσεως τοὺς προφήτας λελαληκέναι φιλονεικοῦντες." *(F.)*

e. cum patre vero] Ita ut verus pater Christi deus sit, ac Christus proprius unigenitus dei filius Rom. VIII. 32. Psal. II. 7. Matth. III. 17. XVII. 5. Ioh. I. 14. 18. III. 16. 18. Hebr. I. 8. *(Fabr.)*

Cap. XXXVIII. — a. Post istum] Episcoporum Romanorum tempore Hygini, Pii, Aniceti. Hyginus fuit ab a. C. 138. Pius ab a. 150. Anicetus ab a. 153. ad 162. Vidi quae viri docti ad Irenaeum III. 4. *(F.)*

b. Pythagoricus] Idem S. Irenaeus de Valentinianis II. 19. „*quod autem velint in numeros transferre universum hoc, a Pythagoricis acceperunt, primum enim hi initium omnium numeros substituerunt, et initium ipsorum parem et imparem, ex quibus et ea quae sensibilia et insensata sunt subiecerunt.*" De hoc Pythagoricorum dogmate vide si placet Iamblichum in Theologumenis Arithmeticae, et Denarium Pythagoricum Iohannis Meursii: et speciatim quod ad Valentinianorum aemula placita attinet, Renati Massueti dissertationes praevias ad Irenaeum p. XXVIII. *(Fabr.)*

c. numerositatis novam fallaciam] Multos Aeonas, Aeonum syzygias ac successiones multiplices, de quibus infra. *Numerositatem* pro multitudine passim legas apud Augustinum, Macrobium, Orosium, Sidonium, et alios medii aevi scriptores, nescio an etiam apud antiquiores. *(F.)*

Et in primis quidem fuit in [3]ecclesia[d]. Elatior autem factus postmodum[e] errore non parvo deceptus est, degensque in Cypri provincia coepit hoc definire: Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi Profundum maris[f] et [4]Silentium[g], quod [5]poëtae Chaos[h] [6]adserunt, deque hoc Profundo et Silentio [7]edocens processisse Intellectum et Veritatem[i], de Intellectu autem et Veritate Verbum et Vitam[k], de Verbo autem et Vita Hominem et Ecclesiam[l], de Homine autem et Ecclesia processisse duodecim Aeonas[m], id est Secula[n] et de Verbo et Vita [8]decem Aeonas processisse, de Intellectu autem

3. ecclesiam *A*. 4. silentium maris et silentium quod *A*. 5. poëtae Chaos *b*. poëtae vani Chaus *A*. 6. adserunt edocentes *A*. 7. edocens *om. A*. 8. decem Aeonas *om. A*.

d. fuit in ecclesia] In Aegypto et Romae quoad vixit, in ecclesiae communione vixit, sive ut ait Tertullianus c. 19. de Praescript. in catholicae doctrinam credidit, nec dum errores prodidit suos: at in Cyprum insulam delatus demum haeresin effudit, ut tradit Epiphanius XXXI. 7. „ἐνομίζετο γὰρ πρὸ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις. ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε." *(F.)*

e. Elatior autem factus postmodum] Tertullianus contra Valentinianos c. 4. „*Speraverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii praerogativa loci potitum indignatus, de ecclesia authenticae regulae abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti, praesumtione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem.*" Episcopatum quo excidit Valentinus, in Cypro insula fuisse mihi persuadeo. *(F.)*

f. Profundum maris] Βυθὸς Cabbalistis *Ensoph*, deus spatium infinitum ab aeterno solus implens. *(F.)*

g. Silentium] Σιγή, Auctori Praedestinati *altum*, eine tiefe Stille. Deus in se latens, et nulla re creata manifestatus. Non necesse est ad hanc Valentini Σιγὴν respexisse S. Ignatium, cum filium dei λόγον ἀΐδιον οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθόντα scripsit, nihil enim aliud illa verba innuunt, quam aeternum fuisse Λόγον, neque ullum in deo ante ipsum praeextitisse silentium antiquius. [Manichaeis etiam haec de Βυθῷ et Σιγῇ Valentinianorum placita tribuit Photius III. 9. contra Manichaeos pag. 34. tom. II. Anecdott. Wolfii.] *(F.)*

h. poëtae Chaos] Accurate si inspicias, aliud est poëtarum Chaos, aliud Valentinianorum Σιγή. Nam Chaos poëtis rudis indigestaque moles sempiterna materiae. Valentinianorum Σιγὴ omnem materiam et omnem rem creatam tempore antecessit. *(F.)*

i. Intellectum et Veritatem] Νοῦν καὶ Ἀλήθειαν, mundum intelligibilem, sive angelos antemundanos a deo conditos, quorum post lapsum sive peccatum demum secutam Valentiniani putabant mundi visibilis creationem. Hinc Demiurgum esse *fructum labis* aiunt apud Irenaeum II. 35. *(F.)*

k. Verbum et Vitam] Λόγον καὶ Ζωήν, mundum rationabilem hominum ante Christiana tempora. *(F.)*

l. Hominem et Ecclesiam] Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, homines in ecclesiam Christianam congregatos. *(F.)*

m. duodecim Aeonas] Ex nominibus horum Aeonum apud Irenaeum libro et capite primo, Tertullianum, Epiphanium aliosque obviis constare potest nihil aliud voluisse Valentinum quam sub Angelorum praesidum nominibus varias praerogativas Christianae conditionis denotare. Similiter decem Aeonum nomina designant varias virtutes mundi rationabilis, octo denique summorum Aeonum nomina, praestantias mundi intelligibilis, quam primogenitam octonationem radicem et substantium omnium nuncupabat. *(F.)*

n. Aeonas, id est secula] Dubito Valentinum voluisse per Aeones denotare totidem temporum successiones: verius enim est per metonymiam Aeones ab ipso signari deos inferiores et angelos in aevo viventes. Vide Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VIII. 12. et Grabium ad Irenaeum pap. 9. Massuetum diss. praeviis ad Irenaeum pag. XXXVIII. seq. Deus ipse Valentino

et Veritate octo Aeonas, et esse hanc [9]τριακοντάδα Seculorum[o], id est triginta [10]Aeonas. De ogdoade ergo et decade [11]et duodecade consistere triginta Aeonas [12]delirat[p]. Dicit autem Christum a patre, quem Profundum nomine[q] appellat, ad totius mundi salutem[r] fuisse dimissum, deque caelo eum carnem detulisse, nihil autem [13]accepisse de sancta virgine, sed ut aquam per rivum[s], ita transisse per eam affirmat. Animam ergo solam salvari[t], corpus autem hominis non salvari arbitratur.

Alii sunt successores ipsius[a]: Ptolemaeus, qui doctrinam aeque vanam intulit, dicens quatuor esse Aeonas, et alios quatuor[b]; no- Cap. XXXIX.

9. τριακοντάδα *c. de emendat. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. I. p. 768.* τριάκοντα *ABab.* 10. aeonas aeonon. De *A.* 11. et duodecade *om. A.* 12. delirat *c. de emendat. Cotelerii l. l. tom. III. p. 629.* deliberat *ABab.* 13. accessisse *A.*
Cap. XXXIX. *in Babc. inscriptum est* Ptolemaeus. —

„τέλειος αἰὼν προών" apud Irenaeum, initio lib. 1. „καὶ καλῶς ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεός." Plotin. pag. 329. Saecula etiam pro angelis videtur dixisse Hilarius 2. de Trin. „*Archangeli nesciunt, angeli non audierunt, saecula non tenent.*" *(Fabr.)*

o. τριακοντάδα seculorum] Ita scribendum pro τριάκοντα monuit Cotelerius T. I. Monument. Ecclesiae Graecae p. 768. Sic et apud Tertullian. *(F.)*

p. delirat] Male priores editiones *deliberat.* Vide eundem Cotelerium T. III. p. 629. *(F.)*

q. Profundum nomine] Βυθόν, de quo supra. *(F.)*

r. ad totius mundi salutem] Dictus inde „σωτήρ, τελειότατον κάλλος τε καὶ ἄστρον, τοῦ πληρώματος τέλειος καρπός" ut est apud Irenaeum p. 14. *(F.)*

s. ut aquam per rivum] Epiphanius XXXI. 7. „φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διαληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι." Irenaeus lib. 1. cap. 7. „εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὁδεύει:" „*esse autem hunc qui per Mariam transierit quemadmodum aqua per tubum transit.*" Ita vetus Irenaei interpres. Est qui similiter apud Philastrium suspicatur scribendum esse *per tubum*, quod quia scripserit librarius *per turum*, alius non capiens correxit *per rivum.* Sed nihil mutandum, nam rivus est canalis structilis, Vitruvius VIII. 7. „*ductus aquae fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus.*" Et fortasse apud Augustinum de Haeresibus c. 11. non per *rimam* legendum sed *per rivum aut per fistulam:* certe in Auctore Praedestinati, qui Augustini solet legere vestigia c. 11. de Valentinianis: „*Filium nihil adsumsisse de Maria virgine, sed illum tanquam aquam per rivum aut fistulam, sine ulla carnis adsumtione transisse.*" Auctor appendicis ad Tertullianum de Praescript. c. 49. „*spiritale nescio quod corpus de caelo deferentem quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuantem.*" *(F.)*

t. Animam solam salvari] Corporis huius resurrectionem negabant Valentiniani, ut constat ex eadem appendice ad Tertull. de Praescript. c. 49. „τῶν δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπαρνοῦνται," inquit Epiphanius XXXI. 7. Animi salutem pro immortalitate dixit noster etiam supra c. 35. *(F.)*

Cap. XXXIX. — a. successores ipsius] Non ad Ptolemaeum solum sed etiam ad secundum et alios deinceps, proximis maxime capitibus commemoratos refer, Heracleonem, Marcum, Colorbasum. *(F.)*

b. quatuor esse Aeonas et alios quatuor] Intellige praeter et ante illos Aeones triginta, quos posuerat Valentinus. Ita auctor appendicis ad Tertull. c. 49. de Ptolemaeo et Secundo: „*Cum Valentino per omnia consentiunt, in illo solo differunt: nam cum Valentinus Aeonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures: quatuor enim primum, deinde alios quatuor ag-*

vum quid volens commenti falsi decernere quam Valentinus doctor eius est ementitus.

Cap. XL. Post hunc quidam Secundus nomine Aeonas similiter docens [1] factos adserit, tamen infinitos[a]. Christum autem quasi per phantasiam apparuisse, id est veluti umbram[b], humano generi, et non veram carnem hominis habuisse suspicatur.

Cap. XLI. Post hunc Heracleon discipulus ipsius[a] surrexit, dicens principium esse unum, quem dominum appellat, deinde de hoc natum aliud[b], deque his duobus generationem multorum asserit principiorum, cum suis itidem delirans doctoribus.

Cap. XL. *in Babc. inscriptum est* SECVNDVS. — 1. adserit factos infinitos *A*. Cap. XLI. *in Babc. inscriptum habet* HERACLEON. —

*gregaverunt.*" Irenaeus lib. 1. cap. 5. (11. edit. Massueti) „*alii autem rursus ipsorum primam et archegonon octonationem his nominibus nominaverunt, primam* proarchen, *deinde* anennoeton, *tertiam autem* arrheton, *et quartam* aoraton. *Et de prima quidem proarche emissum esse primo et quinto loco* archen, *ex anennoeto secundo et sexto loco* acatalepton, *et de arrheto tertio et septimo loco* anonomaston: *de aorato autem quarto et octavo loco* agenneton. *Pleroma hoc primae ogdoadis. Has volunt virtutes fuisse ante bython et sigen, ut perfectorum perfectiones appareant.*" Haec Irenaei verba Ptolemaei sententiam exponunt. Deinde c. 6. (Massuet. 12.) idem Irenaeus notat quosdam Ptolemaei discipulos alia insuper commenta placitis magistri sui adiunxisse. „*Hi vero qui sunt circa Ptolemaeum scientiores, duas coniuges habere eum Bython dicunt, quas et dispositiones vocant, Ennoean et Thelesin*" etc. Tertullianus c. 33. contra Valentinianos: „*Extiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, emendatores Ptolemaei, qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent, Cogitationem et Voluntatem.*" Minus accurate Epiphanius XXXIII. 1. ipsi hoc tribuit Ptolemaeo, ut Massuetus p. XLIX. diss. praeviar. in Irenaeum pulchre observavit. [Cum Epiphanio S. Athanasius III. c. Arianos p. 608 edit. Montfauconianae: „Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη δύο ζυγοὺς ἔχειν τὸν Ἀγέννητον, Ἔννοιαν καὶ Θέλησιν, καὶ πρῶτον ἐνενόησεν, εἶτα ἐθέλησε, καὶ ἅπερ ἐνενόει οὐκ ἐδύνατο προβάλλειν, εἰ μὴ ὅτε καὶ ὅτε ἡ τοῦ θελήματος δύναμις ἐπεγένετο.] *(F.)*

Cap. XL. — a. adserit tamen infinitos] Hoc apud alios scriptores non invenio, qui de Secundo haeretico mentionem faciunt, ut Epiphanius et Damascenus [Tamen ab haereticis quibusdam ἀπείρους Aeonas inductos fuisse constat ex Constitut. Apostol. VI., 8.] Haeresi 32. Augustinus et Auctor Praedestinati cap. 12. Theodoretus lib. 1 de Haereticis Fabulis cap. 8. Tertullianus contra Valentinianos c. 38. et Auctor appendicis ad Tertull. cap. 49. et antiquior his omnibus Irenaeus lib. 1. c. 5. *(Fabr.)*

b. veluti umbram] Supra p. 56. 64. 68. Hinc carnem Christi a Secundianis negari scribit Damascenus. *(F.)*

Cap. XLI. — a. discipulus ipsius] Non multum tribuendum huic testimonio existimo, neque inde constare puto quod Heracleon vere Secundi fuerit discipulus, vel Marcus (de quo infra capite proximo) Heracleonis successor. Nam apud Epiphanium Colorbasus Marco, Heracleon Colorbaso subiicitur. Vicissim Secundum Heracleoni et magum Marcum Secundo subiicit Tertullianus contra Valentinianos c. 4. *(F.)*

b. de hoc natum aliud] Imo ex illa monade duo. Auctor appendicis ad Tertull. cap. 49. „*Introducit inprimis illud fuisse quod pronunciat, et deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Aeonas. Deinde introducit totum Valentinum.*" Confer quae de Heracleone Epiphanius et Damascenus Haeresi 36. Augustinus et Praedestinati Auctor c. 16. [Cum Valentino etiam negavit Gratiam et Veritatem fuisse in lege. Vide Photii Amphilochia cap. 246. et Epist. 134.] *(F.)*

Marcus autem quidam post istum successor eius[a] numerum et mensuram et calculum, rationem etiam computationis faciens literarum[b], quasi verisimilis et cuiusdam rei novae inventor, cum aestimaret a quibusdam se posse laudari, non in parvam itidem erroris incurrit amentiam. Dicit enim ita: Viginti quatuor literae sunt, quae perfectionem habent omnium rerum. Propter quod et Christus, inquit, dicebat: Ego sum Α et Ω[c]. Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus [1]descendet[d] ad Iesum in figura et similitudine columbae, et Christum [2]ipsum columbam[e] esse [3]docebat, quae descendit, inquit, ad duodecim Aeonas, id est ad duodecim apostolos, et unum ex eis cecidisse, id est Iudam, aestimabat. Christum autem putative[f] dicit apparuisse, et passum fuisse quasi per umbram, non tamen vere [4]passum corpore arbitratur. Cap. XLII.

Post hunc [1]Colorbasus[a] similiter in literis et numero elementorum astrorumque septem vitam omnium hominum[b] et generationem consistere asserebat, non in Christi maiestate et potentia, neque in ipsius carnali praesentia [2]veram hominum sperari salutem advertebat. Cap. XLIII.

Cerdon[a] autem quidam surrexit post hos, peius suis doctoribus praedicans, qui cum venisset Romam de Syria, ausus est dicere duo esse principia[b], id est unum deum bonum et unum malum, et Cap. XLIV.

Cap. XLII. *in Babc. inscriptum est* MARCVS. — 1. descendit *c.* 2. ipsam *A.* 3. dicebat *A.* 4. passum arbitratum *A.*

Cap. XLIII. *in Bab.* BASSVS, *in c.* COLORBASVS *inscriptum est.* — 1. Colorbasus *c., ex emendat. Latini Latinii.* Colorbasus qui *A.* C. Bassus *reliqui.* 2. vera *A.*

Cap. XLIV. *in Babc. inscriptum est* CERDON. —

Cap. XLII. — a. successor eius] Vide quae ad caput superius annotavi. Hunc Marcum cum Marco longe iuniore Priscillianista confundit S. Hieronymus Epist. 29. et ad Esaiae LXIV. ut notavit Cotelerius ad Constitutt. Apostolic. VI. 8. *(F.)*

b. computationis literarum] Copiose de his Marci gerris Epiphanius haeresi 34., ex Irenaei lib. 1. c. 10. seq. et viri docti ad Irenaeum. *(F.)*

c. Ego sum Α et Ω] Apocal. I. 8.

d. descendit] Ita scripsi pro *descendet* quod erat vitiose in prioribus editionibus. *(F.)*

e. Christum columbam] Hoc probabat Marcus ex eo, quod ex literis Graecis vocabuli περιστερά, quae columbam significat, prodit numerus 801., idem quem reddunt litterae Α et Ω. Vide Irenaeum Grabii p. 68. et 71. *(F.)*

f. putative] Supra c. 32. p. 68.

Cap. XLIII. — a. Post hunc Colorbasus] Ita apud Philastrium esse legendum pro *C. Bassus*, iam pridem Latinus Latinius recte annotavit. Apud Nicetam IV. 7. male *Colobarsus.* Caeterum non post Marcum fuisse, sed eidem praeivisse Colorbasum contendit Henr. Dodwellus diss. ad Irenaeum p. 326. seq. [Neque *post* semper temporis est nota, sed ut apud Graecos μετὰ idem saepe est quod *praeter.] (F.)*

b. vitam omnium hominum] Auctor Praedestinati cap. 15. de Colorbaso: „*Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam affirmabat, et has esse septem ecclesias et septem candelabra aurea conabatur adstruere.*" *(F).*

Cap. XLIV. — a. Cerdon] In vita Stephani Iunioris Κερδωνᾶς T. 4. Monumentor. Cotelerii p.441. In Sophronii Epistola Κέρδων ἀκέρδων. id. III. p. 627. ut infra c. 52. Noëtus ἀνόητος. *(F.)*

b. duo principia] Gennadius de Ecclesiast. Dogmatibus pag. 52. „*vel ce-*

deum quidem bonum bona facere, et malum mala. Iesum autem salvatorem non natum asserit de virgine[c], nec apparuisse in carne, nec de caelo descendisse[d], sed [1]putative visum fuisse hominibus, qui non videbatur, inquit, vere, sed erat umbra: unde et putabatur quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

Cap. XLV. Marcion autem discipulus eius, genere Ponticus[a], de civitate Sinope, urbem Romam devenit[b], ibique degens sceleratam haeresim seminabat, atque interrogans presbyteros sanctos ecclesiae [1]catholicae sensus sui eis [2]errorem mortiferum propinabat, dicens ita: Quid est [3]quod in evangelio dicente domino scriptum est[c]: *Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres, alioquin [4]rumpentur utres, et effundetur vinum?* Et iterum[d]: *Non est arbor bona quae faciat malum fructum, neque arbor mala quae faciat bonum fructum.* Deque hoc accipiens interpretationem a sanctis presbyteris non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium, et isti similiter unum deum bonum et unum malum adnuntians; Christum autem putative apparuisse[e], id est quasi per umbram, et passum eum fuisse umbratiliter, non tamen in vera carne credebat. [5]Κατὰ Λουκᾶν

1. *Verba* putative — — inquit vere *om. A.*

Cap. XLV. *in Babc. inscriptum est* MARCION. — 1. catholicae *om. Ab.* 2. errores (*h. e.* erroris) mortiferi proponebat *A.* 3. inquit quod *A.* 4. rumpuntur utres et effunditur *A.* 5. Κατὰ Λουκᾶν *B.* Secundum Lucam *reliqui.*

*terae istorum originis sive ordinis pestes, quae duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion: vel contraria, ut Manichaeus"* etc. Sed non dubium est Cerdonem quoque duo principia pugnantia inter se ac contraria statuisse *„unum bonum et alterum saevum. Bonum superiorem: saevum hunc, mundi creatorem."* Append. ad Tertull. de Praescript. c. 51. *(F.)*

c. non natum asserit de virgine] Non de virginitate Mariae sed de veritate nativitatis hoc accipiendum, quam tantum umbratiliter et κατὰ δόκησιν factam Cerdo existimabat. Epiphanius XLI. 1. „μὴ εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν γεγενημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι:" *„nec ex virgine natum, sed omnino nec natum"* appendix ad Tertull. [V. Christiani Kortholti notas ad Iustinum p. 53. b. sq.] *(F.)*

d. nec de caelo descendisse] Quae Valentini et Apellis erat opinio. *(F.)*

Cap. XLV. — a. Ponticus] Vide Is. Vossium p. 34. ad Catullum et B. doctoris mei Tho. Ittigii diss. de Haeresiarchis p. 135. *(F.)*

b. urbem Romam devenit] Ante saeculi secundi medium. Confer Blondellum de Episcopis p. 19. seq. *(F.)*

c. scriptum est] Matth. IX. 16. In S. Archelai disp. cum Manete pag. 33. *„Sicut si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, maior scissura sit: ita etiam corpus si praeclarissimo operi adsociatum fuerit, interiret."* *(F.)*

d. Et iterum] Matth. VII. 8. Eodem dicto abusus Manes ad duo principia ingerenda. Vide Epiphanium T. 1. p. 623. [Ante Manichaeum etiam legem prophetasque Marcion condemnabat, ut testatur Augustinus lib. I. c. Adversarium legis et prophetarum c. 1.] *(F.)*

e. putative apparuisse] Provocavit Marcion inter alia ad locum Philipp. II. 7. ubi Christus dicitur ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, ad quem locum inspice si placet Theophylactum. Chry-

autem evangelium[f] solum accipit, non evangelia, nec epistolas [6]Pauli apostoli, nisi ad Timotheum et Titum[g]; quae enim de Christo [7]dicunt ut de deo vero, praeterit, quae autem quasi de homine dicunt [8]scripturae, ea accipit capitula, et neque Christum iudicem esse omnium[h] confitetur. Qui devictus atque fugatus a beato Ioanne evangelista[i] et a presbyteris de civitate Ephesi Romae hanc haeresim seminabat.

Lucanus[a] [1]post istum quidam similia Marcioni statuens ac de- Cap. XLVI.
cernens, ut ille doctor ipsius Marcion, est in omnibus ementitus.

Fuit Apelles discipulus eius[a], similia in quibusdam Marcioni Cap. XLVII.
praedicans, qui interrogatus a quibusdam [1]quonam modo de fide sentiret, respondit, Non mihi opus est [2]discere[b] a Marcione, ut duo

6. beati Pauli A. 7. dicunt de deo *A*. dicunt scripturae, ut de deo *b*. 8. scripturae *om. b*.

Cap. XLVI. *in Babc. inscriptum est* LVCANVS. — 1. quidam post istum *A*. post istum quidem *b*.

Cap. XLVII. in *Babc. inscriptum est* APELLES. — 1. quomodo *A*. 2. discere *c., de emendat. I. B. Cotelerii.* dicere *ABab*.

sostomum etiam homil. LXXXIII. ad Matthaeum pag. 863. 865. *(F.)*

f. secundum Lucam evangelium] Sed variis modis mutilatum, atque ut videtur sine Lucae nomine praefixo, ac praemissis Marcionis antithesibus. Vide Tertullianum IV. 4. contra Marcion. Irenaeum I. 29. III. 11. Origenem lib. 2. contra Celsum pag. 77. et in Philocalia c. 5. Epiphan. XLII. 10. seq. et Nicetam IV. 10. Thesauri Orthodoxae Fidei. Ut in aliis ita hac quoque in parte Cerdonis magistri sui vestigiis Marcio institit, de quo appendix Tertulliani de Praescript. cap. 51. „*solum evangelium Lucae, nec tamen totum recipit.*" *(F.)*

g. nec epistolas Pauli nisi] Imo epistolas Pauli caeteras receptas, solas illas ad Timotheum ac Titum repudiatas a Marcione, constat e Tertulliano V. 20. contra Marcion., Hieronymo, Epiphanio. *(F.)*

h. neque Christum iudicem omnium] Ideo repudiavit Marcion epistolas ad Timotheum, in quarum posteriore diserte scriptum IV. 1. Iesum „μέλλοντα κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς." *(F.)*

i. a beato Ioanne evangelista] Quomodo fieri potest, inquit Latinus Latinius, ut Marcion Cerdonis discipulus, Ioannis apostoli tempore cognitus esset? cum nec Cerdon ante Hyginum, (qui fuisse Romae episcopus creditur ab A. C. 138. ad 150.) nec Marcion ante Anicetum (ab A. 150. ad 154.) cognitus fuerit, ut Irenaeus, Tertullianus et Cyprianus docent. *(F.)*

Cap. XLVI. — a. Lucanus] Hic *Lucianus* dicitur Epiphanio et Damasceno Haeresi 43. et Nicetae IV. 15. Thesauri Orthodoxae Fidei. Diversus a Luciano Arianorum martyre a quo Lucianistae. Caeterum a Rhodone apud Eusebium V. 13. Hist. sub λύκου ποντικοῦ nomine non Lucanum, ut volebat Baronius ad A. C. 146., sed Lucani magistrum Marcionem intelligi, bene notavit B. Ittigius pag. 136. diss. de Haeresiarchis. Meminit Lucani praeter Tertull. c. 2. de Resurrect. et c. 51. de Praescript. Origenes lib. 2. contra Celsum p. 77. „μεταχαράξαντας δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἄλλους οὐκ οἶδα ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκάνου. *(F.)*

Cap. XLVII. — a. discipulus eius] Non Lucani, sed Marcionis intellige, quem institutorem et praeformatorem Apellis vocat Tertullianus cap. 30. de Praescript. [Origines c. Celsum p. 267: „ὁ Μαρκίωνος γνώριμος Ἀπελλῆς."] Origenes homil. 2. in Genesin: „*Apelles discipulus quidem Marcionis, sed alterius haereseos magis quam eius quam a magistro suscepit, inventor extitit. Is dum assignare cupit scripta Mosis nihil in se divinae sapientiae, nihilque sancti spiritus continere, exaggerat huiusmodi dicta*" etc. Lucani συσχολαστὴν Apellem vocat Epiphanius T. 1. p. 380. *(F.)*

b. Non mihi opus est discere] Ita

principia adseram coaeterna: ego enim unum principium esse praedico, [3]quem deum cognosco, qui deus fecit angelos, fecit etiam alteram virtutem, [4]quem deum scio esse secundum[c], qui et virtus dei est, quae fecit [5]mundum. Hic autem deus, qui fecit mundum, non est, inquit, bonus, ut ille qui fecit illum: subiectus [6]autem est deo illi a quo et factus est iste, qui et nutui et iussioni et praeceptis paret illius in omnibus[d]. Cuius Ariani nunc consortes[e] sunt atque fautores, sic praedicantes atque sentientes. Dicit autem Christum in carne apparuisse[f], non tamen, sicut Valentinus[g], de caelo carnem [7]desumpsisse. Ait etiam post passionem non carnem surrexisse[h], sed de quatuor elementis, [8]id est de sicco *et humido*, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis quae de mundo acceperat, eaque in terram dimisisse, ipsum [9]autem in caelum sine carne ascendisse asserit. Sub apostolis[i] itaque hae fuerunt haereses [10]per ordinem.

3. quod *b*. 4. quam *b*. 5. mundum *A*. illum *reliqui. Ceterum in Ba. distinctum est* scio esse. Secundum *cett.* 6. aut *c*. 7. deposuisse *A*. 8. id est de sicco et humido, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis *ego*. id est de sicco, calido et frigido accepisse Christum et in resurrectione iterum reddidisse elementis *A*. *Reliqui ea verba non habent.* 9. autem *om. Babc.* 10. *Post verba* per ordinem *in (A) Bab. inscriptio nescio an subscriptio potius dicenda legitur haec:* CATALOGVS HAERESEON QVAE SVB APOSTOLIS EXTITERVNT, *quae verba Fabricius expunxit.*

recte pro *dicere*, quod erat in editis, emendavit Cotelerius T. 1. Monument. p. 772. *(F.)*

c. quem deum scio esse secundum] Sic bene iterum Cotelerius pro eo quod habebant editi: „*quem deum scio esse. Secundum qui et virtus dei est quae fecit illum.*" Idem de Apelle tradunt Epiphanius et Damascenus Haeresi 24. Augustinus et Auctor Praedestinati c. 22. Io. Zonaras apud Coteler. T. 3. Monument. pag. 470. „ἕνα τε θεὸν ὁμολογεῖ ἀνώτατον, τὸν ἕνα δὲ ἕτερον πεποιηκέναι αὖθίς φησιν" etc. *(F.)*

d. praeceptis paret illius in omnibus] Hoc contra Apellis mentem additum est a Philastrio. Nam Apellis sententia fuit inferiorem deum, quem summus ille produxerat, ab eiusdem bonitate per malignitatem defecisse. Ita diserte Epiphanius, Augustinus et alii. Auctor Praedestinati c. 22. „*Apelles unum fatetur principium, hoc est bonum, et ab ipso factum alterum, id est ab ipso uno principio alterum factum est. Quod cum malignum esset inventum, a bono abiectum est: abiectum vero a bono principio hoc principium quod malignabatur contra boni principii voluntatem, in sua malignitate mundum fecit.*" *(F.)*

e. Ariani nunc consortes] Tantum in eo cum Apelle sentiebant Ariani, quod secundum deum priore inferiorem introducerent, in caeteris omnibus longe ab illius haeresi alieni. *(F.)*

f. in carne apparuisse] Quam non per nativitatem ex matre, verum ex quatuor elementis mutuatus sibi aptasset. Vide Tertullianum de Carne Christi c. 6. et contra Marcionem III. c. 11. Idem Tertullianus haec Apellis commenta pluribus oppugnaverat in libro contra Apelleianos, quem desideramus. *(Fabr.)*

g. sicut Valentinus] Supra c. 38. *(F.)*

h. post passionem non carnem surrexisse] Statuit Apelles carnem a Christo in sepultura relictam ut in elementa a quibus petita erat iterum dissiparetur. Tangit hanc Apellis opinionem etiam Greg. Nazianzenus Epistola 1. ad Cledonium. Vide Io. Pearsonium ad Symbolum Apostol. pag. 480. edit. Latinae. *(Fabr.)*

i. Sub apostolis] Latius hoc accipiendum etiam post apostolorum tem-

Post Decii[a] autem persecutionem fuit [1]Tatianus[b] quidam, discipulus sancti [2]Iustini martyris, qui recessit a veritate post passionem ipsius[c], doctrinamque [3]tanti ac tam beati martyris et magistri contempsit in omnibus, dicens Aeonas quosdam[d] de caelo fuisse prolatos, addens etiam hoc, Adam patrem nostrum protoplastum non salvari[e]. [4]Abstinentiam autem nuntians sicut Marcion[f] deliravit, qui etiam generationem hominum[g] execratur, et ius nuptiarum legitimum abiicit, idque iuris a deo statutum non confitetur. Cap. XLVIII.

Alii autem post istos surrexerunt, Cataphryges[a], in Phrygia provincia habitantes. Isti prophetas et legem accipiunt[b], patrem et filium et spiritum confitentur[c], carnis resurrectionem expectant[d], Cap. XLIX.

Cap. XLVIII. *in Babc. inscriptum est* TATIANVS (TACIANVS *Ba.* TARCIANVS *b.*) — 1. Tacianus quidam *Ba.* Tarcianus quidam *b.* Tacianus autem *A.* 2. Juliani *b.* 3. tanti sancti ac beati *A.* 4. *Ita emendavi ex Irenaeo I. 28. Vulgo enim extat* prolatos. Addens - - salvari. Aeonas autem - - deliravit. Qui *cett.*

Cap. XLIX. *in Babc. inscriptum est* CATAPHRYGES. —

pora. Verba autem quae hinc in editis tanquam novus titulus praemittebantur proximis capitibus: *Catalogus haereseon quae sub apostolis extiterunt,* merito utpote aliena atque hoc loco penitus inepta expunxi. *(F.)*

Cap. XLVIII. — a. Post Decii] Sive Philastrii, sive (quod libenter credo) librarii haec est hallucinatio; centum fere annis Decii persecutionem, quae A. C. 250. Christianos affligebat, Tatiani haeresis antecessit. Igitur pro *Decii* Allatius ad Eustathium Antiochenum pag. 7. legit *Adriani.* Propius fuerit *Aelii.* *(F.)*

b. Tatianus] Tatianos ab Encratitis minime discernit Isidorus Origg. VIII., 5. dum ait: „Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitae dicti sunt quia abominantur carnes." Epiphanius autem Tatianos et Encratitas ita distinguit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicat, narrante Augustino de Haeres. cap. 25. De Encratitis Philastrius c. 72. (Galeard.)

c. post passionem ipsius] „Μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου τελείωσιν." Theodoret. lib. 1. c. 20. de Haereticis Fabulis: „ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος" etc. Epiphan. XLVI. 1. „μετὰ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν." Irenaeus lib. 1. c. 31. Martyrium obiit S. Iustinus A. C. 150. Antonini Pii duodecimo. *(F.)*

d. Aeonas quosdam] „*Prolationes fabulosas seculorum*" vocat Augustinus Haeresi 25. In hac parte cum Valentino sensisse Tatianum, notatum Irenaeo lib. 1. c. 31., unde ab auctore appendicis ad Tertull. de Praescript. c. 51. „*totus secundum Valentinum sapere*" traditur. *(F.)*

e. Adam non salvari] De hac Tatiani opinione vide B. Ittigium de Haeresiarchis p. 206. seq. Samuelis Andreae diss. de Salute Adami: et Vossii Theses Theologicas diss. 2. thes. 2. p. 50. Tatianum egregie confutavit S. Irenaeus lib. III. c. 34. 35. 39. *(F.)*

f. sicut Marcion] Imo sicut Valentinus. Nihil de Aeonibus supra c. 45. in Marcione Philastrius. *(F.)*

g. generationem hominum] Παιδοποιΐαν cum nuptiis detestatus Encratitas testis Clemens Alex. 1. Strom. p. 223. Confer quae ex Irenaeo Eusebius IV. 29. Hist. *(F.)*

Cap. XLIX. — a. Cataphryges] Montanistae a Phrygia velut patria origine οἱ κατὰ Φρύγας dicti, etiam Φρύγες, et Epiphanio Φρυγασταί. Nazianzenus Orat. 14. p. 221. „ἡ Φρυγῶν εἰς ἔτι καὶ νῦν μανία." *(F.)*

b. prophetas et legem accipiunt] Epiphan. XLVIII. 1. „πᾶσαν γραφὴν δέχονται, παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην." *(F.)*

c. patrem, filium et spiritum s. confitentur] Idem Epiphan. „περὶ δὲ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοίως φρονοῦσι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ." Satis hoc patet etiam ex Tertulliani, iam Montanistae, scriptis. Igitur quod Sabellii errorem Montanistis veteres quidam impingunt, nec Montano ipsi nec universae sectae tribuendum, sed paucis quibusdam ex Montani schola, a magistro ipso hac in parte dissidentibus. *(F.)*

d. resurrectionem expectant] Epiph.

quae et catholica ecclesia praedicat: quosdam autem suos prophetas, id est Montanum nomine, et Priscillam et Maximillam[e] annuntiant, quos neque prophetae neque Christus nuntiavit. Addunt etiam plenitudinem sancti spiritus[f] non per [1]apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos pseudoprophetas aestimant [2]impertitam, et separant se a catholica ecclesia [3]per illos suos [4]pseudoprophetas et falsos doctores. [5]Hi mortuos baptizant[g], publice mysteria celebrant[h], [6]Pepuzam[i] villam suam, quae sic dicitur in Phrygia, Hierusalem appellant, ubi Maximilla et [7]Priscilla et ipse Montanus vitae tempus vanum et infructuosum habuisse dinoscuntur. Ubi et mysterium [8]Cynicorum[k l] et infantis execranda

1. apostolos beatos Christo *A.* 2. impartitam *c.* 3. propter *A.* 4. prophetas *A.* 5. Hii *B.* 6. Pepugam *A.* Pepuram *Bab.* 7. Prisca *habent Bab. in margg.* 8. scenicorum *habent Bab. in margg.*

„καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμοίως λέγουσι." Egregie hoc etiam dogma singulari de Resurrectione Carnis libro propugnavit Tertullianus, iam Montani discipulus, cuius *„prophetiam novam de paracleto inundantem"* laudat capite ult. et c. 11. *„de quibus luculenter per prophetidem Priscam: Carnes sunt, et carnem oderunt."* *(F.)*

e. Montanum, Priscillam et Maximillam] Tertullianus contra Praxeam c. 1. *„Nam idem tunc* (Praxeas) *episcopum Romanum* (Victorem circa A. C. 198.) *agnoscentem iam prophetias Montani, Priscae, Maximillae, et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis et ecclesiis eorum adseverando, et praedecessorum eius auctoritates defendendo, coëgit et literas pacis revocare iam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum cessare."* Idem c. 9. libri de Anima: *„Est hodie soror apud nos revelationum charismata sortita"* etc. Diligenter, ut solet, et erudite de iactatis hisce prophetiis Tillemontius T. 2. Memor. Eccles. p. 419. seq. [V. Didymum in Catena ad Actor X, 10. tom. IV. Anecdd. Wolfii p. 49. seq.] *(F.)*

f. plenitudinem sancti spiritus] Promissionem de spiritu s. impertiendo a Christo datam Montanistae negabant repraesentatam ad plenum in effusione facta super apostolos Actor. 2., sed perfectiorem eius exhibitionem impletam in Montano, Priscaque et Maxillima, at deinceps nullos amplius sperandos prophetas. Maximilla apud Epiphanium XLVIII. 2. „ὅτι μετ' ἐμὲ προφῆτις οὐκέτι ἔσται, ἀλλὰ συντέλεια": *„Post me nulla amplius erit prophetis, sed iam finis ac perfectio."* *(F.)*

g. mortuos baptizant] Vide Vossium de Baptismo disp. XII. thes. 2. p. 159. seq., qui ab hoc Montanistarum abusu recte distinguit alterum Cerinthianorum et Marcionitarum vivos pro mortuis baptizantium, de quo Grotius ad 1. Cor. XV. 29. et Wilhelmus Wall in Historia Paedobaptismi, anglice edita p. 239 seq. *(F.)*

h. publice mysteria celebrant] Epiphan. XLVIII. 14. de Pepuza Cataphrygum sermonem faciens: „ὅθεν ἀπερχόμενοι μυστήριά τινα ἐπιτελοῦσιν ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἁγιάζουσιν, ὡς ὑπολαμβάνουσιν." *(F.)*

i. Pepuzam] Male in superioribus editionibus *Pepuram.* Epiphan. XLVIII. 14. „τιμῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ τόπον τινὰ ἔρημον ἐν τῇ Φρυγίᾳ, Πέπουζάν ποτε καλουμένην πόλιν, νῦν δὲ ἠδαφιασμένην. Καί φασιν ἐκεῖσε κατιέναι τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ." *Pepuziani,* de quibus XLIX. 1. *(F.)*

k. Cynicorum] Cynicorum mysterium illustrat decantatissima illa fabula de cane tenebrarum lenone in coetibus veterum Christianorum. V. quae adnotarunt ad Tertull. Apolog. 2. 7. Ad Natt. I., 16.

l. mysterium Cynicorum] Al. *scenicorum:* sed putem legendum *Cyntillianorum,* idque scriptum pro *Quintillianorum.* Epiphanius XLVIII. 14. „ἐν τῇ συζύγῳ ταύτης αἱρέσεως τῆς τῶν Κυϊντιλλιανῶν εἴτουν Πρισκιλλιανῶν καὶ Πεπουζιανῶν καλουμένῃ δεινόν τι καὶ ἀθέμιτον

celebratur impietas. Dicunt enim eos de infantis sanguine in pascha miscere in suum sacrificium, [9]suisque [10]ita ubique emittere perniciosis et falsis satellitibus.

Post istos Theodotus quidam, Byzantinus[a] genere, denegator Christi dei [1]nostri in persecutione[b] extitit salvatoris, qui coepit dicere, docens ita: Communis [2]homo erat ut omnes homines Christus. Hoc autem dicebat, ut denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur, cogitans quod si qui ei diceret, Quare negasti Christum deum ac dominum? diceret quod hominem [3]negavit, non deum. Isti utuntur capitulis scripturarum[c] quae de Christo veluti de homine edocent, quae autem [4]ut de deo dicunt, ea [5]vero non accipiunt, legentes et nullo modo intelligentes, impietatisque paganae et caecitatis Iudaicae consortes se potius quam Christianae salutis participes demonstrantes. Cap. L.

Sunt alii [1]docentes [2]μεταγγισμόν[a], id est filium intrare in patrem et ut vas in vase inesse, ignorantes quod asserant, cum salvator non dixerit filium in patrem intrare, sed aequalitatis causam in divinitate et potentia docuerit, non introitum aut continentiam[b], ut illi [3]aestimant, [4]impertitam. Et separant se a catholica ecclesia, Cap. LI.

9. suique *b.* 10. ita emittere perniciosis satellitibus *A.* ita ubique emittere et perniciosis et satellibus *b.*

Cap. L. *in Babc. inscriptum habet* THEODOTVS. — 1. nostri *om. A.* 2. inquit homo *A.* 3. negavit *A.* negavi *reliqui.* 4. ut de deo *A.* de deo *reliqui.* 5. isti *b.* *Reposuerim* vera.

Cap. LI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE PATRIS ET FILII SVBSTANTIA. — 1. docentes *ego,* dicentes *libri omnes.* 2. μεταγγισμόν *c.* metangesmon *A.* μετάννισμον *Ba.* μεταννικάν *b.* 3. *Verba* aestimant — — illos suos pseudoprophetas *desiderantur in A.* 4. impartitam *c.*

ἔργον φασὶ γίνεσθαι. Παῖδα γὰρ κομιδῇ νήπιον κατὰ ἑορτήν τινα δι' ὅλου τοῦ σώματος καταкεντῶντες ῥαφίσι χαλκαῖς, τὸ αἷμα αὐτοῦ προσπορίζονται ἑαυτοῖς εἰς ἐπιτήδευσιν δῆθεν θυσίας." *(F.)*

Cap. L. — a. Theodotus Byzantinus] Coriarius hic est, diversus a Theodoto Montanista, de quo Asterius Urbanus apud Eusebium V. 16., et a Theodoto trapezita auctore Melchisedecianorum, de quo infra ad c. 52. De Theodoto coriario B. Ittigius de Haeresiarchis p. 259. seq., cui iunges Pearsonium parte 2. Vindic. Ignatii p. 23. et in operibus postumis p. 147. seq. et quae notavi ad S. Hippolytum contra Noëtum T. 2. p. 7. *(F.)*

b. in persecutione] En erubescendam causam ereptae Christo divinitatis, quo magis videlicet excusabilis videretur facta in persecutione ab ipso hominis nudi abnegatio. Synodicum Pappi c. 3. de Theodoto Byzantio: „καὶ ἐξαρνησάμενος τὸν Χριστὸν, ἐσχάτως ὑπὸ τῶν πιστῶν ὀνειδιζόμενος. Καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος, Ἐγὼ θεὸν οὐκ ἀρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν." *(F.)*

c. capitulis scripturarum] Specimen habes in Theodoti huius eclogis ad calcem Clementis Alex. *(F.)*

Cap. LI. — a. μεταγγισμόν] Ita scripsi pro vocabulo nihili μετάνισμον. Apud Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 58. memorantur haeretici Metangismonitae dicti a vocabulo ἀγγεῖον, quo vas denotatur, quod ita docerent filium esse in patre *ut vas minus intra vas maius.* Confer Nicetam lib. I. Thesauri c. 3. et 4. et lib. 2. c. 59. et lib. 2. c. 82. *(F.)*

b. introitum aut continentiam] Qua intra patrem tanquam maiorem contineatur. *(F.)*

propter illos suos pseudoprophetas[c]: insaniunt [5]adsentientes, et non intelligentes, quod qualis immensus est pater, talis est et filius, talis est et spiritus sanctus[d], aequalis in omnibus, ita ut sit [6]immobilis trinitas, immensa et omnipotens atque sempiterna ubique, [7]quae nobis nuntiatur ex sanctis scripturis apertissime, ut et sint tres personae viventes in perpetuum, et aequales in omni maiestate et potentia, filius tamen et spiritus sanctus de patre sint proprie.

Cap. LII. Post [1]istos alii[a] recedentes ab [2]his dixerunt similia, addunt etiam Melchisedech sacerdotem [3]virtutem dei magnam esse, et nomina quaedam diversa hominum[b] adserunt a fide catholica [4]dissonantes.

Cap. LIII. Alii autem Noëtiani, insensati cuiusdam nomine [1]Noëti[a], qui dicebat patrem omnipotentem ipsum esse Christum, et ipsum natum et ipsum passum et ipsum mortuum fuisse in corpore. Hic etiam dicebat se [2]Moysen esse, [3]et fratrem suum Heliam[b] prophetam.

5. adsentientes *A*. id sentientes *reliqui, in quibus fere distinctio est* pseudoprophetas insaniunt, id sentientes *cett.* 6. immutabilis *b. in marg.* 7. quae *om. A*.

Cap. LII. *in Babc. inscriptum habet* De melchisedech. — 1. illos *A*. 2. hiis *B*. 3. dicentes virtutem *A*. 4. dissonantia *b*.

Cap. LIII. *in Babc. inscriptum habet* Noetiani. — 1. Noeti *c*. Noetiani *reliqui*. 2. Moysen *Ba*. Mosen *c*. Mosem (*A*)b. 3. et *om. b*.

c. pseudoprophetas] Haec nescio quomodo huc irrepserint ex haeresi Cataphrygum, ubi totidem verbis omnino leguntur. Certe nullus hic locus pseudoprophetis ibi recte memoratis propter Montanum et Priscillam, reliqua autem superflua et ἄτοπα, quod minime Fabricio observatum. (Galeard.) Pro *id sentientes* ex veteri libro reposui *adsentientes*, intell. pseudoprophetis suis.

d. immensus pater, talis est et filius, talis est et spiritus s.] Iisdem fere verbis in Symbolo quod vocamus Athanasianum: „*Immensus pater, immensus filius, immensus spiritus s.*" *(F.)*

Cap. LII. — a. alii] Praesenti capite Theodotum trapezitam videtur tangere Philaster, auctorem Melchisedecianorum, ut recte Latinius annotavit. Hic Melchisedechum virtutem dei Christo superiorem esse docuit, quod de Christo sit dictum eum esse sacerdotem in aeternum secundum ordinem Melchisedech, et Christus agat pro hominibus, deprecator et advocatus ipsorum factus, Melchisedech faciat pro caelestibus angelis atque virtutibus. Vide appendicem ad Tertullianum de Praescript. capite ult. Epiphanium et Damascenum haeresi 55. Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 34. Theodoretum lib. 2. de Haereticis Fab. c. 6. Etiam nostrum infra c. 143. *(F.)*

b. nomina quaedam diversa hominum] Ex Epiphanio LV. 2., ubi traditur Melchisedecianos nomina parentum Melchisedeci iactasse, patris Heraclae, matris Astaroth vel Asteriae. *(F.)*

Cap. LIII. — a. insensati cuiusdam nomine Noëti] Ita legendus et interpungendus iste locus, nam in editis male erat: „*Alii autem Noëtiani insensati, cuiusdam nomine Noëtiani.*" Manifestum porro est alludi ad Νοητοῦ nomen, nam *insensatus* est ἀνόητος. Sic pro Cerdone dictus ἀκέρδων, pro Eunomio Anomius, pro Sibylla ἄβυλλα, pro Macario ἀμακάριος, pro Eudoxio Adoxius, pro Eusebio Asebius, pro Eutyche Atyches, pro Eutacto Atactus et similia. Noëti haeresin quae circa A. C. 245. prodi ab eo coepit, bene confutavit S. Hippolytus, cuius scriptum Graece et Latine habes tomo posteriore operum sancti martyris, nuper a me vulgatorum. *(F.)*

b. Heliam prophetam] Imo Aaronem. S. Hippolytus p. 6. de Noëto: „οὗτος ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀαρών." Eadem ex Hippo-

Sabellius post [1]istum, de Libya[a], discipulus eius, similitudinem sui doctoris itidem secutus est et errorem, unde et Sabelliani postea sunt appellati, qui et Patripassiani[b], et [2]Praxeani a Praxea[c], [3]et Hermogeniani ab Hermogene[d], qui fuerunt in Africa, [4]qui et ita sentientes abiecti sunt ab ecclesia catholica. Cap. LIV.

Quae est haec vanitas Galatarum[a], Seleuci et [1]Hermiae[b] haereticorum? Qui cum volunt deum esse [2]incorporeum, hylen etiam, id est materiam mundi coaeternam esse cum deo asserunt, et materiam quidem elementorum, quae est sine anima, irrationabilis scilicet, quae facta est a deo patre per filium ex nihilo, ut possit esse quae ante non erat, non ita accipiunt[c d]; spiritum autem hominis, id est animam non [3]factam a deo per filium, sed de terra Cap. LV.

Cap. LIV. *in Babc. inscriptum habet* SABELLIVS. — 1. illum *b.* 2. Praxiani *libri omnes.* 3. et Hermogeniani ab Hermogene *Bab* (*in margg.*)*c.* et Hermogene (*A*)*Bab.* 4. qui *om. A.*

Cap. LV. *in abc. inscriptum est* SELEVCI ET HERMIAE (HERMINAE *b.*) HAERESIS DE DEO CORPOREO. — 1. Herminae *b.* 2. incorporeum *A.* corporeum *reliqui.* 3. factum *b.*

lyto Epiphanius et Damascenus haeresi 57. *(F.)*

Cap. LIV. — a. de Libya] Libycum haereticum vocat Basilius Epist. 63. et apud Nicephorum VI. 25., tum Nicetas Byz. pro Concilio Chalcedonensi p. 675. Haeresis Sabellii erupit circa A. C. 257. de qua desideramus D. Ittigii τοῦ μακαρίτου diatribam quam promisit in Heptade diss. p. 432. Interim evolvere licebit Rev. Christiani Wormii Historiam Sabellianismi editam a. 1696. S. Vide sis etiam Epiphanium et Damascenum haeresi 62. Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 41. [Victorem Vitensem lib. III, cap. 6. Augustini tempore Marcionistarum et Sabellianorum haereses silebantur, ut testatur Epistola 56. (118. ed. novae) ad Dioscorum.] Euthymii Panopliam titulo X. T. 19. Bibl. Patrum ed. Lugd. p. 61. et notas Benedictinorum ad S. Ambrosium T. 2. p. 445. Petavii Dogmata Theol. de S. S. Trinitate p. 33. seq. *(F.)*

b. Patripassiani] Quod patrem sub σχήματι Filii passum esse docerent. Confer Petavium lib. 1. de Incarnat. c. 5. Pearsonium ad Symbolum Apostol. p. 281. 566. Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmatibus Eccles. p. 103. Beveregium ad Synodicum p. 92. etc. *(F.)*

c. Praxea] Contra hunc exstat praeclarus Tertulliani liber. *(F.)*

d. Hermogene] Ex Philastrio Hermogenem in Sabellii contubernio referunt Augustinus et Auctor Praedestinati c. 41. Sed Tertullianus, qui singulari opere errorem Hermogenis de materiae aeternitate confutavit, de Hermogenis patripassianismo ne γρῦ. *(F.)*

Cap. LV. — a. Galatarum] Infra c. 56. in locis Galatiae commorari affirmat Hermioritas et Proclianitas. Apud Nazianzenum Orat. 14. p. 221. ἡ Γαλατῶν ἄνοια ad similes haereticos respicit, verbis simul repetitis ex epistola Pauli ad Galatas III. 1., ubi eos ab apostolo regionis suae proprietate pulsari observat Hieronymus, nam et Callimachus poëta Galatis stultitiam exprobrat hymno in Delum v. 184. atque ἄφρονα φῦλον appellat. *(F.)*

b. Seleuci et Hermiae] Confer quae de Seleucianis et Hermianis Augustinus et Praedestinati Auctor c. 59. Qui autem Hermias Philastrio et Augustino, idem Tertulliano, qui singularem illi librum opposuit, Hermogenes. *(F.)*

c. non ita accipiunt] Animam videlicet ei tribuentes, et rationabilem habentes, et negantes a deo patre per filium factam.

d. non ita accipiunt] Non ita accipiunt ut ecclesia accipit catholica, quod a deo patre per filium condita sit materia ex nihilo, atque ἐξ οὐκ ὄντων iussa esse, quae ante non erat, et animae ab eodem deo factae sint per filium: sed illam quidem materiam, animae ratio-

esse aiunt[e]; malum autem [4]aliquando a deo[f], [5]aliquando esse a materia asserunt. Salvatorem autem in carne negant sedere ad dexteram patris, sed exspoliasse carnem[g], et posuisse in solem aestimant; quia dixit propheta[h], cum nesciant quid dixerit: *In sole posuit tabernaculum suum.* Paradisum visibilem [6]negant[i] a Platone[k], et [7]isti vanitatibus servientes, et animas hominum de igne et spiritu[l] esse aestimantes [8]isto baptismo[m] non utuntur, propter ver-

4. quondam *A.* 5. quondam esse materiam *A.* 6. negant a Platone *A.* affirmant ex Platone *reliqui.* 7. istis *b.* 8. illo *b.*

nabilis expertem matrem elementorum, deam faciunt deo coaeternam. Animas vero rationabiles non a deo condi, sed de materia per angelos creatores prodire. Haec Philaster suo more paullo obscurius. *(F.)*

e. de terra esse aiunt] Hoc est, ut iam demonstravi, de materia prodire. Ideoque Hermogenes apud Theodoretum lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 19. docuit etiam diabolum et daemonas refundendos iterum in materiam: „τὸν δὲ διάβολον καὶ τοὺς δαίμονας εἰς τὴν ὕλην ἀναχεθήσεσθαι." *(F.)*

f. malum aliquando a deo] Mirus hic illorum haereticorum stupor, et alienus ab aliis plerisque omnibus, qui duo coaeterna principia statuerunt, ut mali causam in deo bono etiam quaererent, non in solo materia. *(F.)*

g. exspoliasse carnem] Id est exuisse se carne, atque illam in sole tanquam futuro tabernaculo suo deposuisse. Seleuciani atque Hermiani docebant Christi corpus non ascendisse ultra solem, sed ibi exutum a Christo, in eoque ab ipso depositum fuisse, ut recte e Philastrio Augustinus et Praedestinati Auctor c. 59. „*Negant salvatorem in carne sedere ad dextram patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse.*" Probe notavit Pearsonius p. 482. ad Symbolum, geminum commentum arrisisse Manichaeis, de quibus Nazianzenus epist. 1. ad Cledonium: „ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προςλαβόντος; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς τῶν Μανιχαίων λήρους τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθηται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας." Augustinus XX. 2. contra Faustum docet, ex Manichaeorum sententia, patrem in luce inaccessa, filium in luce solis et lunae et spiritum s. in omni aëris ambitu sedem suam fixisse. Et Christum ipsum esse solem tract. 34. in Iohannem: „*Manichaei solem istum carneis oculis visibilem, expositum et publicum non tantum hominibus sed etiam pecoribus ad videndum, Christum dominum esse putarunt.*" Catena patrum in Psalm. XVIII. „οὐ γὰρ προςεκτέον τοῖς τῶν αἱρετικῶν φληνάφοις, οἵ φασιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ σωτὴρ ἐν τῇ ἡλιακῇ σφαίρᾳ ἀπέθετο ὃ ἐφόρησε σῶμα, φυλάττεσθαι μέχρι τῆς δευτέρας παρουσίας." Theodoretus lib. 1. Haeret. Fab. c. 19. de Hermogene: „οὗτος τὸ κυρίου σῶμα ἐν τῷ ἡλίῳ εἶπεν ἀποτεθῆναι." In excerptis Theodoti pag. 808. „ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. Ἔνιοι μὲν οὖν φασι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐν τῷ ἡλίῳ αὐτὸν ἀποτίθεσθαι, ὡς Ἑρμογένης." Huc quoque Is. Vossius c. 5. de Sibyllinis Oraculis putat pertinere illud Sibyllinum:

„Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο." *(F.)*

h. dixit propheta] Psal. XVIII. (XIX.) 6. (4.), cuius loci hunc sensum esse putat Iustinus quaest. 63. ad Orthodox. „τοὺς οὐρανοὺς ἔθετο σκήνωμα ἡλίου." *(Fabr.)*

i. Paradisum visibilem negant] Quemadmodum initio capitis liber Sangermanensis suppeditabat verissimam scripturam „cum volunt deum esse incorporeum" pro eo quod vulgo, sed mendose, scriptum habetur „cum deum volunt esse corporeum," ita h. l. eiusdem libri ope rescribendum erat „negant" pro „affirmant." August. Haeres. cap. 59. „Negant etiam visibilem paradisum." Cf. Praedestin. cap. 59. Platonis loco pro testimonio videtur uti Phaed. pag. 114. C. „καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥάδιον δηλῶσαι" cett.

k. ex Platone] In Phaedone p. 401. *(Fabr.)*

l. de igne et spiritu] Auctor Praedestinati c. 59. „*nec animam deo tri-*

bum hoc quod dixit Ioannes baptista[n]: *Ipse vos baptizabit in spiritu et igne.* Isti angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum[o], non Christum salvatorem; mundum autem istum infernum esse adserunt, et resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse praedicant quae fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque gloriosam annuntiant expectantes.

Alii sunt discipuli horum, qui [1]Proclianitae[a] [2]appellantur et [3]Hermeonitae[b]. Addunt etiam diversos errores, docentes quod in Ezechiele[c] scriptum est de quatuor animalibus, [4]quod leonem regem esse [5]Parthorum[d], vitulum Aegyptiorum[e], aquilam Romanorum[f], hominem vero piissimorum[g] tenere similitudinem arbitran- Cap. LVI.

Cap. LVI. *in c.* PROCLIANITAE, *in Bab.* PRODIANITAE *inscriptum est.* — 1. Proclianitae *c.* Prodianitae *ABab.* 2. vocantur *A.* 3. Hermeonitae *A.* Hermioritae *c.* Hermiotitae *reliqui.* 4. quod *om. A.* 5. Parthorum *c.* pastorum *reliqui.*

*bunt creatori, sed creatores esse animorum angelos volunt de igni et de spiritu." (F.)*

m. isto baptismo] Aquae baptismo.

n. Iohannes baptista] Marc. I. 8. Ex hoc loco autem Philastri non posse probari quod ignis etiam baptismo usi Seleuciani atque Hermiani fuerint, recte mihi videtur annotasse Io. Gotfridus Olearius in diss. de Baptismo Spiritus S. et ignis quam praeside rev. D. Io. Schmidio habuit Lipsiae 1706. §. 14. *(F.)*

o. angelos dicunt creatores animarum nostrarum] Galeardus adire iubet Desid. Heraldum Animadv. ad Arnob. lib. II. pag. 89. Feuardent. ad Irenaeum lib. II. cap. 2.

Cap. LVI. — a. Proclianitae] Male in superioribus editt. *Prodianitae.* Vide Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 60. qui a *Proclino* quodam dictos affirmat. Adeoque diversi hi a Montanistis κατὰ Proclum, de quibus Appendix Tertulliani de Praescript. c. 52. Cuius mentio Procli etiam apud Eusebium VI. 20. Hist. *(F.)*

b. Hermioritae] Hermiae videlicet, de quo capite superiore, discipuli, aliis dicti Hermiani vel Hermogeniani. Porro Hermioritas scripsi pro Hermiotitis, quia observaveram Philastrium hac terminatione delectari, ut supra in Musoritis, Puteoritis etc. *(F.)*

c. in Ezechiele] Cap. I. v. 5. seq. Philastrii sententiam de hisce quatuor animalibus cognosces infra haeresi 135. 148. 149. *(F.)*

d. regem Parthorum] Ita scribendum esse existimo pro *pastorum,* quod prae se ferebant superiores editiones, et merito obscurum visum est doctissimo viro Iacobo Thomasio, qui in Praefationibus suis p. 385. seqq. copiose super hoc Philastrii loco disseruit. Nomen vero Parthorum positum hoc loco vel pro Persis, ut a Tertulliano et aliis factum notavit Salmasius ad librum de Pallio p. 119. [Et Persarum pro Parthis. Vales. ad Ammian: XXXI, 2. p. 620. Ezech. Spanhem. p. 149. b. ad Orat. I. Iuliani], vel quod malim (quia Aegyptiis praemittuntur) pro Assyriis, nam ita et Ammianus Marcellinus Parthos pro Assyriis posuit XXVIII. 4. *„palpantesque advenam deformitate magna blanditiarum ita extollunt, ut Semiramin Parthi, vel Cleopatras Aegyptus, aut Artemisiam Cares vel Zenobiam Palmyreni."* [Sic Assyrios pro Persiis poni, qui debellatis Babyloniis Assyriam sibi subiecere, notavit Herm. Witsius tom. I. Miscell. Sacr. diss. 8.] Fuit etiam regum dynastia in Aegypto, numero decima septima, quae dicta est *Pastorum.* Sed de illa exponi Philastrium quae sequitur distincta Aegyptiorum mentio haud permittit. *(F.)*

e. vitulum Aegyptiorum] Ut Assyriis leonem tribuerunt propter potentiam, ita Aegyptiis vitulum, quod ab iis vituli specie Apis cultus fuit, itemque Mnevis. Vide Herodotum III. 28. Strabonem lib. XVII. pag. 555. Ammianum XXII. 13. et Plinium VIII. 46. Hist. aliosque. *(Fabr.)*

f. aquilam Romanorum] Propter insigne aquilae quo iam pridem Romani (a C. Marii maxime tempore teste Pli-

tur. [6]Hi Sapientiae libro utuntur Sirach illius qui scripsit post [7]Solomonem, id est post multa tempora librum unum Sapientiae[h]. Christum autem in carne venisse negantes[i], resurrectionem et iudicium non sperantes, de virgine natum eum non credentes, qui in locis Galatiae[k] commorantur, et ut vulpes[l] latitantes plurimos depraedantur, sicut [8]Solomon[m] testatus est, dicens: *Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam domini salvatoris.*

Cap. LVII. [1]Floriani[a] etiam sive Carpocratiani[b c] dicuntur, qui et Milites[d]

6. Hii *Ba.* 7. Solomonem *Ba.* Salomonem *reliqui.* 8. Solomon *Ba.* Salomon *reliqui.*

Cap. LVII. *in Babc. inscriptum est* FLORIANI SIVE CARPOCRATIANI. — 1. Alii sunt qui Floriani sive *A.*

nio X. 4. Hist.) usi sunt, aquilam in hoc viso Ezechielis etiam de Romanorum imperio accepit Nicolaus Lyra, et e Iudaeis Rabbi Elieser. Vide laudatas Iac. Thomasii Praefationes pag. 389. 399. *(Fabr.)*

g. piissimorum] I. e. Christianorum. Hanc porro animalium Ezechielis interpretationem quam haeresibus Philastrius praesenti loco adscribit, vix usquam alibi reperias. *(F.)*

h. librum unum Sapientiae] Constat Ecclesiastici volumen a veteribus passim appellari iam Σοφίαν τοῦ Σειρὰχ vel τοῦ Ἰησοῦ, iam Πανάρετον Σοφίαν, iam laudari nomine Salomonis, iam simpliciter, nullo auctoris nomine adscripto, Σοφίαν. Non immerito itaque mireris a Philastrio inter haereses Proclianitarum referri quod Sirachidis sapientia veluti Salomone, usi sunt: quanquam enim verissimum est multo illam tempore post Salomonem scriptam esse, tamen non debebat Philastrium fugere multos hoc fecisse alios itidem bonos et catholicos scriptores, quorum magnum numerum allegant Serarius ad Epistolam 1. S. Bonifacii, et Cotelerius ad Epist. Clementis Romani p. 178. seq. Vide etiam S. Ambrosium in Psalm. 36. T. 1. Benedictinor. p. 807. *(F.)*

i. in carne venisse negantes] Hoc unum iisdem verbis de Proclianitarum erroribus e Philastrio excerpsit Augustinus haeresi 60. At Auctor Praedestinati: „*Dicunt isti, dei filium sic paruisse* (h. e. apparuisse) *in terris, sicut Raphaëlem angelum, aut Gabrielem, non carne adsumta, sed visa,*" i. e. κατὰ δόκησιν duntaxat, non in vero corpore humano. Quoniam vero addit *eos nullum alium errorem pati*, hinc colligo scriptori huic, quod ex aliis etiam argumentis suspicor, Philastrium, qui plures memorat, haud inspectum, sed solum Augustini librum quem κατὰ πόδα perpetuo sequitur, ad manus fuisse. *(Fabr.)*

k. in locis Galatiae] Vide si placet quae dicta sunt capite superiore. *(F.)*

l. ut vulpes latitantes] Auctor Praedestinati: „*Sic se miscent populo dei, ut non intelligantur. Denique quia nullum alium errorem patiuntur, communicant nobiscum, et hoc est quod peius est, quia quoscunque simplices invenerint, ita eos faciunt sentire et credere.*" *(F.)*

m. Salomon] Verus nempe ille, non Proclianitarum, Cantic. II. 15., qui locus frequentissime apud veteres haereticis ecclesiam lacerantibus applicari solet. Caeterum uvis maxime insidiari vulpes, notum ex Nicandro, Theocrito et aliis quorum loca adduxit Bochartus Hierozoici III. 13. *(F.)*

Cap. LVII. — a. Floriani] A Florino dicendi potius Floriniani, tamen Florianos vocat etiam Augustinus et Auctor Praedestinati c. 66. licet hic Florianum appellat, qui aliis est Florinus, presbyter Valentinianus Romae Commodi Imp. temporibus (circa A. C. 182.) cui librum de Ogdoade opposuit S. Irenaeus, et librum de Monarchia, sive deum non esse malorum auctorem. Vide Eusebium V. 20. Hist., Theodoretum lib. 1. de Haeret. Fab. c. 23. Fuit et Flora quaedam ad quam scripsit Ptolemaeus haereticus apud Epiphan. XXXIII. 3. *(Fabr.)*

b. Floriani etiam sive Carpocratiani] Locus hic Philastrii profertur in Collectaneis ad Clem. Alex. III. Strom. pag. 514. Pott. De Florino autem et

vocantur, quia de militaribus fuerunt, negantes iudicium atque resurrectionem[e], Christum natum de virgine[f] non credentes, omnemque resurrectionem in filiorum procreatione nefandi [2]coetus aestimantes consistere, [3]ut in ecclesia sua post [4]occasum [5]solis lucernis extinctis[g] misceri cum mulierculis non dubitaverint, legis praeceptum implere putantes: *Nascimini et multiplicamini*[h]. Iudaismo potius et paganitati parere nefandae quam Christianae veritati acquiescere properantes, pecudumque potius vitam et amentiam detinentes, quos et scriptura vitae pecudum[i] comparavit.

[1]Sunt et qui de die paschae saluberrima ambigunt, asserentes Cap. LVIII.
quartadecima luna[a] celebrandum esse pascha, non sicut ecclesia catholica[b] celebrat, et mense Martio[c] semper celebrandum asserunt; et cum hoc faciunt, diem non dominicam semper custodiunt

2. coitus (*A*)*b*. 3. ut *om. A*. 4. occasionem *b*. 5. solis *om. A*.
Cap. LVIII. *in abc. inscriptum habet* De paschatis festo haeresis. — 1. Alii sunt qui *A*.

Blasto eius socio Euseb. V. 15. Vales., cuius loci versio merito castigatur a Massueto Dissert. II. in S. Iren. art. 3. §. 59. Florinum iterum carpit Philastrius infra cap. 79. (Galeard.)

c. Carpocratiani] Mirum est Carpocrationos hoc loco ingeri a Philastrio, qui de Carpocrate iam dixerat supra c. 35. Neque de Carpocratianismo Florianorum Augustinus vel auctor Praedestinati verbulum addidit, atque num idoneo auctore hoc tradiderit Philastrius, merito dubitat Dodwellus diss. VI. ad Irenaeum pag. 432. *(F.)*

d. Milites] Apud Epiphanium XXVI. 3. atque inde Damascenum haeresi 26. inter Gnosticorum appellationes occurrit nomen στρατιωτικῶν. Certe quae deinceps de haereticis hisce Philastrius et eorum dogmatibus Philastrius refert, Gnosticis illis Epiphanii potius quam Florino conveniunt. *(F.)*

e. resurrectionem] Carnem nostram mali causam docuit Florinus, ut notavit Gennadius c. 126. de Dogmat. Eccles. *(Fabr.)*

f. natum de virgine] Vere natum negarunt qui cum Valentino propriae qualitatis carnem ex caelesti materia Christum habuisse nihilque accepisse de sancta virgine docuerunt; supra c. 38. *(F.)*

g. lucernis extinctis] Ab ista haereticorum quorundam foeditate ansa data calumniae ethnicorum in universos Christianos ac si libidinibus eiusmodi et promiscuo concubitu delectarentur. Vide B. D. Christiani Kortholti Obtrectatorem Paganum p. 99. et p. 546. seq. et Ioannem Bonam lib. 1. Rerum Liturgicarum cap. 4. *(F.)*

h. Nascimini et multiplicamini] „Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε" Genes. I. 28. [Carpocratianorum libidines perstringi a Iuda ad Epistolae v. 7. notavit Grotius.] *(F.)*

i. vitae pecudum] 2. Petr. II. 12. *(Fabr.)*

Cap. LVIII. — a. quartadecima luna] Die mensis decimo quarto, in quamcunque feriam hebdomadae ille incideret. Dicti inde Quartadecimani sive Tessarescaedecatitae, de quibus infra c. 86. De Blasto auctor appendicis ad Tertullianum de Praescript. c. 53. „*latenter Iudaismum vult introducere, pascha enim dicit non aliter custodiendum esse nisi secundum legem Moysi, decima quarta mensis. Quis autem nesciat, quoniam evangelica gratia evacuatur, si ad legem Christum redigit.*" *(F.)*

b. non sicut ecclesia catholica] Quae post plenilunium pascha celebrat die dominico, quod proprium Christianae religionis esse ait Augustinus epist. 119. (55.) cap. 9. *(F.)*

c. mense Martio semper] Qui Hebraeorum Nisan responderet. Conferendus ad hunc Philastri locum Peta-

paschae, non computantes horas et dies[d], sed secunda aut tertia aut quarta aut quinta aut sexta[e] die celebrant, et ex hoc errore non cognoscunt diem paschae domini nostri[f] veram et salubrem unam, orbi terrarum statutam et confirmatam a domino cursu numerali lunae mensibus et embolismis[g], et cum haec non computant, ignorant quid celebrant.

Cap. LIX. Alia est haeresis [1]Chilionetarum[a], id est mille annorum, quae docet ita: Cum venerit Christus [2]de caelo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad vivendum, generandum et manducandum, sicut fit nunc in hoc seculo quotidie; ignorantes escam caelestem[b], id est immortalitatis illud praemium affuturum, non hoc caducum et transiens, [3]cum dominus in evangelio[c] Iudaeis quibusdam hoc suspicantibus, *Nescitis*, inquit, *scripturas et [4]virtutem earum[d] ignoratis: nam in die iudicii non nubent, neque [5]nubentur, [6]sed erunt sicut angeli[e]*. Et iterum apostolus[f] dicit: *Non est regnum dei esca et potus, sed iustitia, pax et gaudium in spiritu domini [7]sempiternum[g]*.

Cap. LIX. *in Babc. inscriptum est* Chilionetitae. — 1. Chilonitarum *A*. Chilionetitarum *Babc*. 2. de caelo inquit mille *A*. 3. cum et dominus *A*. 4. virtutes *A*. 5. nubuntur *Ba*. 6. sed erunt *om. A*. 7. in sempiternum (*A*)*b*.

vius libro secundo de doctrina temporum cap. 58. *(F.)*

d. horas et dies] A Christi sepultura ad eius resurrectionem. *(F.)*

e. secunda, tertia, quarta, quinta, aut sexta die] Prout nempe dies decimus quartus lunae in feriam secundam, tertiam, quartam, quintam vel sextam hebdomadis inciderit. Consule Bochartum libro 2. Hierozoici c. 10. T. 1. pag. 562. *(F.)*

f. diem pascha, domini nostri] Dies solis, κυριακὴ ἡμέρα Apocal. I. 10. μία σαββάτων Actor. XX. 7. et 1. Cor. XVI. 2. Igitur et dominicus dies in sabbati locum quot hebdomadis in ecclesia feriatus, de quo viri docti ad epistolam Barnabae cap. 15. *(F.)*

g. cursu numerali lunae mensibus et embolismis] Cursu numerali lunae, ita ut post plenilunium celebretur; mensibus iam Martio, iam Aprili; embolismis sive interiectione dierum et speciatim sabbati, donec dies solis celebrationi paschae destinata advenerit. *(F.)*

Cap. LIX. — a. Chilionetarum] De Cerinthianis S. Augustinus cap. 8. de Haeres. „*Mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi secundum carnales ventris et libidinis voluptates futuros fabulantur, unde etiam Chiliastae sunt appellati.*" Expressior est appellatio *Chilionetarum* quam illa *Chiliastarum*, vel *Milliastarum*, aut *Millenariorum*, nam in his tantum numeri vestigium apparet, Chilionetae vero dicuntur a chiliade ἐτῶν sive annorum. Sic χιλιονταετηρίδα dixit Epiphanius LXXVII. 26. p. 1031. [Apud Victorem Vitensem lib. I, cap. 10. *millenarii* praefecti dicuntur militibus mille a Genserico apud Vandalos.] *(F.)*

b. escam caelestem] Accumbentium cum Abrahamo, Isaaco et Iacobo in regno dei, Matth. VIII. 11. *(F.)*

c. dominus in evangelio] Matth. XXII. 29. *(F.)*

d. et virtutem earum] Apud Matthaeum et Marcum quoque XII. 24. est: „μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ." In Clementinis homilia 2. c. 51. hom. 3. c. 50. et hom. 18. c. 20. „διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν, οὗ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ." *(F.)*

e. sicut angeli] Apud Matthaeum „ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι." Ita et Marcus „ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(F.)*

f. apostolus] Rom. XIV. 17. *(F.)*

Post hos sunt haeretici qui evangelium [1] κατὰ Ἰωάννην[a] et [2] Apocalypsim ipsius non accipiunt, et [3] cum non intelligunt virtutem scripturae, [4] nec desiderant discere, in haeresi permanent pereuntes, ut etiam Cerinthi illius haeretici[b] esse audeant dicere [5] Apocalypsim [6] ipsius itidem[c], non beati Ioannis evangelistae et apostoli, sed Cerinthi haeretici, [7] qui tunc ab apostolis beatis[d] haereticus manifestatus abiectus est ab ecclesia. Cap. LX.

Manichaei post hos de [1] Persida a Mane homine, sive Turbone[a] ita dicto, surrexerunt, fomenta de illis [2] perniciosis sumentes prioribus[b], qui duos deos, unum bonum et unum malum esse adserentes, et pugnam inter deum et dominum[c] esse praedicantes, et hominis quidem animam de deo esse proprie putantes, corpus autem a diabolo factum arbitrantur; resurrectionem negantes[d], iudi- Cap. LXI.

Cap. LX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS EVANGELIVM IOANNIS ET APOCALYPSIN IPSIVS REIICIENS. — 1. κατὰ Ἰωάννην *B.* secundum Ioannem *reliqui.* 2. Apocalypsin (*A*)*b.* 3. cum *om.* (*A*)*b.* 4. non (*A*)*b.* 5. et Apocalypsim *Babc.* 6. ipsius itidem *A.* itidem *reliqui.* ibidem *Cotelerius Monum. Eccl. Gr. tom. I. p. 775.* 7. qui tunc (*A*)*bc.* tunc *Ba.*

Cap. LXI. *in Babc. inscriptum habet* MANICHAEI. — 1. Persida *B.* Perside *reliqui.* 2. pernitiosis *A.* pernitiosa *reliqui.*

g. in spiritu domini sempiternum] Sic ex memoria, ut solet, verba scripturae allegat Philastrius. Nam apud Paulum est χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. *(F.)*

Cap. LX. — a. evangelium κατὰ Ἰωάννην] Alogos hoc nomine arguit Epiphanius et Damascenus, quos vide haeresi 51. Evangelium Iohannis reiecerunt Ebionei, Cerinthiani, Cerdoniani et Theodotus Byzantinus atque Marcion. Quartadecimanis etiam hoc tribuere videtur Theodorus Scutariota in scholio ad Nicetam IV. 22. Thesauri Orthodoxae Fidei, quod de omnibus certe verum non est. *(F.)*

b. Cerinthi illius haeretici] Evangelium Iohannis qui ad Cerinthum auctorem retulerit, nullus omnino fuit, itaque ad solam Apocalypsin haec restringenda Philastrii verba, quam Cerintho tribuerunt Alogi teste Epiphanio LI. 3. et alii nonnulli de quibus Dionysius Alex. apud Eusebium VII. 25. Histor. Quam vero procul a verisimilitudine remota sit haec sententia, idem Dionysius atque Epiphanius docent. *(F.)*

c. itidem] Cotelerius 1. Monument. p. 775. *ibidem.* *(F.)*

d. ab apostolis beatis] Supra c. 36. *(Fabr.)*

Cap. LXI. — a. Turbone] Vocabulum *Manis* Persica lingua notare hominem lingua contentiosum ὁμιλητὴν et πρὸς διάλεξιν δραστήριον, notant Cyrillus Hierosol. Catechesi VI. 13. et Photius lib. 1. contra Manichaeos, licet significationis illius vestigium hodie in lingua Persica exstare neget Tho. Hyde in Historia Religionis veterum Persarum p. 284. Ex Augustini c. 46. de haeres. suspicetur aliquis pro *Turbone* legendum *Urbico,* quod nomen apud alios est *Cubricus* vel *Curbitius.* Sed bene se habet lectio vulgata, nam fuit sane Turbo quidam Manetis discipulus Τύρβων, cuius meminit Epiphanius T. 1. p. 623. 642. *(F.)*

b. de illis prioribus] Ut Valentini schola et Marcionis, de quibus supra c. 38. et 45. *(F.)*

c. inter deum et dominum] Inter deum bonum et inter dominum, qui legem per Moysen dedit et in Hebraeis prophetis locutus est, hunc enim non esse verum deum, sed unum ex principibus tenebrarum, Manes blasphemabat, ut constat ex Augustino, Epiphanio LXVI. 31. aliisque. *(F.)*

d. Resurrectionem negantes] Etiam in hoc Valentini vestigiis Manem instituisse Rufinus in symboli expositione annotat. *(F.)*

cium non sperantes[e], [3]daemonia colentes, elementa adorantes[f], deorum dearumque nomina, ut pagani, invocantes, et [4]masculofeminas[g] quasdam esse [5]docentes et utriusque naturae participes, et nefandae turpitudini servientes, qui ab Archelao[h] sancto episcopo in disputatione superati, abiecti atque notati, manifestati sunt universis [6]in illo tempore, et ut latrones iam sub figura confessionis Christianae[i] multorum animas mendacio ac [7]pecudiali[k] turpitudine non desinunt captivare[l], qui et in Hispania et quinque provinciis[m] latere dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captivare.

Cap. LXII. [1]Patriciani a Patricio[a] quodam, qui fuit [2]Romae, dicti sunt.

3. daemones *A*. 4. masculofoeminas *Bac*. masculos foeminas (*A*)*b*. 5. docentes *AB*. dicentes *reliqui*. 6. illo in (*A*)*b*. 7. pecudiali *Bac*. pecudali *A*. pecudaria *b*.

Cap. LXII. *in Babc. inscriptum habet* PATRICIANI. — 1. Alii sunt Patriciani *A*. 2. in urbe Roma *A*.

e. iudicium non sperantes] Respectu corporum intellige, nam animabus spiritalem resurrectionem tribuisse non dubium est, et fatetur Augustinus IV. 2. contra Faustum. *(F.)*

f. elementa adorantes] Intellige solem lunamque, quae στοιχεῖα sive elementa vocantur apud Cyrillum VI. in Iulian. p. 205. 211. aliosque scriptores quorum loca laudavi ad Hieron. de Scriptoribus Eccles. c. XLV. Alexander Lycopolita de Manichaeis pag. 5. „τιμῶσι μάλιστα ἥλιον καὶ σελήνην, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἔστιν πρὸς θεὸν ἀφικέσθαι." [Στοιχειολάτραι Athanasio et Chrysostomo in Synopsi Scripturae, ubi de libro Sapientiae. A gentilium sacris non abstinuisse ex Philastrio contendit Petr. Pithoeus p. 175. Opp.] *(Fabr.)*

g. masculofeminas] Similes Valentinianorum aeones ἀῤῥενοθήλεις de quibus Irenaeus et Tertullianus. De Hermaphrodito Manetis daemone Epiphanius LXVI. 52. p. 664. *(F.)*

h. Archelao] Acta disputationis qua Archelaus Carrharum in Mesopotamia episcopus Manetis errores produxit in lucem ac convicit, Syro consignata sermone, et deinde per Hegemonium Graece versa legerunt olim et plura ex illis retulerunt Cyrillus Hierosol. Catechesi sexta, atque Epiphanius haeresi LXVI. Latine ex veteri versione vulgavit partem Valesius notis ad Socratem p. 197., integriora Laur. Alexander Zaccagnius in Collectaneis Monumentorum Veterum Rom. 1698. 4. Eadem ex Zaccagnii editione dedi in Spicilegio Patrum tertii saeculi, ad calcem voluminis secundi operum S. Hippolyti. Hamb. 1718. fol. Confer si placet, quae de hac Archelai cum Manete disputatione notavi in Bibl. Graeca lib. V. c. 1. p. 262. et ad Hieron. c. 72. de Script. Eccles. *(F.)*

i. sub figura confessionis Christianae] Tanquam confessores et martyres, quibus scilicet iam non liceat palam ac tuto dogmata sua proferre, sed tantum clam et intra privatos parietes latentibus. *(F.)*

k. pecudiali turpitudine] Sive *pecudali*, ut in Martiani Capellae codicibus legitur. Cato et alii veteres dixere *pecuinum*, Venantius, Sedulius et alii *pecuale*. *(F.)*

l. captivare] 2. Tim. III. 6. *(F.)*

m. in Hispania et quinque provinciis] In quinque provincias tunc Hispaniam divisam constat ex breviario Sexti Rufi c. 5. ubi illarum nomina sunt Tarraconensis, Carthaginiensis, Lusitania, Gallaecia, Baetica. Sexta Hispaniarum provincia non in Hispania, sed in solo terrae Africae, Tingitanica Mauritania. *(F.)*

Cap. LXII. — a. a Patricio] Hunc cum Marcionitis et Manichaeis memorat auctor commentarii qui legitur inter S. Ambrosii opera ad 1. Timoth. IV. 1. Et S. Augustinus Contra Adversarium legis et prophetarum lib. 2. c. ult. cum memorasset Basilidem, Carpocratem!, Cerdonem, Marcionem et Apellem Manichaeorum praecursores, adiungit: *„Fuerunt etiam a quodam Patricio nonnulli Patriciani* (in MSS. quibusdam *Patricini*) *vel sunt, similiter*

[3]Hi carnem hominis non a deo factam asserunt, sed a diabolo[b] arbitrantur. Hanc etiam contemnendam et modis omnibus abiiciendam decernunt, ut etiam ultro quidam de eis sibi mortem inferre[c] non dubitaverint.

Symmachiani[a] [1]alii discipuli istius eadem sentientes in omnibus, non sperantes[b] iudicium, vitiis secularibus et carnalibus concupiscentiis praedicant serviendum. Cap. LXIII.

Paulus quidam fuit Samosatenus post hos[a] in Syria, qui verbum dei, id est Christum deum dei filium [1]substantivum ac personalem Cap. LXIV.

3. Hii *ABa.*

Cap. LXIII. *in Babc. inscriptum habet* Symmachiani. — 1. alii discipuli *A.* discipuli *reliqui.*

Cap. LXIV. *in Babc. inscriptum habet* Pavlvs samosatenvs. — 1. substantive ac personale *A.*

*adversantes divinis veteribus libris."* Caeteroqui rarior horum Patricianorum in veterum scriptis memoria, nam quae Augustinus de Haeres. c. 61. de illis tradit, ex Philastrio descripta sunt, sicut ex Augustino ea repetunt Isidorus et alii iuniores. *(F.)*

b. non a deo sed a diabolo] Ut Manichaei de quibus capite superiore: *„Corpus a diabolo factum arbitrantur." (Fabr.)*

c. sibi mortem inferre] De Patricianis Auctor Praedestinati c. 61. *„Hi substantiam carnis humanae non a deo sed a diabolo conditam dicunt, eamque sic detestantur, ut hunc dicant esse perfectum, qui se potuerit constanter occidere. Ex his sunt aliquanti, qui etiam rogant eos, quos invenerint ignotos, ut ab eis occidantur. Haec insania in partibus Numidiae superioris et Mauritaniae coepit olim: hos miseri Donatistae postea secuti" etc. (F.)*

Cap. LXIII. — a. Symmachiani discipuli istius] Istius, puta Patricii. De his Symmachianis nihil Augustinus neque Praedestinati auctor, neque alii qui de haeresibus scripsere. Atque assentior Petavio, qui Symmachianos Philastrii ab alio quam Symmacho Ebionita, Graeco librorum V. T. interprete, dictos putat in notis ad Epiphan. p. 400. Sed vicissim Symmacho Ebionitae nomen debere recte Valesius p. 119. ad Eusebii VI. 17. notavit Symmachianos alios de quibus auctor commentarii, qui legitur inter S. Ambrosii opera, prologo in epistolam ad Galatas: *„Sicut et Symmachiani, qui ex Pharisaeis originem trahunt, qui servata omni lege Christianos se dicunt, more Photini Christum non deum et hominem, sed hominem tantummodo definientes."* Faustus Manichaeus apud Augustin. XIX. 4. operis adversus eum scripti: *„Hoc si mihi Nazaraeorum obiiceret quisquam, quos alii Symmachianos appellant, quod Iesus dixerit se non venisse solvere legem" etc.* Augustinus ipse XIX. 17. cum dixisset de credentibus ex circumcisione, qui in ea perversitate manserunt, ut et gentes cogerent iudaizare, *„ii sunt,* inquit, *quos Faustus Symmachianorum vel Nazaraeorum nomine commemoravit, qui usque ad nostra tempora iam quidem in exigua, sed adhuc tamen vel in ipsa paucitate perdurant."* Idem contra Cresconium Donatistam lib. 1. c. 31. *„Et nunc sunt quidam haeretici, qui se Nazarenos vocant, a nonnullis autem Symmachiani appellantur, et circumcisionem habent Iudaeorum et baptismum Christianorum."* *(F.)*

b. non sperantes iudicium] Idem de Manichaeis supra c. 61. *(F.)*

Cap. LXIV. — a. post hos] [Id est *praeter hos.* Sic μετὰ Actt. V, 37. V. adnott. ad cap. 43. Artemonis sectatorem Samosatenum facit scriptor vetus in Catena ad Act. II, 22. ap. Rev. Wolfium tom. IV. Anecdd. pag. 6.] Non accurate adeo de tempore Philastrii verba accipienda sunt, quasi singuli quos ille post alios fuisse haereticos commemorat, etiam tempore emerserint illis, quos prius ipse nominaverat, posteriores: nam Paulus Samosatenus ob haeresin episcopatu Antiocheno deiectus est A. C. 270. Sed Manetis (de quo iam c. 61. dixit) hae-

et sempiternum esse cum patre denegabat, prolativum[b] autem, id est quasi aëra quendam dicebat, non tamen personam vivam filii sempiternam cum sempiterno patre [2]credendam docebat. Hic Christum hominem iustum, non deum verum praedicabat, iudaizans potius, qui et circumcisionem[c] docebat, unde et Zenobiam[d] quandam reginam in oriente tunc temporis ipse docuit iudaizare.

Cap. LXV. [1]Photinus doctrinam eius secutus[a] in omnibus similiter praedicabat, inque hoc mendacio perseverans proiectus est de ecclesia Sirmiensium civitatis[b], a sanctis episcopis [2]superatus.

2. credendum *b.*
Cap. LXV. *in Babc. inscriptum est* PHOTINVS. — 1. Post istum Fotinus *A.*
2. separatus *malebat Galeardus.*

resis ab Archelao convicta A. C. 278. Itaque et apud Augustinum c. 44., et Epiphanium, Paulus praecedit. *(F.)*

b. substantivum -- prolativum] Epiphanius LXV. 1. ex Pauli Samosateni sententia: „μὴ εἶναι δὲ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐνυπόστατον, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ -- ἐλθόντα δὲ τὸν λόγον καὶ ἐνοικήσαντα ἐν Ἰησοῦ, ἀνθρώπῳ ὄντι." Marius Mercator epistola de discrimine Pauli et Nestorii: „*Nestorius circa verbum dei, non quidem ut Paulus sentit, qui non substantivum sed prolatitium potentiae dei efficax verbum esse definit.*" Idem diss. de XII. anathematismis Nestorii n. 19. „*Paulus verbum dei* προφορικὸν καὶ πρακτικὸν λόγον καὶ ἐνεργητικόν, *id est prolativum et potestatis effectivum verbum sensit, non substantivum quod Graeci* οὐσιῶδες *dicunt.*" Alia de Paulo hoc, eiusque haeresi vide apud Garnerium ad Mercatorem T. 2. p. 307. seq. et Tillemontium tomo IV. Memor. *(F.)*

c. circumcisionem docebat] Utut negando divinitatem Christi Iudaeis suffragari visus est Paulus Samosatenus, adeoque et τῆς τῶν Ἰουδαίων αἱρέσεως ὑπηρέταις adscribitur ab Epiphan. LXV. 7., tamen circumcisionem docuisse necessariam Christianis ab aliis veteribus scriptoribus ei non tribuitur. Interim Augustinus c. 44. de Haeres. Paulianos regulam baptismatis non tenuisse colligit ex eo, quod in Canone 19. Nicaeno rebaptizari iubentur, de quo iuvabit conferre eruditas ad hunc canonem Annotationes Guil. Beveregii. *(F.)*

d. Zenobiam] Septimia Zenobia post necem Odenati mariti ab A. C. 267. Syriam et Phoenicen tenuit, cum Antiochiae episcopatum Paulus Samosatenus gereret; huic igitur Iudaica sacra colenti, quo magis se probaret, Christum negasse deum arguitur a Theodoreto II. 8. de Haeret. Fab. „Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τῆς μὲν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἦν. Ζηνοβίας δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπαρχούσης (Πέρσαι γὰρ Ῥωμαίους νενικηκότες ταύτῃ παρέδοσαν τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν) εἰς τὴν Ἀρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν, ταύτῃ νομίζων θεραπεύειν ἐκείνην τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν." S. Athanasius Epistola ad solitariam vitam agentes T. 1. p. 857. „Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία καὶ Παύλου προέστη τοῦ Σαμοσατέως." S. Chrysostomus homilia VII. in Iohannem p. 57. de Paulo Samosateno: „τοῦτον γυναικί τινι χαριζόμενον τὴν σωτηρίαν φασὶν ἀποδόσθαι τὴν ἑαυτοῦ." Abulpharaius p. 81. Historiae Dynast. „*Refert Eusebius Chronologus Paulum hunc adiutum a Iudaissa quadam quam Gallus Caesar Syriae praefecerat, quaes cientiam et sententiam ipsius probans in ipsum patriarchatum Antiochiae contulit.*" *(F.)*

Cap. LXV. — a. doctrinam eius secutus] Photinus patria Ancyranus, praeceptoris sui Marcelli Ancyrani (quem Eusebius confutavit) vestigiis insistens, Pauli Samosateni haeresin defensitare coepit circa A. C. 341. Vide Socratem lib. 1. cap. 36. et libr. 2. cap. 18. 9. et scriptores laudatos a me Volum. VIII. Bibl. Graecae pag. 314., nec non Tillemontium T. VI. Memor. Eccles. pag. 760. 765. seq. Matthaei Larroquani Considerations servant du réponse à ce que Mr. David a écrit contre la dissertation sur Photin. Rothomag. 1671. 4. *(F.)*

b. proiectus est de ecclesia Sirmiensium civitatis] Caput Illyrici Sirmium,

[1]Ariani ab Ario[a] [2]presbytero Alexandriae civitatis, qui sub Alexandro episcopo bonae memoriae fuit et Constantino sancto [3]imperatore, dicens filium dei deo similem[b], nomine tenus similem autem dicens, et non [4]de ipsius patris divina credendo substantia, haeresim periculosam incurrit; nam et creatura similis deo dicitur, cum dicat scriptura[c]: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Non tamen est homo aut angelus de deo proprie ac naturaliter, id est de divina illa substantia patris inenarranda et sempiterna genitus, [5]ut unicus filius[d], qui genitus est de patre proprie[e] sempiternus, sed homo et angelus facti sunt ex nihilo. Filius autem cum sit verus[f], oportet [6]de divina illa substantia patris Cap. LXVI.

Cap. LXVI. *in Babc. inscriptum est* Ariani. — 1. Sunt Ariani *A*. 2. presbytro *B*. 3. imperatore bonae memoriae dicens *A*. 4. de ipsius patris divina credendo substantia *A*. dei ipsius patris divinam credendo substantiam *reliqui*. 5. et *(A) b*. 6. ut de *A*.

cuius episcopatum Photinus gessit usque ad A. C. 351., quo per alteram synodum Sirmiensem (nam Antiochenae A. 345. et prioris Sirmiensis A. 349. decreta, de quibus Synodicon Pappi c. 43. et 50., effectu caruerunt) depositus fuit ab episcopis orientalibus et Marcelli successore Basilio Ancyrano. Conf. Socratem II. 29. seq. et Harduini Concilia T. 1. p. 702. seq. Pulsum a Valentiniano (qui a. 364. coepit imperitare) Photinum scribit Hieronymus cap. 107. de Script. Eccles. Nimirum iterata vice pulsus postea fuit, quem a. 362. ab exilio revocaverat Iulianus imp., qui Photini etiam meminit libro primo adversus Christianos, apud Cyrillum Alex. lib. VIII. p. 262. edit. Lipsiens. *(F.)*

Cap. LXVI. — a. ab Ario] Hic diaconus primum Alexandrinus, sed eiectus a Meletio: post huius vero mortem per Achillam, episcopum Alex. cooptatus presbyter et scholae Alexandrinae praefectus, ut notatur in Synodico Pappi c. 32. Inde post Achillam non diu post, anno 312., defunctum inhians episcopatui, et Alexandrum sibi praelatum indignatus, circa a. 316. haeresin spargere coepit, damnatam in Concilio Nicaeno, quod A. C. 325. Constantinus Imp. convocavit. Consule si placet scriptores de rebus Arii et Arianorum laudatos a me lib. V. Bibl. Graecae cap. 23. Volum. VIII. p. 308 seq. *(F.)*

b. deo similem] Ὁμοιούσιον non ὁμοούσιον. *(F.)*

c. dicat scriptura] Genes. I. 26. *(F.)*

d. unicus filius] Μονογενὴς Ioh. I. 14. 18. III. 16. 18. et 1. Ioh. IV. 9. genitus non modo μόνος ἐκ μόνου, sed et μονοτρόπως, ut recte Nazianzenus Orat. 36. p. 590. „Εἰ δὲ κτιστός ἐστιν," verba Theodoreti sunt V. 2. Haeret. Fab. „οὐ μονογενής, ἀδελφὴν γὰρ ἔχει τὴν κτίσιν καὶ πάντα τὰ τῆς κτίσεως μόρια." *„Creatus vero si est, non est unigenitus, sed sororem habet creaturam cum omnibus eius partibus." (F.)*

e. de patre proprie] Hoc ex Christo ipso audiisse se profitebantur Iudaei; „πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεόν." Ioh. V. 18. Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. 1. Hist. c. 4. p. 14. *„Ac germanam quidem et propriam ac naturalem eximiamque eius filiationem,* γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον καὶ κατεξαίρετον υἱότητα, *Paulus declaravit, ita dicens de deo:* (Rom. VIII. 32.) ὅσγε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, *qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis, non naturalibus scilicet filiis,* τῶν μὴ φύσει υἱῶν, *illum tradidit. Nam ut illum distingueret ab iis, qui non sunt proprie filii,* πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, *proprium filium esse eum dixit. (F.)*

f. Filius - - verus] Ex essentia genitus patris, ut ex ipso identitatem naturae ab aeterno habeat, et sit χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ Ebr. I. 3. Psal. CX. 3. „ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε," quem locum magno consensu veteres de aeterna et propria filii generatione Ario opponunt. Vide Petavium Dogm. Theol. de S. Trinitate lib. V. c. 7. *(F.)*

genitus cognoscatur. Verus enim deus alio modo esse non potest filius unicus nisi sit de patris illa divina substantia proprie genitus. Sempiterna similitudo itaque filii [7]est secundum opera, quia *sicut facit pater, et filius similiter facit omnia*[g], [8]de ipsius qualitatis[h] divina substantia genitus, quia de ipso natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo, ut homo et angelus [9]aut creatura aliqua est.

Cap. LXVII. [1]Semiariani[a] sunt quoque. [2]Hi de patre et filio [3]bene sentiunt[b], unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes, spiritum autem non de divina substantia, nec deum verum, sed factum atque creatum[c] spiritum praedicantes, ut eum coniungant et comparent creaturae, cum Christus dominus patri et sibi in fide baptismi[d] salutis aeternae coniunxerit, eumque cum patre et filio cunctis credentibus adorandum[e] iusserit, omnique seculo [4]deum verum[f] praedicandum statuerit: non intelligentes quod evangelista[g] cum dicit, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[h], non de spiritu sancto dicit, quasi factum spiritum per

7. est *A.* et *reliqui.* 8. de ipsius *A.* et dei ipsius est *reliqui.* 9. *Ita Babc. At in A. legitur* ut creatura aliqua quae est omnibus occidens, *quae verba emendo ita:* aut creatura aliqua, quae est omnino occidens.

Cap. LXVII. *in Babc. inscriptum est* Semiariani. — 1. Alii sunt Semiariani, hi *A.* 2. hi *Ac.* hii *Ba.* ii *b.* 3. bene *om. A.* 4. deum *ABc.* eum *ab.*

g. filius similiter facit omnia] Ioh. V. 19. *(F.)*

h. de ipsius qualitatis] Eadem quali ipse deus natura praeditus. Sic infra c. 66. *„unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes."* *(F.)*

Cap. LXVII. — a. Semiariani] Hoc nomine Philastrio venire perspicuum est, qui aliis deinde Macedoniani sive Pneumatomachi, damnati in Concilio Cpolitano A. C. 381. Macedonius ipse ob haeresin deiectus Cpolitano episcopatu A. 361. *(F.)*

b. de patre et filio bene sentiunt] Idem de Macedonio affirmat Ratramus libro 2. contra Graecos c. 2. Caeterum idem non de omnibus posse affirmari Semiarianis, abunde docet Epiphanius haeresi LXXIII. 23. et 27. *(F.)*

c. factum atque creatum] Κτίσμα et ποίημα. Io. Zonaras Canone in Deiparam: „Μακεδόνιον πάντως ληρεῖν ἀφέντες τὸν λέγοντα κτίσμα τε καὶ ποίημα εἶναι τὸ ἄκτιστον πνεῦμα θεοῦ." *(F.)*

d. in fide baptismi] Formula baptismi in nomine patris et filii, et spiritus s. Matth. XXVIII. 19. *Baptismus salutis aeternae* est qui datur in spem obtinendae aeternae salutis. *(F.)*

e. cunctis credentibus adorandum] Ex ipsa illa baptismi formula ἐπίκλησιν atque adorationem religiosam s. spiritus collegerunt veteres Christiani, quibus βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα est βαπτίζεσθαι ἐπικαλεσάμενον τὸ ὄνομα patris, filii et spiritus s., uti ex locis Origenis, Firmiliani aliorumque probat D. Gotfridus Olearius noster, ὁ μακαρίτης, in diss. de spiritus s. cum patre et filio adoratione et glorificatione contra Guil. Whistonum, edita Lipsiae 1711. p. 12. seq. Vide etiam quae Basilius libro de Spiritu S. c. 19. *(F.)*

f. deum verum] Ita non dubito Philastrium scripsisse pro *eum verum.* *(F.)*

g. evangelista] Ioh. I. 3. *(F.)*

h. et sine ipso factum est nihil] Facit Philastrius cum iis, qui novum comma incipiunt apud Iohannem a verbis: *quod factum est in ipso vita erat.* Uti constat etiam usurpatum ab Irenaeo, Clemente Alex. Theophilo Antiocheno, Origene, Tertulliano, Lactantio, Eusebio, Augustino aliisque multis, etiam

filium. Nam propheta[i] [5]trinitatem omnia fecisse visibilia et invisibilia definit, dicens. *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* In omni itaque creatura, quae facta est per spiritum, non aliquid praetermisit quod non per eum factum sit; alioqui in fide[k] servus cum domino non iungeretur, si esset creatura divinus et sanctus spiritus. Cuius causa omnis scriptura et dominus concedi omnia peccata hominibus[l] praeter blasphemiam [6]divini et adorandi spiritus caelesti [7]sententia[m] pronuntiaverit.

Eunomiani post hos ab Eunomio discipulo Arii[a], in omnibus inimici verae fidei, aiunt tres esse diversas qualitatis substantias[b], ut auri, argenti et aeris[c], et patrem quidem fecisse filium, et iterum filium, qui [1]sit creatura, fecisse [2]spiritum: et adserunt filium non patri esse similem, quia creatura est, neque spiritum filio similem, quia a filio factus [3]est, magis impietati paganae et iniquitati Cap. LXVIII.

5. trinitate *A*. 6. de divini *b*. 7. sententia prounntiaverit *A*. essentia pronuntiaverit *Bab*. sententia pronuntiavit *c*.

Cap. LXVIII. *in Babc. inscriptum est* EVNOMIANI. — 1. est *A*. 2. spiritum sanctum adserunt. Filium *A*. *Probavit Galeardus.* 3. est magis *om. A*.

recentioribus ut Honorio, Petro Bruno etc. Igitur non fas est cum Epiphanio in Ancorato T. 2. p. 80. illam interpunctionem velut haereticam et spiritui sancto iniquam arguere, licet eam secuti etiam fuerint quidam haeretici, ut Valentinus, Heracleo etc. *(F.)*

i. propheta] Psal. XXXIII. 6. quem locum de ss. trinitate accipiunt veteres communiter; vide Feuardentium ad Arnobii et Serapionis Conflictum p.523. et Gregentii disputationem p. 9. *(F.)*

k. in fide] In baptismi formula, in qua spiritus s. iungitur cum patre et filio. Sic supra dixerat noster: „*cum Christus dominus patri et sibi in fide baptismi salutis aeternae spiritum coniunxerit.*" *(F.)*

l. concedi omnia peccata hominibus] Matth. XII. 31. *(F.)*

m. caelesti sententia] Ita scripsi cum Cotelerio notis ad Damascenum de Haeres. T. 1. Monument. p. 782. Male superiores editiones, „*caelesti essentia pronunciaverit,*" et Helmst. „*praenunciaverit.*" Est etiam qui legit: „*Blasphemiam de divini et adorandi spiritus caelesti essentia pronunciaverit.*" Sed longe magis probo Cotelerii emendationem. *(F.)*

Cap. LXVIII. — a. discipulo Arii] Non Arium ipsum iam A.336. mortuum, sed Aëtium ab A. 356. audivit Eunomius, qui usque ad A. 396. vitam produxit, certe A. 392. Hieronymus c. 120. de S. E. „*usque hodie,* inquit, *vivere dicitur in Cappadocia, et multa contra ecclesiam scribere.*" Sed discipulum Arii vocat Philastrius, haereseos eius imitatorem. Augustinus c. 54. de Haeresibus Aëtii discipulum appellat, quod et alii scriptores testantur. *(F.)*

b. tres esse diversas qualitatis substantias] Al. *diversae qualitatis.* Sed ita c.67.et 92.„*unam qualitatis substantiam*" noster dixit. S. Augustinus cap. 54. de Eunomio: „*Dissimilem per omnia patri adserens filium, et filio spiritum sanctum.*" Nempe Ariani supra c. 66. et Semiariani apud Augustin. c. 51. negabant duntaxat filium esse patri ὁμοούσιον, at ὁμοιούσιον et similem fatebantur: sed hoc ipsum etiam inficiabatur cum Aëtio suo Eunomius, cuius sectatores Eunomiani inde Anomoei appellati sunt. Eunomii Expositionem Fidei, et Apologeticum Graece et Latine dare me memini libro V. Bibl. Graecae c. 22. ubi dicta si placet vide. [Adde notata a Rev. Vogtio fasc. 3. Bibl. Haeresiologicae p. 485. seq., ubi Iacobi Basnagii diss., et p. 605., ubi catalogus scriptorum.] *(F.)*

c. ut auri, argenti et aeris] Confer Epiphan. LXXVI. 2. p. 914. D. *(F.)*

Iudaicae consentientes apertissime [4] quam Christianae doctrinae ac fidei catholicae [5] parere volentes[d] [e].

Cap. LXIX. Alii sunt qui circa [1] incorporationem[a] aberrant, dicentes non animam veram hominis rationalem[b] accepisse salvatorem, sed corpus solum hominis, et cum subtrahunt animam a corpore, veram denegant [2] hominum salubritatem[c]. Quomodo itaque potest dici anima, quae non sumpta est a salvatore? cum salvator dicat[d], *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo cuius [3] causa advenerat. Itaque haec utraque in comparatione salvatoris, id est corpus [4] erat et anima, quae pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos convenit quod et animam veram hominis habuit, intellectum habentem[e], et corpus hominis, sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore[f] et

4. quam *om. A.* 5. pugnare *A.*
Cap. LXIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS ANIMAM VERAM CHRISTVM NON HABVISSE. — 1. incorruptionem *A.* 2. hominis *A.* 3. et causa *A.* 4. erat *om. b.*

d. parere volentes] Sangermanensis libri scriptura haec est: „quia a filio factus: impietati paganae et iniquitati Iudaicae consentientes, apertissime Christianae doctrinae ac fidei catholicae pugnare volentes."

e. parere volentes] Sic supra c. 57. de Florianis: „*Iudaismo potius et paganitati parere nefandae*" etc. *(F.)*

Cap. LXIX. — a. circa incorporationem] „Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ λόγου." [*Concorporationem* verbi dei p. 637. et *corporationem* pluribus locis vocat S. Hilarius.] *(F.)*

b. animam veram hominis rationalem] Tantum corpus sine anima assumtum a λόγῳ, et loco animae ipsi fuisse λόγον, docuerunt Ariani, non ipse Arius, si Mario Mercatori fides: attamen Ario hoc tribuit S. Athanasius de Adventu Christi: „Ἄρειος δὲ σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς θεότητος ὁμολογεῖ." Ario et Eunomio Theodoretus V. 11. de Haeret. Fab. „περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας. Ἄρειος δὲ καὶ Ἐυνόμιος σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τὴν θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνηργηκέναι χρείαν." Rufinus Palaestinus de Fide T. I. Opp. Sirmondi p. 309. „*Si Iesus Christus animam non habuisset, sicut nefarii aestimant Ariani, aut rursus animam quidem habuisset, et non tamen rationabilem, sicut Apollinaris definivit insaniens, nunquam profecto sapientia proficere poterat.*" Idem Arianis tribuunt Epiphanius LXIX. 19. et ex Epiphanio Augustinus et Praedestinati Auctor haeresi 49. Damascenus 69. Confutat illum errorem Caesarius quaest. 25. seq. *(F.)*

c. denegant hominum salubritatem] Quia nisi animam humanam Christus assumsisset, neque animarum salvator esset, secundum Canonem Theologorum: *quod non assumsit, non redemit.* Theophilus Alex. epistola 1. Paschali: „*atque ita ipse disputationis ordo convincat nihil a domino imperfectum esse susceptum, sed assumtum ab eo hominem plene perfecteque salvatum.*" *(F.)*

d. salvator dicat] Matth. XXVI. 38. *(Fabr.)*

e. animam veram hominis habuit, intellectum habentem] Contra Apollinaris haeresin, qui docuit animatum corpus assumtum a Christo, sed mentis loco et intellectus ipsi fuisse τὸν λόγον. Facundus IX. 3. „*Apollinaristae quidem carnis et animae naturam sine mente assumsisse dominum credunt, Ariani vero carnis tantummodo.*" Vide Io. Pearsonium ad Symbolum p. 285. 422. edit. Latinae, et Suicerum T. 2. Thesauri p. 264. seq. *(F.)*

f. sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore] Ariani sensum doloris non ab anima Christi, utpote quam negabant, sed a λόγῳ susceptum, atque, ut ait Phoebadius, passibilem deum

emori. Tamen de sancto spiritu[g] facta haec [5]cognoscitur caro, et creata anima scilicet, sicut scriptum est in evangelio, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi* [6]*obumbrabit* [7]*te:* et quod animam veram habuit, dicens, *Animam meam pro vobis pono*[h]*:* et de carne passibili ad Thomam[i], *Quod spiritus non habet ossa et carnem, sicut me* [8]*videtis.* Et apostolus Petrus[k] de salvatore testatus est, dicens, [9]*Cuius anima non derelicta est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem.* Ex quo autem incarnatus est, et homo nostrae causa salutis et deus verus creditur, cognoscitur, colitur et in ecclesia catholica praedicatur.

[1]Tropitae sunt qui dicunt conversum verbum in carnem[a], non intelligentes quod ait apostolus Ioannes[b], *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis;* non attendentes quod verbum est immutabile et [2]inconvertibile, id est deus dei filius, caro autem quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando adsumpsit et induit nostrae causa incapacitatis[c]. Ad eum visendum itaque res istae in unum coniunctae pro nostra salute non mutationem verbi in carnem, sed assumptionem magis rei visibilis declarabant, ut invisibilis per visibilem carnem videri possit, credi atque [3]cognosci, et ab humano genere capaciter[d] adorari. Cap. LXX.

5. cognoscit *b.* 6. obumbravit *A.* 7. tibi *b.* 8. videtis habere. Et *Ab.* 9. Cuius *A.* Huius *reliqui.*

Cap. LXX. *in Babc. inscriptum est* Tropitae. — 1. Alii sunt Tropitae *A.* 2. incorruptibile *A.* 3. agnosci *Ab.*

factum esse docebant. S. Athanasius lib. de Incarnatione: „μάτην οὖν Ἀρειανοὶ φαντάζονται σάρκα μόνην ὑποτιθέμενοι ἀνειληφέναι τὸν σωτῆρα, τὴν δὲ τοῦ πάθους νόησιν ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ θεότητα ἀναφέροντες ἀσεβῶς." Vide eundem Pearsonium p. 334. Benedictinorum prolegomena ad Hilarium pag. 35. et 47. et Elmenhorstium ad Gennadium de Dogm. Eccles. p. 112. *(F.)*

g. de sancto spiritu] Prudentius Apotheosi v. 435.

„*Ex quo mortalem praestrinxit spiritus alvum*
*Spiritus ille dei deus et se corpore matris*
*Induit atque hominem de virginitate creavit.*"

„Οὐ σπερματικῶς ἀλλὰ δημιουργικῶς," inquit Damascenus III. 2. de Fide Orthodoxa. *(F.)*

h. Animam meam pro vobis pono] Respicit locum Ioh. X. 11. „Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων." *(Fabr.)*

i. ad Thomam] Luc. XXIV. 39., ubi nulla Thomae mentio. *(F.)*

k. apostolus Petrus] Actor. II. 27. ex Psal. XVI. 10. „ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν." *(F.)*

Cap. LXX. — a. conversum verbum in carnem] Inde nomen Τροπιτῶν, quia τροπὴ conversio. Confutat hanc haeresin, recoctam deinde in Eutychianis, Tertullianus libro de Carne Christi c. 10. seq. *(F.)*

b. Ioannes] Cap. 1. v. 14. *(F.)*

c. nostrae causa incapacitatis] Quod videre eum, nisi carne indutum non poteramus. Possit etiam interpungi sic: „*Nostrae causa incapacitatis ad eum visendum.*" *(F.)*

d. capaciter] Sensu ipso atque visu eum percipiente. *(F.)*

Cap. LXXI. [1]Sunt etiam haeretici qui circa passionem aberrant, dicentes quod in passione dimiserit [2]dominus noster Christus carnem, et sic ascenderit in caelum[a], [3]ut non sit iam in carne divinitas. Neque enim post passionem resurrexit in carne, neque cum carne ascendit, inquiunt, in caelum, cum salus omnis [4]hominum in passione carnis [5]ipsius, et [6]resurrectione [7]et ascensione in caelum [8]consistat, sine cunctatione nobis et credentibus universis; cum et apostolis [9]angeli dixerint pro nostra fide ac laetitia in Actibus Apostolorum, quod, *Sicut vidistis eum ascendentem in caelum, sic eum iterum sperate*[b] *venturum de caelo.*

Cap. LXXII. [1]Aëriani[a] ab Aërio [2]quodam sic appellati [3]sunt, qui abstinentiis vacant, et in provincia [4]Pamphylia[b] quam plurimi commorantur, qui et Encratitae[c] dicuntur, id est abstinentes. [5]Hi non possident[d] aliquid, escas abominantur[e], quas deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de lege nuptias, non a deo institutas adserentes.

Cap. LXXI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE PASSIONE CHRISTI. — 1. Alii autem sunt haeretici qui *A.* 2. dominus *A.* deus *reliqui.* 3. et non est *A.* 4. hominis *A.* 5. ipsius *om. b.* 6. surrectione *A.* 7. et ipsius ascensione *(A) b.* 8. constat *A.* 9. angeli beati dixerint *A.*

Cap. LXXII. *in Babc. inscriptum est* AERII. — 1. Alii sunt Aëriani *A.* Aërii *reliqui.* 2. quodam sic *om. A.* 3. sunt *om. A.* 4. Pamphilia *(A) Bab.* 5. Hii *B.*

Cap. LXXI. — a. sic ascenderit in caelum] Confer quae de Apelle supra c. 47. Tertull. de Carne Christi c. 24. „*Ut et illi erubescant qui affirmant carnem in caelis vacuam sensu ut vaginam exemtam Christo sedere, aut qui carnem et animam tantum, aut tantundem animam, carnem vero non iam.*" Gregorius Naz. Ep. 1. ad Cledon. „εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν σάρκα λέγει, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προςλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας." *(F.)*

b. sic eum iterum sperate] Sensum utcunque reddit, non verba sacri scriptoris exprimit Philastrius, ut solet. Ita enim Actor. I. 11. „οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν." *(F.)*

Cap. LXXII. — a. Aëriani] Epiphanio et Damasceno haeresi 75. „Ἀεριανοί, Augustino et Auctori Praedestinati c. 53. *Aëriani.* Etiam apud Damascenum haeresi 98. putem legendum Ἀερειανῶν pro Ἀρειανῶν, licet Aërium etiam cum Ario fecisse ab eodem Epiphanio et aliis traditur. Aërius adhuc fuit in vivis cum scriberet Epiphanius A. C. 375. *(F.)*

b. in provincia Pamphylia] Aërium ipsum in Ponto monachum, sive minore Armenia, fuisse Epiphanius testatur. *(Fabr.)*

c. Encratitae] Cum his fecisse Aërianos, ex solo Philastro Augustinus scriptum reliquit, nam in Epiphanio hac de re ne γρύ. At idem Epiphanius de Encratitis multa haeresi 46. qui et ipse magnum illorum numerum in Pamphylia, atque aliis Asiae provinciis suo tempore exstitisse scribit T. 1. p. 399. *(Fabr.)*

d. Hi non possident aliquid] Epiphanius de Aërio: „ἀποταξίαν κηρύττει." Contra apud Damascenum: „ἀποταξίαν ἀποκηρύττει." *(F.)*

e. escas abominantur] Contra Damascenus: „σαρκοφαγίαις παντοίαις κέχρηται καὶ τρυφαῖς ἀδεῶς." Ieiunia ecclesiae et oblationes pro mortuis reiecisse, tradit praeter Epiphanium et alios Io. Zonaras Canone in Deiparam edito in T. 3. Monumentor. Cotelerii pag. 470. *(Fabr.)*

Alia est haeresis Borborianorum[a], qui vitiis implicati seculi et malis concupiscentiis [1]servientes non sperant iudicium futurum, sed potius carnalem seculi concupiscentiam laudant. [2]Hi itaque in coenum euntes et inde obliti de coeno facies et membra sua deformantes, [3]eadem re cunctis velut culpandam dei creaturam demonstrantes: cum illa [4]vorago culparum et vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, non legis divinae [5]permissione descenderit. Cap. LXXIII.

[1]Artotyritae[a] sunt nomine ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem et caseum offerunt, non illud quo ecclesia catholica[b] et apostolica celebrat offerendo. Cap. LXXIV.

[1]Alii sunt [2]Ascodrogitae[a b] in Galatia, qui utrem inflatum ponunt et cooperiunt in sua ecclesia et circumeunt eum insanientes [3]potibus et bacchantes, [4]sicut pagani Libero patri[c], insanis mentibus more gentilium furentes, et non intelligentes quod ait salva- Cap. LXXV.

Cap. LXXIII. *in Babc. inscriptum habet* Borboriani. — 1. servientes *om. A.* 2. Hii *Ba.* 3. eademque cunctis *A. Probavit Galeardus. In sqq. pro* demonstrantes *facili opera reposueris* demonstrant. 4. virago *(A) b.* 5. promissione *Bab.*

Cap. LXXIV. *in Babc. inscriptum est* Artotyritae. — 1. Alii sunt Artotyritae nomine in Galatia *A.*

Cap. LXXV. *in Babc. inscriptum est* Ascodrogitae. — 1. Alii sunt iterum *A.* 2. Ascodrugitae *A.* 3. potius *A.* 4. sicut illi pagani liberi patriani *A.*

Cap. LXXIII. — a. Borborianorum] Ita Gnosticorum aliquos dictos ἀπὸ τῆς αἰσχρουργίας βορβορώδους sive foeda vitae turpitudine narrat Epiphan. XXVI. 3. p. 85. Theodoreto lib. 1. de Haereticis Fabulis c. 13. „Βαρβηλιῶται, ἤγουν Βορβοριανοί," qui ipsorum μυστικὰς τελετὰς omnem cogitationem supergredi foeditate testatur: „πάντα γὰρ λογισμὸν πονηρὸν ὑπερβαίνει καὶ πᾶσαν ἔννοιαν μυσαρὰν τὰ παρ' ἐκείνων ὡς θεῖα πραττόμενα." Vide etiam Nicetam IV. 2. Thesauri. *(F.)*

Cap. LXXIV. — a. Artotyritae] Conferendus Epiphanius et Damascenus haeresi 49. Augustinus et Auctor Praedestinati c. 28. Timothei presbyteri iudicio apud Cotelerium III. Monument. p. 379. ex Marcionis haeresi descendere dicuntur, „οἱ οὖν Ἀρτοτυρῖται ἐκ τῆς αἱρέσεως τούτου τοῦ Μαρκίωνος κατάγονται." Sed Epiphanius eos iungit Montanistis ac Priscillianistis. Nomen compositum ab voce ἄρτου, quod panem, et τυροῦ, quod caseum denotat. *(F.)*

b. illud quo ecclesia catholica] Non farinam aqua subactam in sacra coena adhibebant hi haeretici, sed subactam lacte. Idem Timotheus: „γάλακτι γὰρ φυρῶντες ζύμην τοῖς οἰκείοις μύσταις ὀρέγουσιν." *(F.)*

Cap. LXXV. — a. Ascodrogitae] Augustino qui Philastrium sequitur haeresi 62. rectius *Ascitae:* „Ἀσκὸς *enim Graece, Latine* uter *dicitur, quem perhibentur inflatum et opertum circumire bacchantes.*" Auctor Praedestinati: „*Isti cum in dogmate nihil mali habeant, utrem tamen ingentem iuxta altare ponunt, eumque vacuum inflant et linteaminibus velant et adorant, quia confectum cruoris domini ibi adiiciunt, illud dicentes evangelicum* (Matth. IX. 17.). *Vinum novum in utres novos adiiciunt, et utraque conservantur.*" Epiphanii Tascodrogitae ab his plane sunt diversi, sed iidem cum Passalorynchitis de quibus noster infra c. 76. Ascitae utre usi ad asservandum vinum quod in s. coena adhibebant. *(F.)*

b. Ascodrogitae] De horum nomine cf. Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. tom. I. p. 429. s. v.

c. sicut pagani Libero patri] Iulianus epistol. 41. „καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύασον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται." *(F.)*

tor[d], utres novos sumendos, inque eos novum vinum mittendum, non in veteres. Et cum suis caecitatibus properant inservire, alieni modis omnibus Christianae salutis reperiuntur, cum apostolus[e] deiiciat iustificationem illam Iudaicam carnalemque vanitatem, Christi autem veram et plenam confirmet scientiam dicens, *Vetera transierunt, et ecce nova omnia per Christum facta sunt.* De lege enim [5]ut umbra[f] dicebat dominus, et de suae gratiae plenitudine, duorumque hominum quod ait apostolus[g], *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis.* Quod enim erat per umbram, et quod erat futurum in domini praesentia maius et melius, hoc nuntiabat docendo ac rebus testantibus confirmando.

Cap. LXXVI. Alii sunt [1]Passalorynchitae[a], qui digitum imponentes in nares et ora sua [2]et labia quasi silentium[b] semper exercent, non rei aliae[c] nisi taciturnitati quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi [3]prophetas cupiunt imitari, quia ait [4]David propheta[d]: *Pone, domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae[e] labiis meis.* Et quia ieiuniis beati prophetae vacantes[f] silentium saepius [5]commodabant, inde usurpantes isti aestimant [6]observandum, Pythagoricam vanitatem[g] potius quam prophetarum caelestem vitam et sapientiam sequi properantes.

5. ut umbra *ego.* et umbra *libri omnes.*

Cap. LXXVI. *in abc. inscriptum est* Passalorinchitarvm haeresis. — 1. Passalorinchitae *libri omnes.* 2. et in labia *Babc.* 3. prophetas beatos cupiunt *A.* 4. David beatus, Pone *A.* 5. commendabant *b.* 6. aliquid observare *A.*

d. salvator] Matth. IX. 17. *(F.)*

e. apostolus] 2. Corinth. V. 17. *(F.)*

f. ut umbra] Ita correxi. Umbram dixit figuram, aenigma.

g. ait apostolus] 1. Corinth. XV. 47. *(Fabr.)*

Cap. LXXVI. — a. Alii sunt Passalorynchitae] Hos Tascodrungitas dictos auctor Epiphanius XLVIII. 14. p. 416. testatus τασκὸν illorum lingua paxillum significare, δροῦγγον vero nasum sive rostrum: „τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται, δροῦγγος δὲ μυκτὴρ, εἴτουν ῥύγχος καλεῖται." Quod igitur inter orandum illi affectarent indicem manus digitum naso imponere, „κατηφείας χάριν καὶ ἐθελοδικαιοσύνης ἐκλήθησαν ὑπό τινων Τασκοδρουγῖται, τουτέστι Πασσαλορυγχῖται." Mire hinc illud nomen apud scriptores vel curtatum vel corruptum, ut notavit Cotelerius T. 1. Monument. p. 774., cui adde quod Τασκοδουργοὶ dicuntur apud Theodorum Studitam epistola ad Naucratium T. 5. Opp. Sirmondi p. 324. *Perticonasatos* vocat Nic. Comnenus Papadopoli in Praenotionibus Mystagogicis p. 152. *(F.)*

b. labia quasi silentium] Sicut Harpocrates silentii deus digito labellum compescens exprimitur in veteri anaglypho, quod illustrant Io. Smetius Antiquitatt. Noviomagens. p. 127. seq. Io. Lomeierus Dier. Genial. diss. 3., et praecipue in Harpocrate suo, Traiecti 1687. 4. edito, illustris atque eruditiss. vir Gisbertus Cuperus. *(F.)*

c. aliae] Pro alii. Vide Vossium IV. 6. Aristarchi. *(F).*

d. David propheta] Psal. CXLI. 3. *(Fabr.)*

e. ostium circumstantiae] Θύραν περιοχῆς. *(F.)*

f. ieiuniis beati prophetae vacantes] Ut David Psal. XXXV. 13. LXIX. 10. *(Fabr.)*

g. Pythagoricam vanitatem] Notis-

[1]Aquarii[a] sic dicti sunt, qui in sacramentis caelestibus offerunt tantum aquam, non illud quod ecclesia[b] catholica et apostolica facere consuevit. Cap. LXXVII.

[1]Sunt nonnulli qui prophetas quotidie [2]adserunt[a] [3]et prophetias fieri praedicant, ignorantes *legem et [4]prophetas[b] usque [5]ad Ioannem fuisse baptistam,* finemque legis et prophetarum in Christi praesentia completum atque consummatum. Cap. LXXVIII.

[1]Coluthiani a Colutho[a] quodam ita dicti sunt in Aegypto, qui Cap. LXXIX.

Cap. LXXVII. *in Babc. inscriptum est* Aqvarii. — 1. Alii sunt Aquarii sic dicti *A.*

Cap. LXXVIII. *in c. inscriptum habet* Haeresis de prophetis. — 1. Alii sunt haeretici qui *A.* 2. adferunt *b.* 3. et *om. (A)b.* 4. prophetias *b.* 5. ad beatum Ioannem *A.*

Cap. LXXIX. *in Babc. inscriptum habet* Colvthiani (collvthiani *c.*) — 1. Colluthiani a Collutho *c.* Alii sunt autem Coluthiani *A.*

sima sunt, quae de quinquennali silentio Pythagoricae scholae feruntur, de quo viri docti ad Gellium lib. 1. c. 9. et ad Laërtium VIII. 10. Holstenius ad Porphyrium p. 80. et Rittershusius, et libro 2. de Bono Silentii Andreas Schottus. Addam locum Procopii Gazaei Epistol. 3. „Πυθαγόρας Σάμιος, τοῦτόν φασιν, ὡς οὐ μέχρι παντὸς ἐτίμα σιγὴν, ἀλλ' ὥριστο χρόνος αὐτῆς μεταβολὴν ἄγων ἐπὶ λόγοις καὶ μετεβάλλοντο. Ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὃν ἐσιώπων χρόνον ἔδει δήπουθεν μηδὲν παρ' ἀλλήλων εἰδέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν γλῶτταν εἶχε σιγὴ, ἡ δὲ χεὶρ διηκονεῖτο τῇ γλώττῃ, καὶ διὰ γραμμάτων πάλιν ἐφθέγγοντο." *(F.)*

Cap. LXXVII. — a. Aquarii] Augustin. et Auctor Praedestinat. c. 64. Hi sunt Hydroparastatae, „ὕδωρ ἀντ' οἴνου προσφέροντες," de quibus Theodoretus lib. 1. de Haeret. Fab. cap. 21. Solam aquam in sacra coena adhibuisse constat Ebioneos teste Epiphanio XXX. 16. et Irenaeo V. 1., nec non Tatiani sectatores Encratitas de quibus Epiph. XLVII. 3. et Timotheus presbyter a Cotelerio editus T. 3. Monum. p. 379. qui etiam Ἀκκαοφόρους appellat: tum alios ex Marcionis schola quosdam, et Manichaeos, et alios fortasse quos perstringit Clemens Alex. 1. Strom. pag. 137. „εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν," et multis oppugnat Cyprianus epist. 63. ad Caecilium p. 148. seq. Vide etiam Chrysostomi hom. 83. in Matthaeum p. 864. Beveregium ad canonem Trullan. XXXII. et D. Ittigium de Haeresiarchis p. 211. seq. Ab his Aquariis diversi Aquei sive Hydrotheithae de quibus Augustinus et Praedestinati Auctor c. 75. et noster infra c. 96. *(F.)*

b. quod ecclesia] Vinum in sacra coena offerens sive merum illud, sive temperatum aqua, quod Cypriano inprimis vehementer probatum fuit, cui per aquam populus Christi sanguini uniendus significatur. Confer si placet Edm. Martene de Antiquis Ecclesiae Ritibus p. 322. seq. Io. Bonam lib. 2. Liturg. c. 9. Gerh. Vossii Theses Theologicas p. 304. Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmatibus Eccles. p. 174. Graeci vino aliquid aquae ferventis affundunt, ut sanguinem hominis vivi proprius referat. Vide Petrum Arcudium de Concordia utriusque ecclesiae in Doctrina de Sacramentis III. 39. p. 321. *(Fabr.)*

Cap. LXXVIII. — a. prophetas quotidie adserunt] Helmst. *adferunt.* Videtur tangere Montanistas, de quibus supra c. 49. *(F.)*

b. legem et prophetas] Matth. XI. 13. Eodem S. Chrysostomus laudat illud Danielis IX. 24. „ὅτι ἐλθόντος ᾧ ἀπόκειται, σφραγισθήσεται καὶ προφητεία καὶ ὅρασις." „*Cum venerit cui repositum est, obsignabitur prophetia et visio.*" *(F.)*

Cap. LXXIX. — a. Collutho] Hic est Colluthus presbyter Alex. quem eodem quo Arius tempore ecclesiam turbasse, falsaque dogmata sparsisse narrat Epiphanius LXIX. 2. pag. 728., memorans etiam sectatores eius, qui se non dubitaverint appellare Colluthianos, „οἱ μὲν Κολλουθιανοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν." Ambitionem Colluthi perstringit Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. 1.

dicunt dominum malorum non esse factorem[b]. Contra autem alter[c] quidam opponebat dicens dominum malorum esse factorem, qui et ipse [2]est haereticus pariter[d], et cum utrique contentione ferrentur inani, nescierunt potentiam rationis. Scriptura enim deum facere bona et nihilominus et mala praedicavit, cum dicat propheta[e], *Ego sum dominus, qui facio pacem, et creo mala.* Et alter propheta[f], *Si est*, inquit, *malitia in civitate, quam deus non fecit.* Sed mala ista non natura[g] esse dixit scriptura a deo facta, sed causis existentibus hominum, scilicet in lege peccantium domino, quae sunt tentationes [3]persecutionis diversaeque augustiae quae deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est[h]: *Quis dedit Israël in direptionem? nonne dominus, cui peccaverunt, et noluerunt in viis eius ambulare?* Non autem fecisse malam deum naturam dicit scriptura alicubi[i]: *Ecce [4]enim omnia valde [5]erant bona quae fecit deus*, in libro Geneseos, id est [6]creaturae mundi[k l]. Et alibi propheta[m] dicit, [7]*Quoniam deus malum non fecit, neque delectatur in perditione vivorum.* Quia ergo non causa dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quae obnoxia legi dei [8]urgetur et [9]coërtione[n] [10]constringitur, conversionis causa a domino haec

2. erat *A.* 3. persecutiones *A.* 4. enim inquit omnia *A.* 5. erant *om. A.* 6. creatura *A.* 7. Quod *A.* 8. et iudicio arguetur *A.* 9. coërtione *ac.* coërcione *B.* coërcitione *(A) b.* 10. constringit *c., mendose.*

Hist. cap. 4. p. 9. In gradu presbyterii mortuum testatur Athanasius in Apologia ad Imp. Constantinum T. I. p. 732. *(Fabr.)*

b. malorum non esse factorem] Idem ex Philastrio Augustinus c. 65. et ex Augustino Isidorus VIII. 5. Origg. Itaque errat Auctor Praedestinati cap. 65. qui Colluthianorum errorem putat in eo consistere, quod deum creasse mala et bona docuerint. *(F.)*

c. Contra autem alter] Florinus de quo supra ad c. 57. *(F.)*

d. qui et ipse est haereticus pariter] Non minus haereticum est cum Collutho contrarium ponere principium, negareque mala fieri deo permittente, quam cum Florino deum facere malorum auctorem. *(F.)*

e. dicat propheta] Es. XLV. 7. „ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά." *(F.)*

f. alter propheta] Amos III. 6. „εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε;" *(Fabr.)*

g. mala ista non natura] Sensus est, ista non esse creata a deo ut mala natura sint, sive malam naturam habeant. Infra: *non autem fecisse malam deum naturam.* *(F.)*

h. sicut scriptum est] Es. XLII. 24. ubi male οἷς ἔδωκεν, pro τίς ἔδωκεν. *(F.)*

i. scriptura alicubi] Genes. I. 31. *(F.)*

k. creaturae mundi] Galeardus Fabricii citatis addi iubet Gaudentium Praef. ad Benivolum, Paulinum Epist. 18. ad Delphinum episcopum Burdigalensem, Isidori Pelusiotae epist. 282. Boeto monacho, Nilum epist. 319. Ephestioni presbytero.

l. creaturae mundi] Chalcidius p. 372. *de genitura mundi.* Nempe γένεσιν pro κτίσει dixisse Alexandrinos, observatum Humfredo Hody erudito opere de Bibliis sacris Graecis p. 115. *(F.)*

m. propheta] Locus est in libro Sapientiae I. 13. „ὅτι ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐν ἀπωλείᾳ ζώντων." Philastrius *malum* posuit, genus pro specie mali, sive *morte*, quod vocabulum in Sapientiae libro reperit. Huius auctorem, prophetae nomine passim laudant veteres scriptores Christiani, ut supra ad c. 26. notare me memini. *(Fabr.)*

inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo haec [11] dicuntur, quomodo dicta sunt [12] ignorantur. Quae enim [13] putantur hominibus in [14] coërtione mala, haec eruditionis et utilitatis sunt plena, quae hominum voluntas perversa pati meretur, cum dicat apostolus[o], *Numquid iniustus deus, qui infert iram suam hominibus?* Non tamen sine utilitate[p] et emolumento futuro haec cuncta humano generi fieri permittuntur. Iustus enim in tribulatione sustinendo fidelior et iustior comprobatur, peccator autem aut peccare [15] desinit emendatus, aut perseverans de mundo [16] tollitur, ne in corpore constitutus amplius delinquere videatur. Ergo aut emendatus, cum superest adhuc in corpore, bonum iam opus facere non retardabit, aut mens [17] coërcetur, ut desinat a peccato, quod ait apostolus[q], *Qui mortuus est, iustificatus est a peccato.*

Alia autem est haeresis, quae dicit mundum non mutari[a], sed in [1] eodem statu semper manere, etiam post domini nostri Christi de caelis praesentiam[b], cum ipse dicat[c], *Omnia transibunt et mutabuntur*[d]. Hoc autem non intelligunt mutationis causa elementorum dictum fuisse a domino, ut [2] his mutatis nova creatura[e] reformetur, quod et David docet[f]: *Ipsi* [3] *peribunt, tu autem ipse es in aeternum.* Et dominus[g]: *Caelum et terra transibunt, verba autem* Cap. LXXX.

11. dicuntur *Bab.* dicantur *A.* dicunt *c.* 12. ignorant c. 13. putant c. imputantur *A.* 14. coërtione *c.* coërcione *Ba.* coërcitione *(A)b.* 15. desinit *A.* desinet *reliqui.* 16. tolletur *b.* 17. arcessitur *A.*

Cap. LXXX. *in abc. inscriptum habet* DE MVNDO HAERESIS. — 1. eo statu *A.* 2. hiis *Ba.* 3. peribunt inquit tu *A.*

n. coërtione] Coërtionem sive coërctionem pro coërcitione dixerunt boni scriptores, atque utrumque promiscue in MSS. codicibus reperitur. *(F.)*

o. apostolus] Rom. III. 3. „μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων ὀργήν." *(F.)*

p. Non tamen sine utilitate] Insignes quasdam utilitates diserte et eleganter exponit S. Iohannes Chrysostomus homilia prima ad Antiochenos. *(F.)*

q. apostolus] Rom. VI. 7. „ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας," hoc est non amplius peccat. *(F.)*

Cap. LXXX. — a. non mutari] Cum mitius iudicet infra de illorum sententia, qui mundum periturum et in nihilum rediturum sibi persuadent, iam haeresibus annumerat opinionem eorum, qui mundum aeternum futurum hoc quo in praesens est statu docebant, cum Ocello Lucano, Timaeo et aliis ethnicorum philosophis et cum Philone Iudaeo, qui eandem opinionem tuetur libro περὶ Ἀφθαρσίας Κόσμου, perinde ut Anonymus Christianus apud Photium Cod. 36. „ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί," qui est Cosmas Indopleustes lib. VII. p. 275. seq. Danaeus ad Augustin. de Haeresibus c. 67. illos vocat *Aeternales.* Auctor Praedestinati c. 67. *Satannianos*, a nescio quo Satannio. *(F.)*

b. post domini nostri Christi de caelis praesentiam] Ad iudicium intellige, atque ut Augustinus sententiam Philastri expressit, *post resurrectionem mortuorum.* *(F.)*

c. cum ipse dicat] Matth. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. „ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται." *Omnia*, coelo et terra continentur. *(F.)*

d. mutabuntur] „Ἀλλαγήσονται" Hebr. I. 12. ex Psal. CII. 26. *(F.)*

e. nova creatura] Apocal. XXI. 1. *(F.)*

f. David docet] Psal. CII. 26. „αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις." *(F.)*

g. Et dominus] Locis laudatis Matth.

*mea non transibunt.* Et: *Ego facio novum caelum et novam terram, dicit dominus.* Restauranda potius ergo, non pereunda[h][i] annuntiat elementa, et quamvis impossibile deo non est[k], ut qui fecit ex nihilo omnia, ut iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Iob[l]: *Si autem destruxerit universa, quis ei dicet, quid fecisti?* Ergo si ita senseris, omnipotentiam domini Christi [4]cognosces, [5]sive [6]ea restauranda quis aestimat, sequenter [7]intelliget[m]. Nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat[n], id est ipsum mundum ad nihilum devenire posse, tamen [8]qua quod fecit non deperit[o]. *Fecit* enim, ut ait [9]Solomon[p], *ex nihilo omnia ut possent esse quae non erant.* [10]Et in resurrectione hominum non pereunda semina, sed ad gloriam maiorem venientia demonstrat, ut ait apostolus[q]: *Semina-*

4. cognoscit *A.* 5. sive *A.* sin *reliqui.* 6. eam restaurandam *A.* 7. intelligit *A.* 8. qua *ego.* quia *libri omnes.* 9. Salomon *(A)bc.* 10. Et *om. A. Prob. Galeardus.*

XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. *(F.)*

h. Restauranda potius ergo, non pereunda] [*Pereunda* pro *peritura* dixit praeter usum meliorum scriptorum.] Sic infra: „*nam etsi pereunda semina scriptura demonstrat.*" Atque iterum: „*Et in resurrectione hominum non pereunda semina.*" Similiter mox *permanenda* dixit pro *permansuris*: „*Transeuntia ergo erunt elementa ad maiorem iam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus.*" Ad rem ipsam quod attinet, plerique priscorum ecclesiae doctorum hac fuere sententia, non interiturum in consummatione saeculi caelum terramque, sed ἀποκαταστάσει Act. III. 10. et παλιγγενεσίᾳ Matth. XIX. 28. immutandum et renovandum. Barnabae Epist. c. 15. „ὅταν ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν αὐτοῦ καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς ἀναπαύσεται ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ." Longum esset alia testimonia veterum producere, quae videri possunt apud Vossium Thes. Theolog. pag. 248. seq. Paulum Sherlogum Dioptra Antiquitatt. p. 285. Tho. Burnetum Theoria Sacra Telluris IV. 1. sq. Gatakerum ad Antonin. XI. 1. Elmenhorstium ad Gennadii Dogm. Eccles. p. 164. D. Bebelium Antiquitt. Eccles. saeculi IV. T. 2. p. 610. Suicerum T. 2. Thesauri p. 151. Iac. Thomasium de Stoica Mundi Exustione p. 17. etc. Iudaeorum consensum vide apud Menassem Israëlidem III. 4. de Resurrect. D. Lutheri et Theologorum nostratium suffragia collegit Vincentius Placcius, ὁ μακαρίτης, scripto vernaculo de Immortalitate Animae p. 65. 93. seq. *(F.)*

i. pereunda] H. e. peritura. Sic iterum paulo infra et cap. 134. Pari soloecismo posuit hoc ipso capite *permanendus* pro permansurus.

k. impossibile deo non est] Contra ethnicorum sententiam, quibus Philo libro de Mundo Incorruptibili p. 728. assentitur. Hos enim si audias statutum ipsis est, „ἐκ τοῦ οὐδαμῇ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον." „*Ex nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.*" *(F.)*

l. beatissimus Iob] Iob. IX. 12. „ἐὰν ἀπαλλάξῃ, τίς ἀποστρέψει; ἢ τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας?" *(F.)*

m. sequenter intelliget] Non minus scilicet eminentem Christi maiestatem et potentiam esse in instaurando quam in delendo. *(F.)*

n. scriptura demonstrat] In loco supra adducto Psal. CII. 26. *(F.)*

o. quod fecit non deperit] Quia nihil quod fecit deus odit: „οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας" Sap. XI. 24. *(F.)*

p. ut ait Solomon] Sapient. I. 14. „ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα." Vocabulum ἔκτισε a Philastrio redditur: *Fecit ex nihilo.* Simul autem respicitur locus Hermae lib. 2. Mandat. 1. quem laudat noster etiam infra c. 123. „πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι." *(F.)*

q. apostolus] 1. Cor. XV. 44. „σπεί-

*tur corpus animale, surgit corpus spiritale: seminatur*[r] *in corruptione, surgit in incorruptione.* Et ipse iterum apostolus[s]: *Expectatio enim creaturae revelationem filiorum dei expectat: vanitati enim creatura subdita est non volens, sed propter eum qui subiecit* [11]*in spe futurae gloriae* [12]*dignitatis. Propter quod et ipsa creatura,* inquit, *liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei:* ostendens [13]itaque a gloria ad gloriam processura elementa, id est homines cum hac ipsa visibili creatura, cum dicit dominus[t]: *Sol tunc septempliciter lucebit.* Transeuntia ergo erunt elementa[u] ad maiorem iam gloriam, inque ea [14]permanenda cum hominibus, quamvis et ad nihilum possit adducere qui fecit omnia dominus. Sed in hoc est eminens Christi maiestas et potentia, quod ad gloriam eadem maiorem elementa transire permittit. Nam et apostolus elementa haec liquescere[x] et ad nihilum venire nuntiat pariter et prophetat.

[1]Excalceatorum est haeresis[a] quae excalceatos ambulare debere homines adserit, [2]quod sub Mose[b], inquiunt, dictum est, *Solve calceamenta tua,* et quod [3]Esaias[c] ita ambulaverit tribus annis: quae magis [4]humana ac vanae superstitionis sunt[d], non traditionis sanctorum ac domini nostri Iesu Christi iussionis et imperii [5]eiusque potestatis. Cap. LXXXI.

Novatiani surrexerunt post persecutionem postremam[a] a No- Cap. LXXXII.

11. eam in *(A)b.* 12. et dignitatis *(A)b.* 13. itaque gloria ad filiorum processura *A.* 14. permansura *b.*

Cap. LXXXI. *in Babc. inscriptum est* EXCALCEATI. — 1. Alia est haeresis quae *A.* 2. quod Mosi inquit *A.* 3. Esaias beatus *A.* Isaias *b.* 4. humanae *(A)b.* 5. eius ac potestatis *A.*

Cap. LXXXII. *in Babc. inscriptum est* NOVATIANI. —

ρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν." *(F.)*

r. seminatur] Id. v. 42. „σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ." *(F.)*

s. ipse iterum apostolus] Rom. VIII. 19. seq., ubi post ἐπ' ἐλπίδι Philastrius de suo supplevit verba *futurae gloriae dignitatis.* *(F.)*

t. cum dicit dominus] Es. XXX. 26. „τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ." *(F.)*

u. elementa] Sol, luna et stellae, ut supra c. 61. p. 122. *(F.)*

x. liquescere] 2. Petr. III. 10. „στοιχεῖα καυσόμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται." et 12. „οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται καὶ στοιχεῖα καυσόμενα τακήσεται." *(F.)*

Cap. LXXXI. — a. Excalceatorum est haeresis] Gymnopodas vocat Auctor Praedestinati et Augustinus c. 68. Philastrii insistens vestigiis, nudis pedibus semper ambulantes. Prateolus *Nudipedes.* *(F.)*

b. sub Mose] Exod. III. 5. deus ad Moysen: „λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου." *(F.)*

c. Esaias] Es. XX. 3., in signum imminentis Aegyptiorum et Aethiopum genti captivitatis ab Assyriis. *(F.)*

d. humana ac vanae superstitionis] Non in Esaia, qui dei iussu hoc fecerat, sed in his qui nescio quam religiosi cultus partem in superstitiosa illa aemulatione collocabant. *(F.)*

Cap. LXXXII. — a. post persecutionem postremam] Postrema persecutio sive decima sub Diocletiano et Ma-

vato quodam[b], qui sicut ecclesia catholica credebant antea[c], vetus testamentum et novum accipientes. In persecutione autem, quia lapsi sunt multi fideles et in poenitentiam suscepti sunt a catholica ecclesia, irati, imo potius praesumptione ducti ac superbia, vanam doctrinam conati sunt seminare, separantes se ab ecclesia catholica atque a Christi bonitate ac misericordia dissonantes, atque dicentes, non esse fideli post baptismum[d] locum aliquem poenitentiae; ignorantes quod per prophetam[e] clamat, *Vivo ego, dicit dominus:* [1]*Nolo mortem peccatoris, sed magis ut revertatur et vivat.* Si ergo dixerint de [2]his qui baptizandi sunt dixisse scripturam, non tamen fidelibus, audiant salvatorem post baptismum aquae dicentem de baptismo alio, poenitentiae scilicet passionis, ita: [3]*Baptisma habeo,* inquit, *baptizari*[f], *et quam festino si* [4]*finiretur*[g], ostendens utique nobis [5]post baptismum [6]quem per aquam ante dederat aliud etiam passionis poenitentiae[h] humano generi ab ipsius bonitate et clementia labentibus concedendum atque ab eodem domino tribuendum. Quod apostoli intelligentes de passione eius saluberrima post illam primam gratiam humano generi etiam hoc eum contulisse praedicabant. Ut provisor enim et omnipotens peccantibus concedit per poenitentiam ut qui lapsus est surgens ac pugnans iterum[i] [7]inque ea perseverans speret se posse a do-

1. Si volo mortem peccatoris quantum ut *A*. 2. hiis *B*. 3. baptismo *(A)b*. 4. finiretur *c*. sciretis *(A)ab*. sciret is *B*. *Reponendum puto* Baptismum (*vel* Baptismo) habeo baptizari, et quam festino si fieret is. 5. post *om*. *A*. 6. quod *A*. 7. inque ea *Bac*. atque *(A)b*.

ximiniano Herculio coepit circa A. C. 285. Sed Novatiani ecclesiam iam turbarunt post persecutionem octavam Decianam circa A. 251. Vide Tillemontium T. 3. Memor. Eccles. *(F.)*

b. a Novato quodam] Duo haereseos istius antesignani veteribus memorantur, Novatus et Novatianus, hic Romanae, ille Africanae ecclesiae presbyter. Vide Guil. Beveregii notas ad Can. VIII. Nicaen. *(F.)*

c. sicut ecclesia catholica credebant antea] „Οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν καινοτομῆσαι," *nihil circa fidem novasse* Novatianos fatetur Atticus Cpol. apud Socratem VII. 25. p. 367. *(F.)*

d. non esse fideli post baptismum] Hunc Novatianorum errorem oppugnat Eulogius apud Photium Cod. 182. et 208. E recentioribus iuvabit consulere praeter Tillemontium, Beveregiumque, Gabr. Albaspinaei observationes p. 195. seq. Io. Forbesii Instructiones Historico-Theol. p. 666. 710. seq. etc. *(F.)*

e. per prophetam] Ezech. XXXIII. 11. *(F.)*

f. Baptisma habeo, inquit, baptizari] Luc. XII. 50. Nota phrasin ἔχω βαπτισθῆναι pro μέλλω βαπτισθῆναι, cuius multa exempla congessit Io. Boisius notis ad Io. Chrysostomum Savilii Tom. VIII. p. 41. seq. *(F.)*

g. si finiretur] Ita legendum pro verbis nihili, quae exstabant in prioribus editionibus, *si sciretis*. In Graeco est: „πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ." *(F.)*

h. aliud etiam passionis poenitentiae] De hoc poenitentiae baptismate multa Io. Morinus in opere elaborato de Sacramento Poenitentiae III. 4. et IX. 2. et 13. X. 6. *(F.)*

i. qui lapsus est, surgens ac pugnans iterum] In sacra illa ad quam per bap-

mino desiderandam victoriam adipisci. In Christo enim et eius clementia et iustitia [8]et bonitas propter peccantes et poenitentes abundat quotidie, ut Paulus[k] testatus de illis est qui peccati causa non egerant poenitentiam, ut dixit in sua epistola: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* et rursum[l]: *Ne veniam ad vos, et iterum me humiliet dominus* propter quosdam, qui non egerunt poenitentiam. Et Petrus apostolus mago [9]Simoni dixerat: *Age poenitentiam, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti.* Et Paulus quem abiecerat[m] eum suscipi post tempus iterum [10]iubet. Amissionem itaque dignitatis[n] possunt perpeti tales, non detrimentum salutis, ut ait dominus[o]: *Multae mansiones sunt apud patrem meum.*

[1]Montanistae[a] sunt qui rebaptizant[b] si quos seduxerint homines, et supra baptismum ecclesiae catholicae aliud suum baptisma [2]insanientes promittunt; qui et Donatiani dicuntur a quodam Donato in Africa[c] constituto, qui hanc haeresim seminavit; qui et Cap. LXXXIII.

8. et bonitas *A.* bonitas et *reliqui.* 9. Simon *b.* 10. iubeat *A.*
Cap. LXXXIII. *in Babc. inscriptum est* Montanistae. — 1. Alii sunt Monastes qui *A.* 2. insaniunt promittentes *A.*

tismum auctoratus fuerat militia adversus diabolum. *(F.)*

k. Paulus] 2. Cor. XI. 29. „τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ;" *(F.)*

l. et rursum] 2. Cor. XII. 21. „μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ." Haec verba Pauli integra sunt, quae Philastrius suo more contraxit. *(F.)*

m. quem abiecerat] Quem Satanae tradiderat 1. Cor. V. 4., eum post poenitentiae testationem iterum recipit 2. Cor. II. 7, *(F.)*

n. Amissionem itaque dignitatis] Removendi scandali causa ex usu ecclesiae veteris clerici ad communionem redigebantur laicam, et excidebant sacris ordinibus quicunque ad poenitentiam publicam de lapsu vel crimine graviore admittebantur, ut multis notarunt Gabriel Albaspinaeus et Io. Morinus in lucubrationibus quas supra laudavi. Sed hoc loco Philastrius per dignitatem ut infra c. 89. intelligit gradum maiorem in caelesti gloria. *(F.)*

o. ut ait dominus] Io. XIV. 2. „ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν," quem locum non modo de mansionum caelestium multitudine, sed etiam de diversitate graduum veteris ecclesiae doctores acceperunt. *(F.)*

Cap. LXXXIII. — a. Montanistae] Montenses appellati sunt Donatistae, quod ecclesiam Romae primum in monte habere coeperunt, ut testatur Hieronymus in Chronico ad A. C. 356. Isidorus VIII. 5. Origg. „*Montani haeretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt.*" Montenses dicuntur etiam apud Optatum lib. 2. cap. 4. et alios. Augustino de Unitate Ecclesiae c. 3. *Rupitani*, quomodo etiam pro *Cutzumpitanis* videtur legendum Epist. 53. (vet. edit. 165.) De Montanistis aliis Montani sectatoribus supra c. 49. *(F.)*

b. rebaptizant] Vide D. Tho. Ittigii Historiam Schismatis Donatistarum, subiectam eius appendici diss. de haeresiarchis §. CXXII. seq. et quae viri docti ad Optatum, atque tomum IX. Operum Augustini edit. novae. *(F.)*

c. a quodam Donato in Africa] Duo Donati, unus Casensis sive a Casis nigris, et alter Carthaginiensis episc. Donatus magnus: ambo Schismatis ergodioctae, sed Casensis ille prior, unde Augustinus Haeresi 69. „*Donatiani vel Donatistae sunt — — huius haeresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens et contra Caecilianum Christianam dividens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinavit episcopum. Cui Maiorino Do-*

Parmeniani nunc appellantur a [3]Parmenione quodam[d], qui eorum nuper successit erroribus atque falsitati.

Cap. LXXXIV. [1]Sunt in [2]Gallis [3]et Hispanis[3] et Aquitania [4]velut abstinentes, qui et Gnosticorum [5]et Manichaeorum[b] particulam perniciosissimam aeque sequuntur, [6]eademque non dubitant praedicare, separantes persuasionibus coniugia hominum[c], et escarum abstinentiam[d] promittentes[e], [7]quae non ex legis praecepto, sed promotionis caelestis[f] et dignitatis causa voluntati hominum talis a Christo concessa est gratia. Dicit enim dominus[g] Petro, *Non omnes capiunt hoc verbum.* Et iterum idem dominus ait, *Qui dimiserit uxorem suam sine causa criminis*[h], *facit eam moechari.* Aliud est itaque consensu communi[i] hoc fieri laudis causa maioris consequendae a

3. Parmeniano *(A)b.*

Cap. LXXXIV. *in Babc. inscriptum est* ABSTINENTES. — 1. Alii sunt *A.* 2. Galliis *c.* 3. et Hispanis *B.* et Hispaniis *c.* et in Spanis *A.* et in Hispanis *ab.* 4. veluti *(A)abc.* 5. particula pernitiosissima et *A.* 6. eademque *A.* eandemque *reliqui.* 7. *Rescribo* cum non ex legis pr.

*natus episcopus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresin, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari."* *(F.)*

d. a Parmenione quodam] Hic est Parmenianus qui Donato in episcopatu Carthaginiensi successit A. C. 368., adversus quem Optati et Augustini scripta etiamnum supersunt. Auctor Praedestinati c. 69. „*Hi haeretici in partibus Italiae Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistae.*" Obiit Parmenianus A.C.391., quo superstite adhuc scripsisse Philastrium ex hoc loco recte colligas. *(Fabr.)*

Cap. LXXXIV. — a. Sunt in Galliis et Hispaniis] Ita scripsi pro *Gallis* et *Hispanis.* Perspicuum vero est a Philastrio perstringi Priscillianistas, qui circa A. C. 380. proferre se coeperunt. Vide Tillemontium T. VIII. Memor. Eccles. p. 798. [Contra eosdem liber in Symbolum Apostolorum adscriptus Ambrosio.] *(F.)*

b. Gnosticorum et Manichaeorum] Augustinus Haeresi 70. „*Priscillianistae quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum et Manichaeorum dogmata permixta sectantur.*" Confer H. Dodwelli diss. V. 10. ad Irenaeum p. 405. seq. *(F.)*

c. separantes persuasionibus coniugia hominum] [Regula fidei in Synodo Toletana I.] Leo M. Epistola ad Turibium XV. (edit. vet. 93.) cap. 7. de Priscillianistis, „*nuptias damnant et procreationem nascentium perhorrescunt, in quo, sicut paene in omnibus, cum Manichaeorum profanitate concordant.*" Concil. Braccarense I. A. C. 561. can. 11. „*Si quis coniugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichaeus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.*" *(F.)*

d. escarum abstinentiam] Idem Concilium Braccarense c. 14. „*Si quis immundos putat cibos carnium, quos deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem corporis, sed quasi immunditiam putans ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichaeus et Priscillanus dixerunt, anathema sit.*" *(F.)*

e. escarum abstinentiam promittentes] H. e. supra legitimam normam et extendentes. Similiter cap. 83.

f. promotionis caelestis] „Διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." Matth. XIX. 12. *Dignitatem* de sublimiori gradu gloriae caelestis dixit ut cap. 82. et 89. *(F.)*

g. Dicit enim dominus] Matth. XIX. 11. „οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον." *(Fabr.)*

h. sine causa criminis] Ibid. XIX. 9. „εἰ μὴ ἐπὶ πορνείας," sive ut alii codices, παρεκτὸς λόγου πορνείας." [Nisi crimine adulterii revictam. Lactant cap. 8. Epit. Institut.] *(F.)*

i. consensu communi] „Ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν." 1. Cor. VII. 5.

domino, et aliud contra legem suadere, contraque amborum facere voluntatem. Et iterum[k]: *Qui non manducat, manducantem non spernat, et qui manducat, non manducantem non iudicet.* Quod ex voluntate est itaque, laudis est amplioris, imo potius mercedis caelestis est desiderium, quod autem extra legem est, non a deo Christo est traditum, sed inani hominum praesumptione et errore inventum. Scriptum est enim[l]: *Do vobis omnia edere sicut foenum.* Hoc autem ideo faciunt, ut escas paulatim spernentes dicant eas non esse bonas, et ita non a deo hominibus escae causa fuisse concessas, sed a diabolo factas[m] ut adserant, ita sentiunt. Inque hoc iam creaturam non a deo creatam, sed a diabolo eam factam praedicare nituntur, perque hoc mendacium multorum animas captivarunt.

[1]In Africa sunt qui Circuitores[a] dicuntur. [2]Hi circumeunt terras, et quos inveniunt in via, cogunt eos ut interficiantur[b] ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium, et sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex [3]his velut biothanati[c] moriuntur, sese dantes ad praecipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum. Qui cum sine causa perire ita properant, honestae mortis sustinent detrimenta[d], et iudicio dei futuro se potius implicant quam solvunt. Cap. LXXXV.

[1]Nec desunt qui cum hominibus non sumunt escas[a], praesum- Cap. LXXXVI.

Cap. LXXXV. *in Babc. inscriptum habet* CIRCVITORES. — 1. Alii sunt in Africa Circuitores qui ita dicuntur *A.* 2. hii *B.* 3. hiis *Ba.*

Cap. LXXXVI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE CIBO ET SPIRITV SANCTO. — 1. Alii sunt qui *A.*

k. Et iterum] Rom. XIV. 3. inverso ordine: „ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενέτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω." „*Qui manducat, non manducantem ne spernet: et qui non manducat, manducantem ne iudicet.*" *(F.)*

l. Scriptum est enim] Genes. I. 29. legitur „ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον," non „ὡς χόρτον." *(F.)*

m. a diabolo factas] Hoc Priscillianistis diserte tribuitur ab Augustino haeresi 70. et in Concilio Braccarensi c. 13. *(Fabr.)*

Cap. LXXXV. — a. Circuitores] Hi sunt quos Circumcelliones appellant alii, ut Augustinus et Auctor Praedestinati c. 69. Apud Isidorum VIII. 5. pro *Crotopitis* legendum *Campitae.* *(F.)*

b. cogunt eos ut interficiantur] Mortem illis, ni id facerent, minati. Confer D. Tho. Ittigii Historiam Donatistarum §. 82. Similis in autochiriam impetus Patricianorum, de quibus supra c. 62. *(Fabr.)*

c. biothanati] Vocabulum non a βίος derivatum, sed a βία, velut βιαιοθάνατος, quod vi quadam ad mortem ruant, vel vi illata necem sibi consciscant. Vide Cangium in utroque Glossario et Elmenhorstium ad Arnobium p. 37. seq. [Petrum Wesselingium in libro Probabilium p. 35.] *(F.)*

d. honestae mortis sustinent detrimenta] Honore mortis honestae, quae per naturam eos manebat, privant se culpa sua. *(F.)*

Cap. LXXXVI. — a. cum hominibus non sumunt escas] Augustinus haeresi 71. „*Dicit Philaster esse alios haereticos, qui cum hominibus non sumunt escas, sed utrum cum aliis, qui eiusdem sectae non sunt, an etiam inter se ipsos*

ptione ducti [2] inani, putantes se melius quid facere; quia et prophetae [3] hoc, inquiunt, faciebant [b]. Ignorantes diversam oeconomiam Christi domini esse statutam hominibus [4] hi de patre et filio bene sentiunt, de spiritu autem non recte accipiunt [c], creatum credentes esse et factum sanctum spiritum, non deum, sicut scripturae nuntiant et ecclesia catholica praedicat.

Cap. LXXXVII. Alia est haeresis quae adserit cum Iudaeis debere [1] fieri pascha [a]. Isti in Galatia et Syria et Phrygia commorantur, et [2] Hierosolymis, et cum Iudaeos sequantur, simili cum eis errore depereunt. Inque hoc et suum Iudaei confirmant mendacium [b], cum pervident quosdam Christianos indoctos legis eorum magis sequi vanitatem quam regulam catholicae veritatis; et nihilominus illi cum [3] istos concelebrant, [4] ut consortes Iudaeorum criminis et sceleris [5] manifestantur atque ab [6] omnibus [7] dinoscuntur.

Cap. LXXXVIII. [1] Haeresis est etiam quae Apocrypha, id est [2] secreta, dicitur, quae solum prophetas et apostolos [a] accipit, non scripturas canonicas, id est legem et prophetas [b], vetus scilicet et novum testamentum. Et cum volunt solum illa apocrypha legere, studiose contra-

2. inanes putantes melius quid *A.* 3. hoc inquiunt *om. A.* 4. Hii *Ba.*

Cap. LXXXVII. *in ac. inscriptum est* HAERESIS ALIA DE PASCHATIS (PASCHATE *c.*) *in b.* HAERESIS ALIA DE PASCHATIS CELEBRANDI TEMPORE. — 1. facere *A.* 2. Ierosolymis *ac.* 3. istis concelebrent *A.* istis celebrabant *b.* 4. ut *om. A.* 5. manifestarentur *b.* 6. hominibus *A.* 7. dignoscerentur *b.*

Cap. LXXXVIII. *in Babc. inscriptum habet* APOCRYPHI. — 1. Alia est haeresis quae *A.* 2. secreta et solum prophetarum et apostolorum accipit scripturas canonicas *A.*

*faciant, non exprimit.*" Adelophagos vocat Praedestinati Auctor c. 71. „*dicentes non debere ita cibum sumere Christianum, ut ab alio videatur dum comedit.*" *(F.)*

b. prophetae hoc faciebant] 3. Reg. XIII. 9. *(F.)*

c. de spiritu autem non recte accipiunt] Hoc ex Philastro etiam Augustinus repetit, igitur mirum est quod Praedestinati Auctor ait Adelophagos suos trinitatem eiusdem substantiae confiteri. Interim incertum quos noster denotet, nam de aliis pneumatomachis iam dixerat supra c. 67. *(F.)*

Cap. LXXXVII. — a. cum Iudaeis debere fieri pascha] Quarta decima lunae, unde dicti Quartadecimani et Tessarescaedecatitae. Vide Epiphanium et Damascenum haeresi 50. Augustinum et Auctorem Praedestinati c. 29. et quae dicta sunt supra cap. 58. *(F.)*

b. suum Iudaei confirmant mendacium] Ut Iudaismi erroribus tanto pertinacius porro inhaereant. *(F.)*

Cap. LXXXVIII. — a. solum prophetas et apostolos] Haeretici varia iactabant et legebant scripta apocrypha, quae ut commendarent omnibus, non consulebant canonem librorum sacrorum receptum ab ecclesia, sed satis esse existimabant si modo prophetae alicuius vel apostoli nomine inscriberent. Verum ab ecclesia Christi nunquam illa recipi vel canonicis scripturis accenseri potuerunt. Apocrypha illa pleraque pridem recensui in duplici libro quorum alter est A. C. 1713. editus codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti, alter Codex Novi Testamenti Apocryphus, excusus A. 1709. et cum Auctario A. 1719. 8. *(F.)*

b. est legem et prophetas] Legem reiecerunt Valentiniani, Manichaei aliique haeretici, malo illam deo tribuentes. Ab iisdem magnam partem pro-

ria scripturis canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant, contra [3]eas dantes sententias, contra legem et prophetas contraque [4]dispositiones beatissimorum apostolorum[c] consulta ponentes, e quibus sunt maxime Manichaei, Gnostici, Nicolaitae, Valentiniani, et alii quam plurimi[d], qui apocrypha prophetarum et apostolorum, id est Actus separatos[e] habentes canonicas legere scripturas contemnunt. Propter quod statutum est ab [5]apostolis et eorum successoribus[f] non aliud legi in ecclesia debere catholica nisi legem et prophetas et evangelia, et Actus apostolorum et Pauli tredecim epistolas, et septem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudae unam, et [6]unam Iacobi, quae septem Actibus apostolorum coniunctae sunt. Scripturae autem absconditae, id est apocrypha, [7]etsi legi debent morum causa a perfectis, non ab omnibus [8]legi debent[g], [9]quia non intelligentes multa addiderunt et tulerunt[h] quae voluerunt haeretici. [10]Habent Manichaei[i] apocrypha beati Andreae apostoli, id est Actus quos fecit veniens de Ponto in Graeciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes [11]apostolum, unde et habent Mani-

3. eas *A.* eos *reliqui.* 4. disputationes *b.* 5. apostolis beatis et *A.* 6. Iacobi unam *b.* 7. et legi *b.* 8. legi *om. A.* 9. quia *A.* qui *reliqui.* 10. Habent *ego.* Nam *libri omnes.* 11. beatum apostolum *A.*

pheticorum librorum, quotquot sunt canonici, repudiatam fuisse constat. *(F.)*

c. contraque dispositiones beatissimorum apostolorum] Mox dicet statutum esse de libris sacris ab apostolis et eorum successoribus, ubi notata a me, si placet, vide. *(F.)*

d. et alii quam plurimi] Ut Ebionitae, Encratitae, Apotactici et Priscillianistae. *(F.)*

e. Actus separatos] Monumenta longe diversa ab illis quibus ecclesia catholica utitur. *(F.)*

f. statutum est ab apostolis et eorum successoribus] In canone LXXXV., sive ultimo eorum quos apostolicos vocamus, de libris sacris in ecclesia tenendis statutum legitur, in quo similiter ut apud Philastrium omittitur Apocalypsis et epistola ad Hebraeos, quae utraque scripta tamen noster amplecti se alibi testatur, ut c. 60. et 89. Potuit etiam Philastrius in mente habuisse canonem Laodicenum LX. (A. 367.) „ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι," nisi quod ibi epistolae Pauli quatuordecim commemorantur. De ordine librorum sacrorum et quod Actus apostolorum epistolis catholicis adiunguntur, vide quae notavi in Codice Apocrypho N. T. p. 750. et Humfredum Hody de Bibliis Original. IV. 4. p. 644. sqq. *(F.)*

g. a perfectis non ab omnibus legi debent] Canonicas itaque scripturas non dubitabat Philastrius ab omnibus legi debere. Perfecti sunt οἱ μεμυημένοι, doctrina Christiana iam non tincti, sed imbuti. *(F.)*

h. quia non intelligentes multa addiderunt et tulerunt] In superioribus editionibus male *qui* fuit pro *quia.* Porro *tulerunt* dixit pro sustulerunt. *(F.)*

i. Habent Manichaei apocrypha] Certum puto, vocabulum *Manichaei* hoc loco alienum esse: utrum vero *Matthaei* pro eo scribendum sit, an *Matthiae Apocrypha et beati Andreae,* an vocabulum illud *Manichaei* plane temere insertum atque adeo nullo alio reposito expungendum sit, velim MSS. Codicum iudicio potius quam meo definiri. De universis autem illis actibus et scriptis, quae vel Matthaeo vel Matthiae, vel Andreae etiam aut Iohanni ac Petro, aliisque apostolis per Manichaeos haeriticosque alios supposita sunt, nolo repetere ea quae in Codice Apocrypho Novi Test. exposui. *(F.)*

chaei: et alii tales[k] Andreae beati, et Ioannis Actus evangelistae, beati et Petri similiter apostoli, [12]et Pauli pariter apostoli, in quibus quia signa fecerunt magna et prodigia, ut pecudes et canes et bestiae loquerentur, etiam [13]eo animas hominum tales velut canum et pecudum similes imputaverunt esse haeretici perditi[l].

Cap. LXXXIX. Sunt alii [1]quoque[a], qui epistolam Pauli ad Hebraeos non adserunt esse [2]ipsius, sed dicunt aut Barnabae[b] esse apostoli aut Clementis[c] de urbe Roma episcopi; alii autem Lucae[d] evangelistae. [3]Aiunt epistolam etiam ad Laodicenses[e] [4]scriptam[f]. Et quia addiderunt in ea quaedam non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, et si legitur a quibusdam, non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim epistolae ipsius, et ad Hebraeos interdum. Et in ea [5]quia rhetorice scripsit, sermone plausibili[g], inde non pu-

12. et Pauli pariter apostoli *om. c.* 13. eo *ego.* et *libri omnes.*

Cap. LXXXIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS QVORVNDAM DE EPISTOLA PAVLI AD HEBRAEOS. — 1. quoque *om. A.* 2. ipsius *om. A.* 3. *Ita haec verba distinguenda esse putavi. In B. legitur* Episcopi. Alii autem Lucae Evangelistae aiunt Epistolam etiam *cett. in c. contra* Episcopi. Alii autem Lucae Evangelistae aiunt: Epistolam etiam *cett.* 4. scripta beati apostoli quidam volunt legere quia *A.* 5. quia *om. A.*

k. et alii tales] Et alii haeretici tales Actus habent Andreae beati cett.

l. velut canum et pecudum similes imputaverunt esse haeretici perditi] *Imputare* usurpat pro putare. Quemadmodum etiam supra cap. 79., certe in cod. Sangerm. Verba Philastrii lucem capiunt ex Ephiphanio Haer. LXVI. p. 625. ed. Petav., ubi de Manichaeis. „Εἶναι δὲ, inquit, ἐκ τῶν δύο ἀρχῶν τὰ πάντα, καὶ συνεστάναι. Καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν τὰ ἀγαθὰ πάντα ποιεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν ὁμοίως τὰ φαῦλα. Ἔχειν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τῶν δύο τούτων ἀρχῶν τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὴν μὲν μίαν ἀρχὴν πεποιηκέναι τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν εἶναι τῆς ἑτέρας. Αὐτὴν δὲ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν παντὶ ζώῳ καὶ πετεινῷ καὶ ἑρπετῷ καὶ κνωδάλῳ· οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς τὴν τῆς ζωῆς ἰκμάδα κίνησιν εἶναι τῆς ψυχῆς φάσκων, ἣν καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχουσαν λέγει." Cf. Philastri Haeres. 100.

Cap. LXXXIX. — a. Sunt alii quoque] In occidente praesertim, qui tamen haereticis ideo adscribi noluerint. Petrus Blaesensis: „*Ad Hebraeos epistola a plerisque Latinis Pauli esse incerta, propter dissonantiam sermonis: eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente suspicantur.*" Fuse et erudite de hoc argumento Frid. Spanhemius in libro de Auctore epistolae ad Hebraeos quam Paulo apostolo vindicat, et Tillemontius T. I. Mem. Eccl. p. 311. 607. seq. *(F.)*

b. Barnabae] Ita Tertullianus c. 20. de Pudicitia, ad quem locum respiciunt Hieron. c. 5. de Script. Eccles. et Primasius praef. in epist. ad Romanos. Vide si placet quae notavi lib. IV. Bibl. Graecae c. 5. p. 161. *(F.)*

c. aut Clementis] Ob dictionis similitudinem, saltim Graecam versionem epistolae ad Hebraeos ex Hebraico factam a Clemente putarunt olim non pauci, ut constat ex Eusebio III. 38. Hist., Gobaro apud Photium Cod. 222. et Theophylacto. *(F.)*

d. Lucae] Huius sententiae, quae epistolam ad Hebraeos Lucae non dubitat adscribere, meminit etiam Lanfrancus Cantuariensis praef. in Pauli epistolas. *(Fabr.)*

e. epistolam ad Laodicenses] Suppositam Paulo occasione petita ex Coloss. IV. 16. et memoratam iam olim etiam Hieronymo, Theodoreto aliisque, ut demonstravi in Codice Apocrypho Novi Testam. p. 853. seq. *(F.)*

f. Aiunt epistolam etiam ad Laodicenses scriptam] Videlicet Pauli esse apostoli.

g. sermone plausibili] Origenes apud Eusebium VI. 25. Hist. p. 227. notavit epistolam ad Hebraeos esse „συνθέσει

tant esse eiusdem apostoli: et quia [6]et factum Christum[h] dicit in ea, inde non legitur; de poenitentia autem propter Novatianos[i] aeque. Cum ergo factum dicit Christum, corpore, non divinitate, dicit factum, cum doceat ibidem quod divinae sit et paternae substantiae filius. *Qui est splendor gloriae*[k], inquit, *et imago substantiae eius.* Poenitudinem etiam non excludit docendo, sed diversum gradum dignitatis ostendit inter [7]hunc qui integrum custodivit et illum qui peccavit. Dignitatis est igitur detrimentum[l] in eo qui peccavit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnaverit [8]per martyrium, recipiet pristinam [9]dignitatem, aut si condigne in hoc seculo vixerit, impetrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa epistola rebaptizatores excludit[m], non baptismum poenitentiae [10]abnegat conferendum, quod interdum in multis [11]fructuosum inveniatur poenitentibus, quod postea fide, vita, bono opere et in hoc seculo a domino collaudati sunt perseverantes iam in rebus bonis et operibus fructuosis, quod dominus dixerat per prophetam[n], [12]*Non ero memor malorum eius, sed bonorum potius, si iam in bonis* [13]*permanserit operibus.*

[1]Melitiani sunt a Melitio[a] quodam in Aegypto, qui de parte fue- Cap. XC.

6. et *om. A.* 7. hanc *b.* 8. per *om. b.* 9. sanitatem *A.* 10. *Vulgo distinctum reperitur* abnegat. Conferendum *cett.* 11. infructuosum invenietur *A.* 12. Nemo *b.* 13. permanserint *abc.*

Cap. XC. *in Babc. inscriptum est* Melitiani. — 1. Sunt alii a Melitio *A.* Melitiani sunt in Melitio *b., vitiose.*

τῆς λέξεως ἑλληνικωτέραν, οὐκ ἔχουσαν τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ ἀποστόλου." *(Fabr.)*

h. factum Christum] Hebr. III. 2. „πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν." [Scilicet ἀρχιερέα, ut recte Photius III., 10. pag. 46. c. Manichaeos.] Quod eodem sensu intelligendum quo Actor. II. 36. „ὅτι κύριον καὶ χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε." *(F.)*

i. de poenitentia autem propter Novatianos] Hebr. VI. 4. et X. 26. *(F.)*

k. splendor gloriae] Hebr. I. 3. „ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ." *(F.)*

l. Dignitatis est igitur detrimentum] Sic supra cap. 81. ubi de Novatianis: „*amissionem itaque dignitatis possunt perpeti tales, non detrimentum salutis.*" *(Fabr.)*

m. rebaptizatores excludit] Nam ἅπαξ φωτισθέντας Hebr. VI. 4. est *semel baptizatos.* Itaque Ionas Aurelianensis lib. 1. contra Claudinm Taurinensem (in Orthodoxographis pag. 1221.) „*Impossibile est peccata quae post baptismum admittuntur, baptismatis iteratione purgari. Quia scilicet Christus semel mortuus est carne in cruce, sic et nos semel morimur in baptismate, non carne sed peccato. Ac per hoc sicut ille crucifigi non potest, ita et nos baptizari nequimus. Peccata porro quae per baptismum committuntur, poenitentiae lacrimis et eleemosynarum largitionibus diluuntur.*" *(F.)*

n. per prophetam] Ezech. XXXIII. 16. „πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτοῦ, ἃς ἥμαρτεν, οὐ μὴ ἀναμνησθῶσιν, ὅτι κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐποίησεν, ἐν αὐτοῖς ζήσεται." In eandem sententiam XVIII. 28. *(F.)*

Cap. XC. — a. Melitio] Meletius sive Melitius Aegyptius Lycopoleos in Thebaide episcopus, a Petro Alex. exauctoratus quod idolis in persecutione sacrificasset, schisma fecit circa A. C. 301., de quo vide Athanasium Apologia 2. p. 777. Synodicum Pappi c. 32. Socratem lib. I. Hist. p. 14. et 28. seq. Theodoretum lib. 1. Hist. Eccles. c. 8. et IV.

rat Ariana[b], et abiectus est ab ecclesia catholica, qui postea quasi verum sequendo susceptus est[c], et discipuli eius cum eo pariter. Atque iterum indifferenter post haec agere cupientes communicabant et haereticis[d] et ecclesiae catholicae. Quorum cum cognovisset indifferentiam, exsortes eos suae communionis effecit ecclesia catholica.

Cap. XCI. Alii sunt in Aegypto et Alexandria a Rhetorio quodam[b] [1] qui omnes laudabat haereses, dicens omnes bene sentire et neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos et male [2] eos credere non sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem vituperabat? Ergo non tenet quod verum est. Et Photinus[c] ergo laudandus est haereticus, qui Christum dominum negat esse ante secula cum patre, et omnis haeresis quae blasphemat aut in patrem aut in filium aut in spiritum. Cur itaque blasphemos haereticos laudat, cum eos Christus dominus[d] ex hoc iam seculo damnaverit, dicens non dimitti

Cap. XCI. *in Babc. habet inscriptum* RHETORII a. — 1. homine qui *A.* 2. eos credere non *A.* eos non credere *reliqui.*

7. de Haereticis Fab., Augustin. et Auctorem Praedestinati Haeresi 48. Alii Meletiani a Meletio Antiocheno, de quibus Tillemont. T. VII. Memor. pag. 9. *(Fabr.)*

b. de parte fuerat Ariana] Arium initio schismati Melitii Aegyptii suffragatum testatur Sozomenus lib. I. cap. 15., sed mox relicto Melitio ordinatum a Petro Alexandrino diaconum, deinde iterum Petri Melitianis infesti acta improbasse. At Meletianos ipsos cacodoxos fuisse negat Theodorus Studita epist. 40. T. 5. Opp. Sirmondi p. 326. et Meletium nihil ab ecclesiae catholicae fide alienum docuisse testatur Epiphanius LXVIII. 1. et 3., quinimo Arii haeresin ab eo deprehensam et ad Alexandrum Alexandrinum delatam narrat LXVIII. 4. Cum Arianis tamen Melitianos postea communicasse idem refert LXVIII. 6. „νῦν δὲ Ἀρειανοῖς συναφθέντες." Damascen. haeres. 68. *(F.)*

c. quasi verum sequendo susceptus est] In concilio Nicaeno, ubi et episcopi nomen Meletio relictum, et Meletianis permissum partes muneris sui obire in ecclesia, solo suffragii iure in electionibus ademto. Vide Valesium ad Socratem lib. 1 c. 9. *(F.)*

d. et haereticis] Arianis. Vide Epiphanium T. I. pag. 721. Tillemontium T. VI. Memor. etc. *(F.)*

Cap. XCI. — a. Rhetorii] Auctori Praedestinati c. 72. Philastrum citanti ex Augustino, Rhetoriani. [Athanasius l. c. Apollinar. p. 926. „δώσετε γὰρ πᾶσιν αἱρετικοῖς κατὰ τὴν τοῦ ποτε λεγομένου Ῥητορίου ἔννοιαν ἀσεβεστάτην, οὗ καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐξειπεῖν φοβερόν." Augustino iudice dogma, quod Rhetorianis Philaster tribuit, tam absurdum est, ut ipsi incredibile videatur. Cum doctrina Apellis confert Cotelerius ad Constit. Apost. VI. 10.] *(F.)*

b. a Rhetorio quodam] Suspicor sub Rhetorio hoc rhetorem latere Themistium, qui oratione duodecima ad Valentem p. 159. et quinta ad Iovinianum p. 69. docet varietate illa opinionum de rebus divinis adeo non offendi numen, ut etiam delectetur. In eandem sententiam Symmachus apud Prudentium II. 772.

*„Persistit tamen, affirmans iter esse viandi*
*Multifidum variumque, deus cum quaeritur unus.*
*Hinc alios, ast inde alios properare seorsum*
*Quemque per anfractus proprios, sed compita eodem*
*Fine coartari, simul et concurrere in unum."* *(F.)*

c. Photinus] De cuius haeresi supra c. 65. *(F.)*

d. Christus dominus] Matth. XII. 31. *(Fabr.)*

hominibus blasphemiam in spiritum sanctum blasphemantibus et perseverantibus, neque hic neque in [3]futuro? Propter quod constat et [4]istum esse haereticum, imo potius nihil scire, qui eos laudandos, non vituperandos et abiiciendos iudicaverit.

Alia est haeresis quae dicit divinitatem doluisse[a], cum caro pateretur in cruce coniuncta divinitati, [1]errans in eo quod non solum divinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neque videri, verum etiam nec anima hominis, quae a deo facta est, dicente domino[b], *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timete hunc potius, qui potest animam et corpus perdere in gehennam.* [2]Errant itaque modis omnibus qui dicunt divinitatem Christi esse [3]natura passibilem, et impie sentiunt aut doluisse aut fleuisse aut [4]ingemuisse: passio enim Christi est carnalis, [5]naturaliter[c] non divinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur a Iudaeis qui erat in carne passibili loquendo, qui de lege et prophetis deus verus nuntiabatur, palamque in carne venturus [6]praedicabatur dicente propheta[d]: *Deus palam veniet;* et iterum [7]eodem propheta David[e]: *Dominus pars haereditatis meae, et calicis mei.* Qui est enim calix nisi eius passio[f]? qui tantae bonitatis munus et clementiae humano generi conferens ab Iudaeorum [8]iniquissimo ignorabatur populo. Passus itaque est carne passibili, [9]non divinitate, naturaliter impassibili, qui et [10]agnoscitur et creditur non [11]absente tamen divinitate, sed [12]coniuncta cum corpore pariter propter mysterium consummationis[g] statutum ac definitum antea. Quod sciens apostolus non separavit in cruce divinitatem Cap. XCII.

3. futurum *A*. 4. iustum *b*.
Cap. XCII. *in abc. inscriptum habet* De divinitate Christi haeresis. — 1. errantes quod *A*. 2. Erant *Ba*. 3. naturam *A*. 4. gemuisse *A*. 5. naturaliter carne, non *c*. 6. praedicatur *A*. 7. eodem *om. Ac*. 8. nequissimo *A*. 9. divinitate, naturaliter impassibili *om. A*. 10. ignoscitur *A*. 11. absente tamen divinitate, sed *om. A*. 12. iuncta *A*.

Cap. XCII. — a. divinitatem doluisse] Error hic notatus speciatim in iis, qui a Christo carnem sine anima susceptam, et loco animae fuisse illi λόγον docuerunt, ut dixi supra ad c. 69. Theoponetas vocat Auctor Praedestinati cap. 73. Theopassianos Danaeus ad Augustin. c. 73. Nicephoro XV. 28. aliisque Theopaschitae. *(F.)*

b. dicente domino] Matth. X. 28. Ex hoc loco tamen male colligit Philaster animam dolori non esse obnoxiam, et animam Christi doluisse ipse c. 69. recte notaverat ex Matth. XXVI. 38. *(F.)*

c. naturaliter carne] Vocabulum *carne* adiunxi, sensu illud requirente. *(F.)*

d. propheta] Psal. L. 3. „ἥξει ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται." *(F.)*

e. David] Psal. XVI. 5. „Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου." *(F.)*

f. Qui est enim calix nisi eius passio?] Ex Matth. XX. 22. Confer S. Maximi Opera T. 1. p. 73. seq. *(F.)*

g. mysterium consummationis] Infra hoc capite: „*Mysterium nostrae causa salutis consummabatur a domino, ut plena devictio fieret inimici.*" Ex Iohann. XIX. 30. „τετέλεσται." *(F.)*

a carne, dicens, *Si enim cognovissent, nunquam dominum maiestatis*[h] *crucifixissent.* Paulus itaque coniunxit utrumque ut Christi bonitatem et misericordiam nobis manifestaret plenissimam. Petrus autem[i] apostolus quod natura est passibile et quod est impassibile docuit ex aperto, dicens, *Mortuus quidem est corpore, vivificatus autem spiritu.* Neque ergo caro a divinitate nec divinitas a carne aberat cum caro pateretur humana naturaliter, et in hoc [13]ipso permittente Christi divinitate mysterium nostrae causa salutis [14]consummabatur a domino, ut plena devictio fieret inimici, ut in quo videbatur ut homo pati, qui deus erat in carne, non sibi sed nobis iam vinceret inimicum, nobisque ante devictis[k] in sui passione in eum credentibus vincendi potentiam aperiret, eumque sequentibus caelestem gloriam ministraret. Non ergo [15]dei naturalis passio et dolor talis in divinitate eius gignebatur, sicut quidam aestimant (alioquin homo solum erat, non deus et homo, ut scriptum est)[l], sed mysterium nostrae causa salutis aeternae consummabatur, quod ante fuerat nuntiatum a lege pariter et prophetis.

Cap. XCIII. [1]Est haeresis quae dicit veluti triformem deum[a] esse et compositum, ut quaedam pars patris, quaedam filii, quaedam spiritus sancti sit, atque ita credi debere [2]adserit, et hoc dicens nescit nec intelligit divinae scripturae sententiam. Triformem enim quandam [3]dicens substantiam multo [4]blasphemat maxime ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est vera persona patris[b], quae misit filium, et est vera persona filii quae advenit de patre, et est vera persona spiritus quae a filio et patre missa est. Trium itaque harum personarum una est veritas, maiestas et [5]substantiae aequalitas et divinitas sempiterna. Qualis est enim[c] im-

13. ipso *A.* ipsa *reliqui.* 14. consummatur *b.* 15. dei *om. A.*

Cap. XCIII. *in abc. inscriptionem habet* HAERESIS TRIFORMEM DEVM FACIENS. — 1. Alia est haeresis *A.* 2. asserunt, et hoc dicentes nesciunt nec intelligunt *A.* 3. dicentes *A.* 4. blasphemant maxime ignorantes *A.* 5. substantia aequalis *A.*

h. dominum maiestatis] Κύριον τῆς δόξης 1. Corinth. II. 8. Confer Alcimum Avitum Epist. 3. *(F.)*

i. Petrus autem] 1. Petr. III. 18. „θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι." *(F.)*

k. nobisque ante devictis] Vincendis facile, nisi ipsius ope et auxilio defenderemur. *(F.)*

l. ut scriptum est] Ioh. I. 14. atque aliis in locis. *(F.)*

Cap. XCIII. — a. triformem deum] Danaeo ad Augustinum haeresi 74. *Triformii* sive *Triformiani*, Auctori Praedestinati c. 74. *Triscilidae*, an *Triselidae* vel *Triscelidae*, diversi a Tritheitis, sed propriores Sabellianis, de quibus Philastrius supra c. 54. [Adde Chifletium ad Virgilium p. 145.] *(F.)*

b. vera persona patris] Symbolum Athanas. „*Alia est persona patris, alia filii, alia spiritus s. Sed patris et filii et spiritus s. una est divinitas, aequalis gloria, et coaeterna maiestas.*" *(F.)*

c. Qualis est enim] In eodem sym-

mensa et inenarranda patris persona, talis est et filii, talis est [6] et sancti spiritus, ut in distinctione nominum ac trium personarum non sit aliqua naturae diversitas. Immensibilis[d] est igitur haec trinitas, [7] invisibilis et inenarrabilis, quae fide solum cognoscitur, non tamen expositione humanae vocis ac sensu mortali condigne expromitur. Cum enim dicit[e] mittere patrem filium et filium mittere spiritum sanctum, personarum causa [8] dicit, non loci separatione disiunctos ostendit, propter Sabellium scilicet et Photinum[f] haereticos, qui condigne de deo intelligere noluerunt, dicente domino[g], *Cui me similem* [9] *fecistis, dicit dominus, et cui similis ero? Sicut enim caelum distat a terra*[h], *ita distant* [10] *sensus vestri, et cogitationes et consilia vestra a sensibus et cogitationibus meis, dicit dominus.* Cum ergo dicit misisse patrem, [11] et missum fuisse filium, personarum causa dicit, ne quis aut ipsum patrem aut ipsum filium esse aestimet, quod [12] ita sentiens delirat Sabellius. Et ne iterum missus filius de caelo aestimetur non esse ubique [13] in patre, dixit quidem se missum a patre, ubique tamen [14] esse cum patre ostendit, dicens[i], *Pater, qui me misit, mecum est.* Non ergo separationem loci [15] dixit, cum omnia et ipse filius compleat contineatque cum patre et sancto spiritu, sed ut patris veram personam, et filii talem [16] qualem patris, et sancti spiritus sicut filii veram [17] credamus personam, harumque trium personarum unam qualitatis substantiam[k], [18] maiestatem et potentiam cognoscamus, haec ita docere dignatus est, [19] et in carne maxime constitutus, in qua et eius humilitas enituit seculo et inenarranda resplenduit bonitas et condescensio[l] fragilitatis humanae, in tam copiosa clementia ac libe-

6. et *om.* (*A*)*abc.* 7. et invisibilis et *A.* 8. dicit, non loci (locis *A.*) separatione disiunctos ostendit *ABac.* dicit separatione disiunctos et ostendit *b.* 9. facitis *A.* 10. sensus vestri et *om. A.* 11. et missum *A.* emissum *reliqui.* 12. ita non sentiens *A.* 13. cum patre *A.* 14. se esse *A.* 15. dicit *b.* 16. qualem *A.* qualis *reliqui.* 17. credamus personarumque trium personam. Nam qualitatis *A.* 18. maiestatem et potentiam *om. A.* 19. et *om. A.*

bolo: „*Qualis pater, talis filius, talis spiritus s.*" (*F.*)

d. Immensibilis] Hoc *immensum* alii, Salvianus dixit *immensurabilem.* (*Fabr.*)

e. Cum enim dicit] Humana voce utens Salvator Ioh. V. 30. 37. VIII. 16. 18. etc. Ioh. XV. 26. XVI. 7. etc. (*F.*)

f. Sabellium scilicet et Photinum] Quorum ille confundit personas, hic naturam dei distrahit. De Photino dictum c. 65. (*F.*)

g. dicente domino] Esa. XL. 18. „τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν;" (*F.*)

h. Sicut enim coelum distat a terra] Es. LV. 9. (*F.*)

i. dicens] Ioh. VIII. 16. „ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ πέμψας με πατήρ." (*Fabr.*)

k. unam qualitatis substantiam] Contra Eunomium qui tres diversas qualitatis substantias docebat, c. 68. Infra c. 109. „*Trinitatem quidem personarum, unius tamen maiestatis et substantiae ac divinitatis aequalem potentiam* (David) *nuntiabat.*" (*F.*)

l. condescensio] *Condescensionem* posuit pro eo quod nos Itali dicimus *con-*

ralite ut generi manifestaretur humano, [20] haec ita dignatus est operari atque loqui pro nostra salute, ut nos scire de deo et capere et intelligere aliqua ex parte valeamus.

Cap. XCIV. [1] De caelorum diversitate[a] est haeresis quae [2] ambigat. Scriptura[b] enim in primo die caelum et terram facta declarat duo haec elementa, [3] secundo firmamentum [4] aquae factum, et nihilominus ipsum firmamentum caelum appellatum fuisse testatur. David[c] autem dicit de caelis ita: *Laudate dominum [5] caeli caelorum, et aquae quae super caelos sunt.* Sive ergo sex caelos[d], secundum David, et septimum hoc firmamentum[e] accipere quis voluerit, non errat: nam [6] Solomon[f] tres caelos dicit, ita: *Caelum, et caelum caeli.* Paulus aeque apostolus[g] usque ad tertium caelum se raptum [7] fatetur. Sive ergo septem quis acceperit, ut David, sive tres, sive duos, non errat, quia et dominus ait[h]: *Pater qui in caelis est.* Nam et [8] pagani unum caelum, et [9] caelos profitentur interdum. David [10] ergo quod plenum est docuit: [11] Solomon autem quod ex parte est, et beatus Paulus aeque. Liber autem Geneseos duos caelos[i] [12] nobis nuntiavit.

Cap. XCV. Alia est haeresis[b] quae de terra ambigit, dicens hanc esse so-

20. haec dignatus *A.* et haec ita dignatus *volebat Galeardus.*

Cap. XCIV. *in abc. habet inscriptum* DE CAELORVM DIVERSITATE. — 1. Alia est haeresis quae de caelorum diversitate ambigit *A.* 2. ambigit *Ab.* 3. secundo die *A.* 4. aeque *b.* 5. de caelis *A.* 6. Salomon (*A*)*bc.* 7. confitetur *A.* 8. pagani vanissimi unum *A.* 9. polos *Ba.* polus *A.* 10. ergo beatus quod *A.* 11. Salomon (*A*)*bc.* 12. nobis *om. A.*

Cap. XCV. *in abc. inscriptionem habet* HAERESIS TERRAM BEATITVDINIS[a] IGNORANS AC REPROBANS. —

*descendenza, condescensione,* latine *indulgentia.* (Galeard.) Confer Du Cangii Gloss. s. v.

Cap. XCIV. — a. De caelorum diversitate] Parum solida sunt quae hoc capite disputat Philastrius, et recte Augustinus totum hoc, ut alia plura in haeresibus suis, praetermisit. *(F.)*

b. Scriptura] Genes. cap. I. vers. 1. et v. 8., unde duos coelos a libro Geneseos nobis nuntiari infra concludit. Nec plures inde quam duos esse coelos contendit Cosmas Indopleustes III. p. 177. VII. p. 276. IX. p. 312. *(F.)*

c. David] Psal. CXLVIII. 4. „αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν." *(F.)*

d. sex caelos] Quoniam vocabulum dualis numeri הַשָּׁמַיִם triplici vice apud Davidem occurrit, hinc sex coelos ex eius verbis colligit Philastrius, et una simul computato firmamento, septem coelos a Davide accipi infra affirmat. *(Fabr.)*

e. septimum hoc firmamentum] Ex Genes. I. 8. *(F.)*

f. Solomon] 3. Reg. VIII. 27. „ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι." *(F.)*

g. Paulus apostolus] 2. Cor. XII. 3. „ἁρπαγεὶς ἕως τρίτου οὐρανοῦ." *(F.)*

h. et dominus ait] Matth. VI. 9. „Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(F.)*

i. caelos] Sic octo coelorum meminit Simplicius ad Epictetum p. 233. ex eorum sententia scilicet, qui orbitas planetarum pro coelis computant. *(F.)*

Cap. XCV. — a. terram beatitudinis] Uti tituli capitum non sunt ab ipso Philastrio, ita hic praesens est etiam a scopo Philastrii alienus, neque enim de terra beatitudinis illi sermo, sed de terra illa invisibili et incomposita Genes. I. 2. *(Fabr.)*

b. Alia est haeresis] Haec quoque

lam[c], et aliam non esse, ignorans quod alia est, quae veluti matrix [1]est omnium rerum[d] universaque continet, [2]quae quasi ὕλη, id est materia, reperitur in scripturis[e], quae est invisibilis et incomposita[f], quae a deo facta est in primo die. Haec autem, in qua habitamus, super aquam fundata ostenditur, ut dixit David[g]: *Qui fundasti terram super aquam.* Nam matrix omnium rerum terra immensa est, illa prior quae in primo die facta est, quae continet aquam, et hanc [3]terram quae habitatur a nobis, quae et humano generi et volatilibus, serpentibus, pecudibus ceterisque aliis fruges et fructus[h] exhibet [4]opulenter, iussa a Christo[i] [5]domino salvatore, sicut scriptum est in libro Geneseos, creaturae servire[k].

Alia est haeresis[a] quae de aqua ambigit, quod non facta sit [1]a deo[b], sed semper esse eam ex semetipsa [2]adserit, ignorans quod si maius elementum[c] factum [3]est, id est terra, quanto magis et minus, id est aqua, quae continetur a terra, dicente propheta Iona[d], Cap. XCVI.

1. est *om. A.* 2. quaeque quasi *A.* 3. terra *b.* 4. opulentos iussos *A.* 5. domino *om. A.*

Cap XCVI. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS AQVAM A DEO FACTAM ESSE NEGANS. — 1. a domino semper *A.* 2. asserunt ignorantes *A.* 3. est *om. b.*

Augustino praetermittenda visa est iure merito. *(F.)*

c. hanc esse solam] Philastrius velut duas terras invicem distinguendas putat, unam materiae communis instar datam rebus omnibus, de qua Moses in primis Geneseos verbis: „*in principio creavit deus coelum et terram:*" et alteram, quae super aquis deinde emersit arida Genes. I. 10. Infra cap. 96. „*alia est terra quae continet universa, et alia est quae super aquam fundata est*" etc. *(Fabr.)*

d. veluti matrix omnium rerum] Cum Philastrio ita senserunt alii veteres, ut Augustinus libro de Genesi contra Manichaeos, aliisque in locis, Caesarius quaestione 51. T. 1. Auctarii Ducaeani p. 582. etc. Vide Petavii Dogmata Theol. de Opificio sex dierum lib. 1. c. 2. *(F.)*

e. in scripturis] In libro Sapientiae XI. 17. „ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης." *(F.)*

f. invisibilis et incomposita] תהו ובהו Genes. I. 2. Vide Chalcidium p. 372. *(F.)*

g. David] Psal. CXXXVI. 6. „τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων." Similiter 2. Petr. III. 5. „γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα." Non ἐξ ὕδατος tanquam ex materia, sed quoniam ex aquis eminet: quod ἐξ ὕδατος ἀνασχεῖν dixit Cyrillus VI. in Iulian. p. 192. „Καὶ γὰρ γῆν τὸ ὕδωρ φέρει," ut ait Iarchas Indus apud Philostratum lib. 3. cap. 11. Idem visum Aegyptiis et Thaleti. Vide Simplicium 2. de Caelo p. 127. et Thomam Burnetum lib. 2. Archaeologiae cap. 3., sed et Andream Dounaeum notis ad Chrysostomum T. VIII. p. 283. *(F.)*

h. fruges et fructus] Fruges terrae frumentum: fructus arborum. *(F.)*

i. iussa a Christo] Christus verbum patris, per quem omnia creavit. Ioh. I. 3. Coloss. I. 16. *(F.)*

k. creaturae servire] Genes. I. 11. et 30. seq. *(F.)*

Cap. XCVI. — a. Alia est haeresis] Danaeo ad Augustinum cap. 75. *Aquei*, Auctori Praedestinati c. 75. *Hydrotheitae.* *(F.)*

b. quod non facta sit a deo] Quia Moses scilicet non factas, sed tantum congregatas aquas memorat. *(F.)*

c. maius elementum] Elementa vocat solem, lunam et stellas etiam alibi. Ut cap. 61. 109. 123.

d. Iona] I. 9. „δοῦλος κυρίου εἰμὶ ἐγὼ - - ὃς ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν." *(F.)*

*Ego servus sum dei, qui fecit mare et* [4] *aridam.* Et David[e] idem dicit factam aquam a domino. Et tres pueri itidem[f]. Alia itaque est terra[g] quae continet universa, et alia est quae super aquam fundata est, quippe ista quae habitatur a nobis, de qua ait propheta[h], *Qui fundasti terram super aquam.* Non illam [5] utique primam, hanc itaque renovari[i] [6] et purgari necesse est, quam et moveri[k] [7] saepe cognoscimus terraemotu, de qua ait dominus[l], *Ego* [8] *faciam novum caelum, et novam terram.* Et iterum[m] dominus ait caelum et terram transire in evangelio. Haec terra itaque veluti de radicibus illius prioris cognoscitur habere substantiam, quae supra aquam subsistere iussa est, quae copiose[n] humano generi exhibet alimenta.

Cap. XCVII. [1] Haeresis est quoque[a b] quae dicit ante corpus fuisse hominis

4. terram *A*. 5. *Rescripserim* itaque primam, hanc utique *cett.* 6. et purgari necesse est, quam et moveri *om. A*. 7. se cognoscimus *A*. 8. facio *A*.
Cap. XCVII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE IMAGINE DEI IN CORPORE HUMANO. — 1. Alia est haeresis quae *A*.

e. Et David] Psal. CIV. 3. et 6. Confer Severianum Gabalensem homilia I. de Creatione Mundi p. 215. T. I. Auctarii noviss. Combefisiani. *(F.)*

f. tres pueri itidem] Hi in carmine suo inter alias res creatas etiam aquas excitant ad laudes conditoris celebrandas v. 11. „εὐλογεῖτε ὕδατα πάντα" etc. *(Fabr.)*

g. Alia itaque est terra] De hac duplici terra dictum capite superiore. *(F.)*

h. propheta] Psal. CXXXVI. 6. *(F.)*

i. renovari et purgari] In consummatione saeculi. Vide quae supra c. 80. *(Fabr.)*

k. quam et moveri] Vide quae ad cap. 102. *(F.)*

l. ait dominus] Es. LXV. 17. „ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή." *(F.)*

m. Et iterum] Luc. XXI. 33. *(F.)*

n. copiose] Male editiones quaedam *copioso*. *(F.)*

Cap. XCVII. — a. Haeresis est quoque] Auctori Praedestinati cap. 76. vocantur *Homuncionitae*, parum apto vocabulo, et quo ab aliis constat esse dictos, qui Christum pro mero homine habuerunt, uti in Conflictu Arnobii et Serapionis statim sub initium iidem dicuntur *Homuncionates.* Danaeus quidem notat in indice qui praefixus est libro Augustini de Haeresibus hos Philastrii haereticos Melitonios appellari. Sed in indice qualem T. VI. operum Augustini ante librum de Haeresibus ediderunt Benedictini, nulla Melitoniorum mentio, et tantum legas: *„Imaginem dei non esse animam dicentes."* *(F.)*

b. Haeresis est quoque] Habuit Philastrius in hac sententia, qua animan humanam ante corpus fuisse conditam existimavit, plures ex Patribus sibi consentientes, inter quos Augustinus VII. de Gen. ad litt. 24. haec habet: „Illud ergo videamus, utrum forsitan verum esse possit, quod certe humanae opinioni tolerabilius mihi videtur, deum in illis primis operibus, quae simul omnia creavit, animam etiam humanam creasse, quam suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret; nam neque illud quod dictum est: „Ad imaginem suam" nisi in anima, neque illud quod dictum est „Masculum et feminam" nisi in corpore recte intelligimus. Credatur ergo, si nulla scripturarum auctoritas seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, ut corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur, sicut primus conditus est dies, et creata lateret in operibus dei, donec eam suo tempore sufflando, hoc est inspirando formato ex limo corpori insereret." His similia tradit Hilarius in Ps. 129. Gregorius Nyssae episcopus 2. Philos. 6. aliique, quibus refragatur auctoritas Leonis papae primi apud Sixt.

factum, non animam, et quod imago dei corpus sit, non anima hominis, et quod secundum praedestinationem[c] [2]dixerit[d], ita arbitratur, cum dicat[e] scriptura[f], *Et fecit deus hominem, ad imaginem suam fecit eum, masculum et feminam fecit eos;* [3]ignorans, propheta quid dixerit. Cum dicit enim *Faciamus*, promittit facturum se, cumque dicit *Fecit deus*, iam opus factum demonstrat, et factam non carnem, sed animam, quae [4]rationabilis est, declaravit. Nam quod caro sine anima non possit eloqui non est dubium; ergo caro organum animae est [5]rationabilis. Masculum et feminam cum dicit scriptura, non hic corporum sexum[g], sed animae dominantis et subiacentis declarat indicium. Et quod non corpora sint ante facta iacentia[h i], sicut quidam aestimant imprudentes, non est ambiguum, cum caro Adae ac mulieris postea facta sit; nam septimo die dicit scriptura de Adam ita: *Et accepit dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit.* Vides ergo quomodo factum hominem, id est animam ante ostendit rationabilem et immortalem esse creatam a domino, quae utique imago dei est appellata. Terram autem de limo acceptam adiunctam animae, id est exteriorem hominem, corpus fragile die sequenti manifestavit plasmatum, [6]ac sic immisso sopore in Adam posteaque de costa eius accepisse dominum et fecisse mulierem scriptura testatur ac praedicat. Et ut primum sit anima facta, id est sexto die, die autem septimo corpus[k] de terra plasmatum Adae, sic de viri corpore, [7]id est de la-

2. dixerit domini ita arbitrantur *A.* 3. ignorantes *A.* 4. rationabilis *A.* rationalis *reliqui.* 5. rei rationabilis *A.* rationalis *reliqui.* 6. ac sic *A.* ac *reliqui.* 7. id est *om. A.*

Sen. Bibl. Sanctae Annot. 208. extr., ubi sententiam Gregorii Nysseni ceu Platonicum figmentum suggillat, ast eam extra Platonicorum errores collocandam esse monuit Cotelerius ad Recogn. Clementis pag. 493. (Galeard.)

c. secundum praedestinationem] Quasi Moses tantum consilium dei exposuerit, atque verba *et fecit deus*, non denotent quid fecerit, sed quid facere praedestinaverit. *(F.)*

d. secundum praedestinationem dixerit] Deus videlicet.

e. cum dicat] Malim legere *cum dicit.* Quia tamen et alterum ferri potest, repugnantibus libris mutare nihil volui. Locus est Genes. I. 27. *(F.)*

f. cum dicat scriptura] Cum tamen dicat scriptura.

g. non hic corporum sexum] Paucos sibi hac in parte assentientes Philastrius habebit. *(F.)*

h. Et quod non corpora sint ante facta iacentia] Aperte falsum esse quod hoc loco Philastrius pertendit, non dubitat affirmare Petavius, quem vide sis libro 2. Dogmatum Theol. de Opificio sex dierum cap. 4. §. 16. *(F.)*

i. iacentia] Sine spiritu et anima iacentia.

k. anima sexto die, septimo corpus] Iterum iterumque hoc capite Philastrius ingerit opinionem suam incredibilem et contrariam communi sententiae, nec minus adversam sacri scriptoris verbis disertis, qui deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua absolvisse die sexta, septima autem ab omnibus operibus suis quievisse scribit Genes. II. 2. At quoniam Genes. II. 7. sequitur

tere eius, factam feminam [8]demonstraverit. Non est ambiguum et [9]quod anima ante facta sit, caro autem postea plasmata, et sic postea inspiratione infusa dei et spiritalis in fine collata sit gratia[l], ut sic[m] iam capax homo legis divinae[n] non impotens a domino monstraretur. Evidens est ratio veritatis, quod et beatus dicebat David[o], factam animam primum, sic corpus plasmatum: *Manus tuae,* [10]inquit, *domine fecerunt et plasmaverunt me.* Ac sic postea fuisse infusum spiritum[p] declaravit dicens[q]: *Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.*

Cap. XCVIII. Alia est haeresis[a], quae dicit inspirationem[b] animam esse, non [1]inspiratione in animam[c] datam fuisse, [2]ignorans quod si inspiratio anima est, quomodo [3]iudicari potest[d] [4]quod a deo est infusum

8. demonstravit (*A*)*b. Vulgata verborum distinctio est* demonstraverit, non est ambiguum *cett.* 9. quid *b.* 10. inquit *om. A.*

Cap. XCVIII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ANIMA HOMINIS INSPIRATA. — 1. inspiratione *Ba.* inspirationem *reliqui.* 2. ignorantes *A.* 3. iudicari *B.* iudicare *abc.* diiudicari *A.* 4. quod deo *Ba.*

„καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς," hinc illud die septimo factum sibi persuasit, cum tantummodo sit repetitio et explicatio eius quod die sexto factum fuerat et Moses Gen. I. 27. dixerat: „καὶ ἐποίησε ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον." Similiter probari nequit quod Genes. I. 27. de anima sola sermo sit, ut Philastrius contendit: nam de toto homine utique intelligendum quod ibidem sequitur: „*Crescite et multiplicamini et implete terram.*" Philastrii sententiam de anima ante corpus creata, quam in Ioanne Hierosolymitano etiam reprehendit Hieronymus epistola ad Pammachium, haeresibus adscripsit Alphonsus de Castro lib. 2. p. 56. *(F.)*

l. spiritalis in fine collata gratia] Per inspirationem gratiosam superaddita animae et infusa, de qua infra c. 98. *(Fabr.)*

m. ut sic] Male edit. Helmst. *ut sit.* *(Fabr.)*

n. iam capax homo legis divinae] Infra cap. 98. „*ut possit homo capax legis caelestis existere.*" *(F.)*

o. David] Psal. CXIX. 73. „αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με." Caesarius quaest. 76. „τὴν ποίησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι, τὴν δὲ πλάσιν ἐπὶ τῆς σωματικῆς πολυπλασίας." „*Faciendi verbum de anima mihi videtur intelligendum, formationis autem de multiplici fictione corporis.*" *(F.)*

p. infusum spiritum] Gratiam spiritus sancti, infusam animae, de qua infra capite proximo. De hac veteres etiam interpretantur spiritum 1. Thess. V. 23. *(F.)*

q. dicens] Psal. LI. 11. „τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ."

Cap. XCVIII. — a. Alia est haeresis] Hanc et proximas usque ad caput 113. Augustinus praetermittendas existimavit. Et Sixtus Senensis libro quinto Bibliothecae Sanctae annot. 27. non dubitat praesentem esse unam ex illis de quibus idem Augustinus ait Philastrium multas assertiones inter haereses numerasse, quae haereses non sunt. „*Salva Philastrii reverentia,* inquit Alphonsus de Castro lib. 2. adversus Haereses p. 55. b., *non video cur hanc assertionem haeresis nota signaverit. Primo quidem reperio hanc esse doctrinam plurium vere catholicorum doctorum, asserentium spiraculum illud quod deus spiravit in faciem hominis, quam tunc aut insufflando creavit, aut creando corpori infudit.*" Neque tamen desunt multi veterum qui spiraculum vitae, quod deus primo homini insufflavit, spiritum sanctum cum anima ei infusum interpretantur. Ita Hieronymus, Cyrillus, Basilius, Severianus. Vide Bullum Defensione fidei Nicaenae sect. 2. cap. 9. §. 21. p. 211. Petavii Dogm. Theol. de Trinitate p. 824. seq. et de Opificio sex dierum p. 314. *(F.)*

b. inspirationem] Genes. II. 7. *(F.)*

c. inspirationem in animam] Male Helmst. *inspiratione.* *(F.)*

d. quomodo iudicare potest] Al. *indicare.* Sensus est, animam non posse

proprie, cum non [5]attendat quod inspiratio divini spiritus est quaedam gratia et [6]provectio dignitatis[e], ut possit homo capax legis caelestis[f] existere. Et [7]quod habenti animam Adae patri nostro data est inspiratio, non anima inspirata in eum sit, ostendit dominus in evangelio[g]. Sicut ante enim in Adam inspiraverat ipse, [8]ita postea apostolis habentibus animam post resurrectionem divini spiritus maiorem gratiam inspiravit, dicens, *Accipite spiritum sanctum.* Et non dixit, Animam accipite, sed Spiritum sanctum. Qui ergo inspiravit facto homini habenti animam Adae, ipse et postea inspiravit beatis apostolis habentibus animam, ut [9]cognoscatur [10]quod per ipsum [11]cuncta sint et sine ipso factum[h] nihil sit. Nullius rationis[i] est itaque ut velit quis [12]aestimare inspirationem esse animam, cum facta [13]cognoscatur anima, quae sub legis condicione posita iudicio obnoxia reperitur, de qua ait[k], *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed hunc timete, qui potest corpus et animam perdere in gehennam.* Inspiratio [14]itaque non est anima, sed gratia dignitatis[l], de divino spiritu a deo Christo [15]perveniens omnibus, quam habentes et custodientes adiectionem accipiunt gratiarum, [16]ut apostoli[m] et prophetae et omnes iusti. Iniusti autem negligentes ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille, de quo dictum est[n], *Recessit ab eo spiritus domini, et immundus spiritus fatigabat eum.* Et quod *in malignam animam*[o] *non intrabit spiritus sapientiae* scriptura testatur.

5. attendant *A*. 6. provectio *AB*. profectio *ac*. perfectio *b*. 7. quam *b*. 8. et postea *A*. 9. cognoscant *b*. 10. ut *A*. 11. cuncta facta sint *A*. 12. existimare (*A*)*b*. 13. cognoscitur *A*. 14. itaque non *A*. itaque quae non *reliqui*. 15. proveniens (*A*)*b*. 16. et ut (*A*)*b*.

haberi pro speciali dei et proprie infusa gratia, cum sit communis omnibus. *(F.)*

e. profectio dignitatis] Per quam homo longe praestat aliis hominibus. Sic infra: *„inspiratio itaque quae non est anima, sed gratia dignitatis."* Atque iterum: *„ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis."* [Cf. Augustin. XIII, 24. de Civ. Dei.] *(F.)*

f. capax legis caelestis] Observandae libenter et alacriter per spiritus s. gratiam. Sic supra c. 97. *„caro autem postea* (post animam) *plasmata, et sic postea inspiratione infusa dei, et spiritalis in fine collata sit gratia, ut sic iam capax homo legis divinae non impotens a domino monstraretur."* *(F.)*

g. in evangelio] Ioh. XX. 22. „ἐνεφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς; λάβετε πνεῦμα ἅγιον." *(F.)*

h. sine ipso factum nihil sit] Ioh. I. 3. Vide quae supra c. 67. p. 133. *(F.)*

i. Nullius rationis] Procul a ratione repulsum. Sic c. 106. *„quomodo itaque hoc erit rationis."* *(F.)*

k. de qua ait] Matth. X. 28. *(F.)*

l. gratia dignitatis] Supra *profectionem dignitatis* dixerat. *(F.)*

m. ut apostoli] Helmst. edit. vitiose: *et ut apostoli.* *(F.)*

n. de quo dictum est] 1. Sam. XVI. 14. „καὶ πνεῦμα κυρίου ἀπέστη ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν παρὰ κυρίου." *(F.)*

o. in malignam animam] Sapient. I.

Cap. XCIX. Alia est haeresis quae dicit hominis animam non factam a deo [1] ita appellari animam, sed ante, inquit, intellectus vocabatur[b], et erat in caelo: postea autem, quia terrena desideravit, discessisse eam de caelo, et ex eo eam animam nuncupatam arbitrantur, ignorantes quod in principio facta a deo et creata post angelos anima est appellata a domino, hocque nomen proprietatis accepit a deo, ut anima, non intellectus vocaretur, dicente scriptura[c]: *Anima eius in bonis demorabitur.* Et iterum[d]: *Quod non derelinques animam meam in inferno.* Et iterum[e]: *Convertere anima mea in requiem tuam.* Et iterum[f]: *Anima mea conturbata est valde.* Et iterum[g]: *Ita desiderat anima mea ad te, deus.* Et iterum[h]: *Benedictus dominus, qui fecit animam meam.* Illud itaque philosophorum [2] inani sententia adserunt, quod divina scriptura non ita praedicat.

Cap. C. Est haeresis quae pecudes et serpentes et aves[a] rationabiles arbitratur esse ut homines[b], sicut Manichaei et Gnostici perditi[c], [1] et

Cap. XCIX. *in abc. inscriptum est* Haeresis de anima [a] et intellectv hominis. — 1. ita *om. b.* 2. inanes sententiae adhaeserunt non scriptura sacra praedicat *A.*

Cap. C. *in abc. habet inscriptum* Gnosticorvm et manichaeorvm haeresis de serpentibvs et avibvs. — 1. et quidem de poëtis et philosophis stoicis vanissimi suspicantur *A.*

4. „εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία." *(F.)*

Cap. XCIX. — a. de anima] „Περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ," ut verbis utar Origenis 3. contra Celsum p. 159. *(F.)*

b. ante, inquit, intellectus vocabatur] Spiritus intelligentes sive intelligentias in caelo vitam duxisse primum, deinde prolapsas in peccatum, ut poenas darent, detrusas in corpora opinio fuit Platonicorum de qua multis Augustinus Steuchus Eugubinus lib. IX. de Perenni Philosophia, Livius Galantes in Comparatione Theologiae Christianae cum Platonica libro XIII. et Io. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis distributione 1. et 2. *(F.)*

c. dicente scriptura] Psal. XXV. 13. „ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται." *(Fabr.)*

d. Et iterum] Psal. XVI. 10. „ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην." *(Fabr.)*

e. Et iterum] Psal. CXVI. 7. „ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου." *(Fabr.)*

f. Et iterum] Psal. VI. 3. „ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα." *(F.)*

g. Et iterum] Psal. XLII. 2. „οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ θεός." *(Fabr.)*

h. Et iterum] Simile illud Ieremiae XXXVIII. 16. „ζῇ κύριος ὃς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν ψυχὴν ταύτην." *(F.)*

Cap. C. — a. pecudes et serpentes et aves] Piscium omissa mentio, ut p. 183. de quorum sollertia tamen non minus miranda comperiuntur: sicut etiam de apibus, formicis, araneis. Vide Plutarchum libro Animalia terrestria an aquatilia sagaciora p. 732. seq. et Vossium libro IV. de Idololatria c. 14. *(F.)*

b. quae pecudes et serpentes et aves rationabiles arbitratur esse] V. supra cap. 88. extr.

c. Manichaei et Gnostici perditi] Notat Glycas p. 145. Annalium, Manichaeos bruta rationis minime expertia esse docuisse, idque confirmasse ex eo, quod serpentem poena deus affecisset. Etiam animalibus vesci religioni sibi duxisse Manichaeos testatur Alexander Lycopolita p. 19. [De aliis haereticis v. Cotelerium ad Constitut. Apost. VI. 10. p. 339.] *(F.)*

d. poëtae] Parmenides et Empedocles apud Stobaeum pag. 93. Eclog. Phys. Vide quae ad Sextum Empiricum pag. 512. *(F.)*

quicquid poëtae[d] et philosophi Stoici[e] suspicantur, ignorantes quod homo rationabilis intellectum [2]habeat animi de deo, id est scire posse de deo et credere[f], sensum autem habet corporis cum pecudibus quippe et ceteris aliis similibus, quae sensum quidem corporis habere possunt, intellectum [3]autem animi de deo habere nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem, ut homo, qui imago est dei appellatus, dicente scriptura[g]: *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.* Et[h]: *Homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecudibus insensatis, et similis factus est illis.* Sensus itaque pecudum, avium et serpentium nobiscum communis est corpore, intellectus autem solummodo est hominum, id est immortalis [4]animae potentia de sancto in eam infusa spiritu[i], quae imago dei est appellata, quae [5]his omnibus imperat, regit ac possidet universa copiose, ut scriptum est[k]: *Dedi vobis omnia sub potestate.*

Alia est haeresis quae dicit malos reges et pseudoprophetas non a sua venire et fieri voluntate, sed a dei eos iussione [1]emitti, ignorans quod non a deo illos fieri pseudoprophetas aut malos reges scripturae adnuntiant, sed contra dei voluntatem sua voluntate et inimici suggestione sic eos advenire [2]declarant, ut Iamnes et Mambres[a] contra [3]Moysen et Aaron sacerdotes dei[b] sub Pharaone sua venerant voluntate, cum dicat scriptura[c], *Regnaverunt non per me,* Cap. CI.

2. habet *A.* 3. autem *om. A.* 4. animi *A.* 5. hiis *Ba.* iis (*A*)*b.*
Cap. CI. *in abc. inscriptum est* De falsis prophetis haeresis deo omnia mala adscribens. — 1. immitti ignorantes *A.* 2. declarat *A.* 3. Moysen *B.* Mosen beatum *A.* Mosen *reliqui.*

e. et philosophi Stoici] Non sane omnes: nam Cleanthem et Chrysippum in contraria fuisse opinione ostendi ad eundem Sextum p. 18. *(F.)*

f. scire posse de deo et credere] Quemcunque gradum sensus vel rationis brutis aliquis tribuat, tamen erit confitendum, non attingi ab illis quae ad religionem et virtutem, quae ad rerum coelestium et a sensu remotarum contemplationem, quae ad gloriae etiam post fata duraturae et beatae immortalitatis curam pertinent. *(F.)*

g. dicente scriptura] Psal. XXXII. 9. „Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις." *(F.)*

h. Et] Psal. XLIX. ult. „Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς." *(Fabr.)*

i. de sancto in eam infusa spiritu] Supra cap. 98. et 99. *(F.)*

k. ut scriptum est] Genes. I. 29. „Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον" etc. *(F.)*

Cap. CI. — a. Iamnes et Mambres] 2 Timoth. III. 8. Vide si placet quae de his notavi in Codice Pseudepigrapho Veteris Test. pag. 813. seq. Cave enim assentiaris viro erudito qui in Observationibus Sacris lib. II. p. 32. et 156. Iamnem et Mambrem putat esse nomina ficta hominum ignotorum, ut Ploni Almoni Ruth IV. 1. 1 Samuel XXI. 3. 2 Reg. VI. 8. Certe Iamnis inter magos etiam Plinius facit mentionem XXXI. 1. *(Fabr.)*

b. sacerdotes dei] Moses sacerdos, quo sensu, vide Grotium ad 2 Sam. VIII. 18. et de Potestate circa Sacra cap. 9. *(F.)*

c. dicat scriptura] Hoseae VIII. 4. „Ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν, καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι." *(F.)*

*neque per spiritum meum*[d], *dicit dominus.* Et de pseudoprophetis[e] ita: *Haec dicit dominus: Non illos mittebam, et illi ibant in nomine meo prophetare.* Propter quod etiam contra illos saepe mortis [4]in hoc mundo condignam dominus decernit sententiam[f] enuntiando. Non sunt itaque a deo pseudoprophetae missi, neque reges impii recedentes a domino, sed etsi excitantur mali contra malos interdum dimittente domino[g], [5]hoc gignitur [6]ut malis mali consumantur. Boni etenim sustinentes persecutionem, et iustitiam habentes apud dominum, [7]repensationem magnam futuri expectant praemii. Mali autem ideo a malis, non solum bonis, interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc seculo ex parte puniatur.

Cap. CII. [1]Terrae motum haeresis quaedam non dei iussione et indignatione fieri, sed [2]natura ipsa elementorum opinatur, cum ignoret quid dicat scriptura[a]: *Qui* [3]*conspicis*, inquit, *terram, et eam* [4]*commoves terrae motu.* [5]Et iterum[b] adhuc: *Ego movebo caelum et terram.* Non attendentes dei potentiam elementorum naturae adscribere audent potentiae motionem, ut quidam philosophi [6]vani, qui rerum naturae hoc adscribentes dei potentiam non cognoverunt. Quod etiam in huiusmodi rebus indignatio dei et potentia operatur, et suam [7]commonet[c] creaturam, conversionis causa et utilitatis quippe multorum peccantium ac redeuntium ad dominum salvatorem atque creatorem.

Cap. CIII. Alia est haeresis quae [1]secundum paganorum vanitatem[a] side-

4. et in hoc *A.* 5. hoc *om. A.* 6. ut a malis *A.* 7. repromissionem magnam futuram *A.*

Cap. CII. *in abc. inscriptum habet* De terrae motv haeresis. — 1. Alia est haeresis quae terrae motum non dei *A.* 2. de natura *A.* 3. conspicit *A.* 4. commovet *A.* 5. *Vulgata distinctio est* Et iterum: adhuc ego *cett.* 6. vaniloqui qui *A.* 7. commovet *c.*

Cap. CIII. *in abc. inscriptum est* Haeresis hermis trismegisti de pecoribvs et syderibvs. — 1. secundum paganorum vanitatem *c.* pecudum paganorum vanitate (vanitatem *A.*) *ABab.*

d. neque per spiritum meum] Haec addidit Philaster ex Genes. VI. 3. *(F.)*

e. de pseudoprophetis] Ierem. XXIII. 16. 21. „Οὕτως λέγει κύριος παντοκράτωρ· οὐκ ἀπέστελλον τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον, οὐδὲ ἐλάλησα πρὸς αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ ἐπροφήτευον." *(F.)*

f. sententiam] Ut 3 Reg. 13. *(F.)*

g. dimittente domino] Permittente. *(Fabr.)*

Cap. CII. — a. dicat scriptura] Psal. CIV. 32. „Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν." *(F.)*

b. Et iterum] Haggaei II. 21. „Ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν." Fortasse apud Philastrium scribendum: *„Et iterum adhuc: Ego movebo caelum et terram."* *(F.)*

c. commovet] Ita malui quam *commonet.* *(F.)*

Cap. CIII. — a. secundum paganorum vanitatem] Ita reposui pro eo quod habebant editiones: *pecudum paganorum vanitate.* Caeterum condonandum hoc Philastrio, quod zelo immodico abreptus innocentem siderum nomenclaturam pro ethnica vanitate traduxit, et haeresibus ridicule accensuit. *(F.)*

rum diversa nomina profitetur, ut Hermes[b] ille Trismegistus, qui vanus potius quam magnus iudicandus est, et poëtae quidam[c] ei consimiles, qui cometas et pogonias[d], et Hyadas, Haedos[e], et [2]alia huiusmodi adserunt [3]nomina[f] delirantes, cum scriptura pauca nomina siderum nobis dixerit, dicente Iob propheta[g], ante quam pagani e sanctis scripturis siderum nomina transtulissent. Dicit enim ipse Iob: *Qui fecit Pleiades et Arcturum*, inquit, *et Hesperum et Austrum et Oriona et Luciferum*[h]. Haec itaque nomina e sanctis scripturis accipimus nuntiata[i]; nam omnium siderum nomina non dixit scriptura, sed potestati dei reservavit per prophetam declarans et dicens [4]ita[k]: *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina* [5]*vocans.* Haec itaque pauca nomina legentes e sanctis scripturis poëtae [6]postea falsique philosophi ausi sunt [7]usurpantes suis mendaciis et alia plurima copulare atque impietatis semina seculo praedicare, ut ex [8]his sperare putarent etiam omnium siderum aut plurimorum nomina posse comprehendi; cum omnium siderum nomina non [9]alter nisi deus Christus, per quem fecit pater universa, posuerit et scierit, atque eis singula nomina vocaverit, ut scriptum est[l].

Est haeresis alia quae de lingua et linguis ambigit, cum scri- Cap. CIV.

2. alia *A*. talia *reliqui*. 3. nomina *Abc*. nomine *reliqui*. 4. ita *om*. (*A*)*b*. 5. vocat *b*. 6. postea *om*. *A*. 7. utentes *b*. 8. hiis *Ba*. iis (*A*)*b*. 9. alter *A*. aliter *reliqui*.

Cap. CIV. *in abc. inscriptum est* De variis lingvis haeresis. —

b. Hermes] Quem *fallacissimum* vocat infra cap. 112., *vanum paganum* cap. 10. *(F.)*

c. poëtae quidam] Ut ante Aratum Homerus Iliad. Σ. 486.:
„Πληιάδας θ'Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,
Ἄρκτον θ'ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν." *(F.)*

d. pogonias] Velut in speciem barbae longae promissis radiis genus cometarum, de quo Harduin. ad Plin. T. 1. pag. 178. *(F.)*

e. Haedos] Virgil. 1. Georg. 204.:
„*Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis*
*Haedorumque dies servandi et lucidus anguis*" etc. *(F.)*

f. adserunt nomina] Male *nomine* in prioribus editt. *(F.)*

g. Iob propheta] Iob. IX. 9. „Ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ ἕσπερον καὶ ἀρκτοῦρον καὶ ταμεῖα νότου." *(F.)*

h. et Luciferum] Hunc addidit Philastrius ex Iob. XXXVIII. 32., ubi μαζουρὼθ Luciferum eruditi interpretantur. De nominibus illis siderum praeter Drusium accurate Lud. Capellus pag. 460. seq. Opp. Postumorum. *(F.)*

i. e sanctis scripturis accipimus nunciata] Imo LXX. interpretes ex gentium usu et consuetudine illa in Graecam sacrorum librorum versionem transtulerunt. Eucherius: „*Quid sibi vult quod libro Hiob auctorum saecularium consuetudine legimus Pleiades, Orionas, et Arcturum? Non quod his apud Hebraeos nominibus censeantur, sed ut apud nos horum siderum significantia possit esse manifestior, ita haec translator* (Graecae auctor versionis) *appellare voluit, ut usus gentilitatis invenerat.*" *(Fabr.)*

k. dicens ita] Psal. CXLVII. 4. „Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν." *(F.)*

l. ut scriptum est] Loco scilicet Psalmi iam adducto. *(F.)*

ptura dicat et unam linguam[a] et linguas[b]. Si ergo erat una ante, quia pauci erant, sive postea multae, quia multi creverant iam nati homines in seculo, non est adeo inutile hoc ita sentire. Post quintam decimam enim generationem ab Adam usque ad [1]Eber MMDCC anni sunt[c], sub quo confusio missa est linguarum, propter peccatum quod fecerant aedificantes turrim et civitatem, et ut rebellantes a deo hoc passi sunt. Habentes enim angelicam gratiam[d], id est multarum linguarum scientiam, non agnoscebant datorem tantae sapientiae dominum, contraque eum conantes progredi perdiderant[e] gratiam, quam sine [2]ullo labore divinitus habebant concessam. Et quod sine studio ante donatum fuerat a domino naturaliter omnibus, ut dei imagini, [3]postea per studium atque doctrinam, oblivione immissa a domino, vix discere praevalebant non omnes, nec multas, sed vix paucas linguas, ita ut tres quis aut qua-

1. Heber (*A*)*b*. 2. quodam labore *A*. 3. postea vero per *A*.

Cap. CIV. — a. unam linguam] Linguam unam Genes. XI. 1. „*et erat omnis terra labii unius,*" „χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσι." *(F.)*

b. et linguas] Quoniam Gen. X. 5. variae gentes memorantur, singulae κατὰ γλῶσσαν, et X. 20. et 31. „κατὰ γλώσσας αὐτῶν," et XI. 7. „συγχέωμεν αὐτῶν ἐκεῖ τὰς γλώσσας." *Confundamus linguas eorum*, ita enim legunt codices quidam, ut notatum ad Originem V. in Celsum pag. 250. Certe vers. 11. „ὅτι ἐκεῖ συνέχεε κύριος τὰ χείλη πάσης τῆς γῆς." Nimirum ita ex Genes. X. Philastrius censuit iam ante aedificationem Babel multis saeculis magnam fuisse inter homines linguarum varietatem: quod vero deinde Genes. XI. dicantur omnes unius fuisse labii, eo sensu dictum id existimavit, quod etsi varia erant linguarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant, et sic una erat omnibus lingua, non quidem eorundem vocabulorum usu, sed eadem omnium loquentium et audientium intelligentia. „*Reiiciunt quidem,*" inquit Clariss. Perizonius cap. 14. Origg. Babylon. pag. 296. „*viri eruditi hanc tam absonam interpretationem, et illam diversitatem linguarum ante confusionem Babelicam, sed deberent ergo reiicere etiam illam secessionem in varias colonias ante dispersionem Babelicam, quum utriusque rei eadem prorsus sit ratio, et utraque sententia ex eodem capite X. vel ordine capitum X. et XI. Geneseos sit petita. Quid igitur? clarissimo haec sunt indicio, ordinem illum narrationis Mosaicae, seu istorum capitum, nihil obstare, quo minus statuamus confidenter, omnia istius divisionis seu secessionis capite X. memoratae evenisse demum post illam capitis undecimi dispersionem et labii confusionem, unde demum linguarum varietas coeperit.*" [Hanc Philastri sententiam haeresibus adscripsit Alphonsus de Castro. Adde Marianum Valgrarneram Antiqu. Panorm. p. 71. tom. 13. Thesauri Antiqu. Siciliae.] *(F.)*

c. MMDCC anni sunt] 2700 anni ab Adamo ad Heberum, sunt dimidium aetatis a condito orbe ad natum usque anno 5400. Christum servatorem. Infra cap. 111. et 105. Alii qui natum Christum esse existimarunt anno orbis conditi 6000. Phalegum filium Eberi vel Eberum retulere ad a. 3000. Sic Hesychius presb. fragmento εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, [Iosephus c. 1. Hypomnestici.] Procopius Gazaeus ad Genes. XI. 18. Eustathius p. 54. in Hexaëmeron etc. *(F.)*

d. angelicam gratiam] Sine studio, naturaliter per virtutem imaginis divinae hoc ante confusionem Babelicam datum hominibus divinitus credidit Philastrius, ut linguis quibuscunque loquentes possent intelligere, sicut angeli. Infra: „*Angelicae virtutis est linguas scire omnium hominum.*" *(F.)*

e. perdiderant] Est qui malit *perdiderunt*. Sed ita supra: *quod fecerant aedificantes* etc. *(F.)*

tuor valeret ediscere, atque iisdem vix eloqui. Tamen [4]omnem scientiam linguarum, quae ante duo milia [5]annorum et septingentos annos offendentes amiserant homines[f], [6]sub apostolis[g] rursum post ascensionem suam dominus per spiritum sanctum sine quodam labore credentibus conferebat, sicut scriptum est in Actibus apostolorum. Angelicae enim virtutis est linguas scire omnium hominum; per fidem autem Christi sine labore linguarum omnium credentibus subministratur scientia, sicut legimus docente divino spiritu, apostolos atque gentes itidem credentes tunc temporis in Christum dominum salvatorem sine labore linguarum omnium donatam scientiam praedicasse, ut sub Petro et Paulo et aliis factum est, [7]cum docerent gentes venisse [8]spiritum dei a deo, et linguis multis eos potuisse eloqui, ut audientes homines mirarentur de gentibus, quod tantarum linguarum et ipsi per fidem Christi scientiam haberent sine doctrina concessam.

Alia est haeresis quae dicit nomen linguae de Iudaeis primum processisse, alii de paganis[a], cum utrique [1]ita hoc sentientes errore non parvo decepti sint. Homo enim factus rationis particeps fuit: qui ergo loquebatur ratione, quomodo [2]rationis erat alienus[b]? Plus ergo prius est rationis esse participem, et rationabilem dici, quam nomen speciale et locale habere alicuius linguae, atque ex nomine hominis possidere aliquid. Ab Adam enim usque [3]ad Heber[c] duo milia et septingenti anni transierunt. Erat ergo nomen linguae omnium hominum unum[d], et una lingua[e]. Ex quo autem contra Cap. CV.

4. omnium (*A*)*b*. 5. annorum *om. A*. 6. sub beatis apostolis *A*. 7. ut *A*. 8. Christum dei *A*.

Cap. CV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE NOMINE LINGVAE. — 1. hoc ita *A*. 2. orationis *emendat Fabricius*. 3. ad *om. c.*

f. ante MMDCC annos offendentes amiserant homines] Si ante 2700 annos amiserant, neque ante confusionem Babelicam potuerunt illa scientia uti: itaque sensus est, per peccatum ante 2700 annos admissum a protoplastis esse factum, ut deinde non constanter illam conservarent, sed tempore interiecto in confusione Babelica facerent eius iacturam. Vide infra cap. 105. *(F.)*

g. sub apostolis] Actorum II. 4. 7. 12., ad quae loca iuvabit consulere Io. Casp. Santorocci dissertationem de Linguarum Miraculo, editam Marpurgi A. 1718. Non autem in audientibus, sed in loquentibus potius, illud fuisse recte notavit Gregorius Naz. Oratione XLIV. in Pentecosten p. 738. Diserte enim et aliquoties λαλούντων ἑτέραις γλώσσαις mentionem facit sacer Actorum scriptor Lucas. *(F.)*

Cap. CV. — a. nomen linguae de Iudaeis, alii de paganis] Hoc est, antiquissimam linguam fuisse Iudaeorum, vel paganorum, Graecam. *(F.)*

b. quomodo rationis erat alienus?] Puto legendum *orationis*. *(F.)*

c. usque ad Heber] Parentem Phalegi, sub quo celebris illa linguarum dispersio Genes. X. 25. De numero annorum 2700 iam dictum capite superiore. *(F.)*

d. nomen linguae omnium hominum unum] Quocunque idiomate loquerentur homines, vocabatur lingua humana, neque alio singulari veniebat nomine,

dominum cogitaverunt, subtracta est illis scientia ista caelestis[f], id est linguarum omnium prudentia et sapientia. Et Heber quidem sanctus quia non discessit a deo secundum nomen ipsius[g], deus voluit genus eius pullulare amplius, hoc quoque nomine primum in seculo nuncupari, ut ab Heber, qui non consenserat aedificationi turris rebellantium, Hebraei[h] nomine appellarentur. Prior itaque non solum paganis, verum etiam et Iudaeis, id est ante septingentos annos[i] Heber fuisse cognoscitur iustissimus, qui in dominum credens et a coniuratione sceleratorum hominum separatus sui nominis primam hanc a domino nuncupationem meruit impetrare. Unde et poëtae vani aedificationem illam ad sua mendacia[k] transferentes gigantes docuerunt Aloidas[l] illos rebellantes ascendere voluisse in caelum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

Cap. CVI. Alia est haeresis de anno annuntiato[a] ambigens, quod ait propheta Esaias[b]: *Annuntiare annum dei acceptabilem, et diem retributionis.* Putant ergo quidam quod ex quo venit dominus usque

4. quia *ego.* qui *libri omnes.* 5. Haloidas *(A)Bab.*
Cap. CVI. *in abc inscriptum est* HAERESIS DE ANNIS CHRISTI ET TEMPORE IUDICANS. —

quia omnes se invicem intelligebant, habebantqne ut mox subiungit Philastrius, *linguarum omuium scientiam.(F.)*

e. et una lingua] In hunc sensum Augustin. de Civ. Dei XVI. 11. „Tunc opus erat eam (linguam Hebraicam scilicet) distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut aliae quoque vocatae sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua aut humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur." (Galeard.)

f. scientia illa caelestis] Angelicam gratiam dixerat c. 104. linguas intelligendi quascunque. *(F.)*

g. secundum nomen ipsius] Heber עבר a discedendo sive transeundo nomen habet. Liber nominum Hebr. T. 2. Opp. Hieronymi edit. Io. Marcianaei p. 203. „Ἔβερ, διάβασις ἢ διαπερῶν." Hier. *„Eber, transitorem." (F.)*

h. Hebraei] Confer Bocharti Phaleg. lib. 2. cap. 14. et libri 4. c. ult. *(F.)*

i. ante septingentos annos] Septingentis annis ante Moysen, Iudaicae conditorem reipublicae. *(F.)*

k. aedificationem illam ad sua mendacia] Longe hoc credibilius, quam quod Celsus apud Origenem IV. p. 174. ait Moysen ex Aloidarum fabula hausisse, quae de Babelica turri et linguarum confusione memoriae prodidit. *(F.)*

l. Aloidas] Aloei filios Otum et Ephialtem, de quibus Homerus Iliad. Λ. 314.:

„Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη."

Confer Philonem Iudaeum de Confusione Linguar. p. 251., et e recentioribus illustrem Huetium lib. 2. Alnetanarum Quaestionum c. 12. §. 6. p. 189. seq. *(Fabr.)*

Cap. CVI. — a. de anno annunciato] De tempore quod intelligendum sit per annum acceptabilem, annunciatum in verbis Esaiae quae laudantur Luc. IV. 19. *(F.)*

b. Esaias] LXI. 2. „Εὐαγγελίσασθαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως." Evidens autem est ut diem, ita nec annum a propheta dici paecise et stricte, sed de tempore quo divinae benignitati gratiam suam in Christo pa-

ad consummationem seculi non plus nec minus fieri annorum numerum nisi trecentorum sexaginta quinque[c] usque ad Christi domini iterum de caelo divinam praesentiam. Quod contrarium invenitur, si ita [1] qui senserint. Nam quadringentos iam [2] plus annos[d] transisse cognoscimus, ex quo venit dominus, atque completos. Quomodo itaque hoc erit [3] rationis[e] de anno, sicut sentire voluerunt hoc [4] ita quam plurimi[f]? Dominus enim quae in uno [5] anno gessit[g] et docuit, haec sola praecepit conscribi, [6] non quae ante facta sunt ab eo ac dicta primis triginta annis, secundum beatum Ioannem[h], [7] quae dicit mundum non capere posse[i], si universa scriberentur

1. quis senserit *A*. 2. et plus *A*. plus minus *emendat Fabricius*. 3. traditionis *A*. 4. itaque plurimi *b*. 5. anno *om. b*. 6. non quae *ego*. Nam quae *libri omnes*. 7. qui (*A*)*b*.

tefacere hominibus et impertire placuit. *(Fabr.)*

c. trecentorum sexaginta quinque] Quia tot diebus constat annus. Augustinus XVIII. 53. de Civ. Dei mentionem facit oraculi sive responsi daemonum quo numerus ille 365 annorum fuerit definitus. „*Excogitaverunt nescio quos versus Graecos tanquam consulenti cuidam divino oraculo effusos: ubi Christum quidem ab huius tanquam sacrilegii crimine faciunt innocentem: Petrum autem maleficia fecisse subiungunt, ut coleretur Christi nomen per 365 annos, deinde completo memorato numero annorum sine mora sumeret finem.*" Maleficium illud commentitium postea describit „*puerum anniculum occisum et dilaniatum et ritu nefario sepultum.*" *(F.)*

d. quadringentos iam plus annos] Puto legendum „*quadringentos iam plus minus annos.*" Nam quadringenti anni necdum integri effluxerant, cum haec Philastrius exararet. Et ante Parmeniani mortem scripsisse Philastrium, hoc est ante annum 391. supra ad caput 83. notare me memini. Et cap. 3. „*inde a domino usque nunc, anni* CCCLXXX *plus.*" *(F.)*

e. Quomodo hoc erit rationis] Supra haeresi 98. „*nullius rationis itaque.*" [Cap. 146 „ut ergo est *rationis..*"] *(F.)*

f. sicut sentire voluerunt hoc ita quam plurimi] Sic legendum pro illis hiulcis, quae in superioribus editionibus: „*Sicut sentire voluerunt: hoc itaque plurimi.*" *(Fabr.)*

g. quae in uno anno gessit] Fuit haec non modo Valentinianorum sententia, ab Irenaeo lib. 2. cap. 36. seq. oppugnata, sed multorum etiam catholicorum doctorum ut Philastrii, Clementis Alex., Tertulliani, Origenis, Lactantii [Orosii, nec non Euagrii in Altercatione Simonis Iudaei cum Theophilo Christiano tom. V. Thesaur. Anecdd. Edm. Martene p. 13.] aliorumque qui Esaiae verbis nixi existimarunt uno anno Christum a baptismo praedicasse, unoque anno gesta esse illa omnia quaecunque Christi ab evangelistis describuntur. Vide Scaligerum lib. VI. de Emendatione Temporum p. 551. seq. Grotium ad Lucae VI. 19. Blondelli praef. ad librum de Episcopis et Presbyteris p. 27. seq. Montacutii Origines Eccles. T. 1. p. 330. seq. 341. 343. Io. Potteri notas ad Clementem Alex. 1. Strom. p. 407. (vet. edit. 340.) *(F.)*

h. secundum beatum Ioannem] XXI. 25. „Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς," quae verba non de triginta annis ante baptismum, ut vult Philastrius, sed vel maxime etiam de tempore ministerii Iesu post baptismum intelligenda esse mihi persuadeo. *(F.)*

i. mundum non capere posse] De hyperbole hac dixi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 321. Neque puto Ioannis esse sententiam, quam ei tribuit eruditissimus Vir Iacobus Elsnerus in praeclaris illis suis Observationibus Sacris, quod mundus impius ea non amplexurus foret, licet singillatim omnia perscriberentur. Nam huic interpretationi perspicue refragatur, quod Ioannes addit αὐτόν, ad magnitudinem scilicet, non ad impietatem respiciens: „οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία." *(F.)*

quae fecerat. Propheta itaque [8] Esaias de anno illo dixit salvatoris domini, in quo docuit usque ad passionem et resurrectionem et ascensionem in caelum, sicuti et beatissimi tradiderunt[k], non de trecentis sexaginta quinque annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismum scilicet, in quo praedicans credentibus salutis mysteria reserabat de lege pariter et prophetis quae olim dicta sunt testando atque consummando.

Cap. CVII. Alia est haeresis quae consummationem seculi[a] secundum temporum definitionem a deo Christo salvatore fuisse statutam adserunt. Hincque certum esse numerum consummationis [1] suspicantur, et non plus non minus opinantur, cum prophetae undique nuntiaverint circa D annum fieri consummationem seculi, et sic dominum de caelis iterum advenire. Daniel enim LXX septimanas numerat, audiens a Christo domino: *Audi*[b], inquit, *vir desideriorum quia septuaginta septimanae statutae sunt in populum tuum usque*

8. Isaias *b*.
Cap. CVII. *Corbeiensis, sive Sangermanensis, liber solus servavit. Desideratur in Babc.* — 1. suspicatur *A*.

k. beatissimi tradiderunt] Evangelistae et apostoli. Solenne hoc Philastrio ut sacris scriptoribus beatissimorum elogium tribuat. *(F.)*

Cap. CVII. — a. Alia est haeresis quae consummationem seculi] Qua nonnulli autumabant temporum definitionem a deo Christo salvatore fuisse statutam. At Philastrius, reiiciens sententiam istam, quae certum annorum numerum consummationis et non plus, non minus futurum opinabatur, ait quod prophetae undique nuntiaverint circa 500. annum fieri consummationem seculi, et sic dominum de caelis iterum advenire. Haec autem Philastrii sententia eo principio nitebatur, quod primis ecclesiae seculis omnibus fere Patribus erat commune, mundum scilicet sex millibus annorum a creatione consummandum esse, de quo Epistola Barnabae nomine inscripta cap. 15. Irenaeus adv. Haer. lib. V. cap. 28. Lactant. lib. VII. Divin. Institut. capp. 14. et 25., Gaudentius [pag. 297. ed. Galeard.] noster, aliique. Cum autem ex supputatione, quae communiter tunc obtinebat, a mundi creatione ad Christum elapsi putarentur quinque mille et amplius anni, hinc fiebat ut consummatio seculi et Christi iterum de caelis adventus non longo temporis intervallo crederentur distare. Quin etiam Hippolytus martyr, testibus Photio Cod. 202. et Syncello p. 315., existimavit Christum natum ineunte anno 5501. a mundo condito, iudicium vero futurum 500 annis post Christi ortum, quod fere convenit cum Philastrii sententia. Fuerunt qui numerum 500 annorum, quo mundi consummatio et Christi iterum de caelis adventus futurus statuebatur, post sextum millenarium completum reponerent, et sic anno a creatione mundi sexto et millesimo quingentos hos annos adderent, ut docet Cotelerius ad epistolam Barnabae p. 44.; utrum vero Philastrius fuerit in priori, an in posteriori hac sententia non liquet. Videndi porro Augustinus lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 53., Cotelerius ad Epist. Barnabae p. 44., ubi alium etiam Philastri locum expendit, qui cap. 106. ait falli eos qui putant a primo Christi adventu ad secundum, id est ad consummationem seculi, trecentos sexaginta quinque annos, nec plus, nec minus, debere numerari; Clemens item Alexandrinus ed. Potteri p. 407. in Notis Collectan. ad lib. I., Strom. cap. 1., et Feuardentius ad Irenaeum lib. V. cap. 28. ed. Massueti p. 199., ut interpretes tum veteres, tum recentiores transmittam, qui ad cap. 24. Matthaei v. 36. et I Thessal. cap. 5. v. 1 late in hoc argumento exspatiati sunt. (Galeard.)

b. Audi] Dan. IX, 23. seq.

*ad Christum ducem, ut fiant omnia quae dicta sunt de civitate Ierusalem et populo adventura.* Hoc autem sicuti ante quam veniret Christus in carnem [2]Danielo dictum est et paene completum est, sic etiam idem numerus usque ad legem quam accepit Moses et usque ad terrae promissae introitum non satis longe a quingentesimo annorum distare [3]numeratur. Dominus itaque cum signa diceret [4]diversa, fames, persecutiones, inundationem, terrae motus, pestilentias circa finem adventura, Petro etiam dixit beato per aenigma de annorum numerositate. Cum diceret Petrus, *Domine*[c] *quoties peccanti fratri concedam?* ait dominus: *Non septies, sed septuagies septies;* ostendens quidem et [5]quotidianorum humani generis delictorum infinitum numerum debere homini dimitti ab homine, et Iudae redeunti, sive pagano et aliis carnalibus, [6]sed ad Christi fidem de impietate redeuntibus [7]atque eius ecclesiam, cunctis omne debitum ab eis oportere[d] concedi credentibus. Nam et historiographi Iudaei docuerunt dicentes [8]a Danielo quadringentos et octoginta plus annos transisse, et sic dominum advenisse in carnem. Habes etiam in Genesi evidentissime mysterium nuntiatum de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vindictam, quod duorum populorum in duabus personis unius impietatem, alterius iniquitatem sine cunctatione scripturarum praenuntiasse non dubium est. *Lex enim*[e] *spiritalis est,* secundum apostolum, *et haec,* inquit, *duo testamenta sunt.* Neque enim historiam [9]amittimus, quod LXX annos fecerit populus in Persida[f], neque spiritalem scientiam spernimus. Ergo et septuaginta septimanae a [10]Danielo dictae quadringenti nonaginta anni tunc paene completae sunt, et sic Christus advenit in carnem, et a Christi praesentia usque ad consummationem seculi [11]paene eundem complendum annorum reperies numerum. Septuaginta enim septimanas [12]Daniel quas vidit interpretes [13]docuerunt illi primi sapientes septies et septuagies, quadringentos nonaginta annos, quem iubilaeum in lege Iudaei (non isti, sed veteres) et periti illi annum remissionis Christi et indulgentiae, carnalem praesentiam per figuram ante celebran-

2. Danihelo *A.* 3. numerum *A.* 4. et diversa *A.* 5. quotidianam *A.* 6. et *A.* 7. *Fortasse* adque. 8. ad nihilo *A.* 9. *Rectius fortasse reposueris* omittimus, *ut in seqq.* degerit *pro* fecerit. 10. Danihelo *A.* 11. poene unde complendum *A.* 12. a Danihel *A.* 13. *In A. distincta sunt haec verba* docuerunt. Illi primi *cett.*

c. domine] Matth. XVIII. 22.

d. ab eis oportere] Ab hominibus, vel ab homine, uti supra dixerat.

e. Lex enim] V. Rom. VII. 14. et Gal. IV. 24.

f. Persida] Hac vocabuli forma utitur et infra. Item cap. 61 et 112.

tes, summo gaudio expectabant, sicut in Levitico continetur. Iubilaeus autem minor quinquaginta annos habet. Non minus plus autem habere non potest: nam maior iubilaeus quingentos annos habet, minor iubilaeus quinquaginta. Maior itaque minus [14] decem quingentos annos habet, ut ex hoc iubilaeus [15] unus Christi praesentiam consummationemque seculi declararet. Septuaginta anni [16] *de* captivitate populi in Persida etsi historialiter accipiuntur, et postquam redierunt in Ierusalem et usque ad Christi domini incarnationem quingenti paene inveniuntur completi, tamen hoc etiam spiritaliter intelligendum est, quod post septuagies septies, id est post quadringentos et circa nonaginta annos oportet Iudaeos sub antichristo [g], cum fallax inventus fuerit a Iudaeis ipsis, qui primum esse Christum aestimaverint. Non multo post autem cognita eius perfidia atque fallacia, tunc gerentes paenitudinem qui fuerint reliqui omnes ad Christi fidem domini pervolabunt, ac paenitentes delicta veniam ab ipso Christo domino sicut ceteri impetrabunt, ut impleatur quod dictum est: *Amen* [h] *dico vobis, iam me non videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini;* et ut illud compleatur: *Donec plenitudo* [i] *gentium intret, et sic omnis Israël salvabitur,* sicut scriptum est, et *Si fuerit* [k] *populus Israël sicut arena maris, reliqui salvabuntur.* Et quod Isaias beatus aperte de Christo docuerit, quod omnibus redeuntibus indulturus est, ipse dominus dixit ita: *Spiritus domini* [l] *super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus, misit me, praedicare captivis remissionem, caecis visum, adnuntiare annum domini acceptabilem et diem retributionis.* De [17] quo dominus in templo cum accepisset librum [18] scripturamque hanc pervidisset, ait apostolis et in omnibus hoc in sui praesentia nunc fuisse completum. Quod et [19] Daniel beatissimus adtendit, quod ei dixerat dominus dicens: *Audi vir desideriorum et adverte ab exitu verbi dei*, id est a Christi incarnatione, atque eius iterum de caelo divina [20] praesentia atque consummatione seculi, quae cum [21] angelis adfutura sit.

Cap. CVIII. (Cap. CXVII.) Alia est haeresis quae de gigantibus [a] adserit quod angeli mi-

14. decima *A*. 15. *Reponendum puto* annus *pro* unus. 16. de *voculam de meo supplevi.* 17. quod *A*. 18. scripturam quae hanc *A*. 19. Danihel *A*. 20. sententia *A*. 21. angeli *A*.

Cap. CVIII. *in abc. inscriptum est* De gigantibus tempore noe. —

g. oportet Iudaeos sub antichristo] Scil. intellegi, quod de superioribus est supplendum.

h. Amen] Matth. XXIII. 39.

i. Donec plenitudo] Rom. XI. 25.

k. Si fuerit] Esai. X. 21.

l. Spiritus domini] Luc. IV. 18.

Cap. CVIII. — a. de gigantibus] Ex Graeca versione Genes. VI. 2. multi veterum ecclesiae doctorum hoc sibi persuaserunt, ut ad fragmentum Pseudo-Henochi notare me memini in Codice

scuerint se cum feminis ante diluvium, et inde esse natos gigantes suspicatur: cum Nembroth non a spiritu, id est non ab angelo, sed ab homine Chus[b], qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui et in scriptura primus gigas est appellatus, quod iste coepit esse venator, et fortis homo, ut et gigas appellaretur in terra: *Inde* [1]*dicturi sunt*, inquit, *sicut Nembroth gigas ita fortis est*, si qui ei similis in fortitudine postea videretur. Homines itaque fuerunt fortes et a iuventute rapaces, vastatores, iaculantes, cursitantes, praedationi vacantes; inde veluti alieni non solum morum, verum etiam visus hominum[c] enormes [2]aestimati, ut contra naturam aliorum hominum tanta scelera perpetrantes nuncuparentur et gigantes. Gigas enim per etymologiam terrae monstrum[d] dicitur, ex duobus nominibus[e] compositum, sive forma, sive vita, sive visu, sive fortitudine, sive mole membrorum. Nam ut scias gigantes [3]non alia natura, sed de hominum fuisse progenie editos[f], et ἑξαδακτύλους in [4]Regnorum libris[g] habes quos forma grandi et mole membrorum diffusos et ingenti fortitudine de genere gigantum [5]Regnorum libri annuntiarunt, post duo milia et trecentos annos diluvii[h], sicut et illum Goliath[i], quem deiecit in pugna solus David beatissimus rex

1. dicitur hi sunt *A*. ducturi sunt *Ba*. 2. aestimati contra *A*. etiam ut *reliqui* 3. non de alia *A*. 4. Regum *b*. 5. regum libri *b*. libri Regnorum *A*.

Pseudepigrapho Veteris Test. p. 172. seq. Licebit etiam consulere Suicerum in Thesauro pag. 37. seq. et Christiani Schotani ad Sulpicium Severum notas, et Cotelerium ad Patres Apostol. T. 1. pag. 493. etc. [D. Christ. Kortholtum ad Iustin. Mart. p. 44.] *(F.)*

b. ab homine Chus] Genes. X. 8. „Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ, οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. Οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου." *(F.)*

c. visus hominum] Aliam veluti speciem ac formam prae se ferentes. *(F.)*

d. Gigas enim per etymologiam terrae monstrum] Orpheus octavo ἱεροῦ λόγου apud auctorem Magni Etymologici:

„Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσι,
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο." *(F.)*

e. ex duobus nominibus] Γῆ *terra*, et γυῖα *membra*, proprie pedes. *(F.)*

f. sed de hominum fuisse progenie editos] Negat Philastrius gigantes ex angelis et feminis genitos, quamvis huius sententiae fuerint praeter Ambrosium, Philastri σύγχρονον καὶ σύμμαχον, de Noë et Arca 4. Lactantius, Eusebius, aliique apud Sixt. Sen. V. Bibl. Sanct. annot. 77., qui tamen Ambrosium excusat, eumque allegorice locutum ac pro angelis viros fideles ac iustos intellexisse affirmat. Vide, si vacat, notas Servatii Gallaei ad Lactant. II., 14. Potterum ad Clem. Alex. p. 260. 366., Cotelerium ad Recogn. Clem. p. 493., et in Clementinis Hom. VIII. 15., quibus in locis δρακοντόποδες, anguipedes illi gigantes dicuntur, quos Philastrius ἑξαδακτύλους vocat. (Galeard.)

g. in Regnornm libris] 2 Sam. XXI. 20. „Καὶ ἦν ἀνὴρ μαδών (Procop. ἐκ Γάδης) καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἓξ καὶ ἕξ, εἰκοσιτέσσαρες ἀριθμῷ." *(F.)*

h. post duo milia et trecentos annos diluvii] Sic apud Livium III. 5. „*Romanos quinque milia ac trecentos,*" et XXXIII. 27. „*denarios triginta quatuor milia et quingentos quinquaginta.*" Plura Gronovius ad Livii XXXIX. 7. De rationibus autem ipsis computi annorum quo utitur Philastrius, a diluvio usque ad Davidis tempora, vide infra ad caput CXI. *(F.)*

i. illum Goliath] De quo interpretes

et propheta, cuius et aliorum talium. *Carra*, inquit, *instructionem portabat armorum*[k]. Quia ergo bestiali more a pueritia ad rapinam erant dediti [6]huiusmodi homines, et veluti a natura hominum morumque alienos scriptura nuntiavit. Nam quod illi angeli, qui de caelo deiecti sunt, non sint humanae [7]naturae similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda et contraria, contraque legem suggerere, sicuti et nunc hominibus faciunt, praevalebant intrantes in homines[l], id est suadentes: sicut Iudaeis inimicus humani generis persuasit, contra [8]deum contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est[m]: *Intravit*, inquit, *satanas in Iudam.* Ita igitur et ante intrantes immundi spiritus in animas hominum ac feminarum[n] malae persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderant. Si [9]qui autem putaverit esse iustum angelos ita peccasse transformatos in carne, ut in ea [10]remansisse aut ita factos carnales crediderit, violenta ratione decernit [11]historiam[o], sicuti et paganorum et poëtarum mendacia[p] adserunt deos deasque transformatos nefanda coniugia commisisse. Quod si factum est aliquando[q], et nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. [12]Gigas autem et in bono

6. eiusmodi (*A*)*b*. 7. naturae similes, non est dubium, nisi *om. A*. 8. dominum *A*. 9. quis (*A*)*b*. 10. carne mansisse *A*. 11. historia *A*. 12. Gygas *B*. *Et ita vulgo.*

ad 1 Sam. XVII. et Rever. Paulus Christianus Hillischerus, pastor ecclesiae Dresdensis, in vita Goliathi, quam eruditis et iucundis ornatam observationibus cum commentario in Psalmum apocryphum CLI. et epistola de Oge gigante in lucem edidit Budissae 1716. 4. *(F.)*

k. Carra inquit instructionem portabat armorum] Carrus sive carra proprie plaustri Gallici genus, quo impedimenta imponebant, unde σκευοφόρος dicitur interpreti Graeco Caesaris. Vide Io. Scheferum de Re Vehiculari lib. 2. c. 28. p. 329. Caeterum unde hoc habuerit Philastrius, nescio, quod de carra intellexit, quod alii de armigero 1 Sam. XVII. 7. „Ὁ αἴρων τὰ ὅπλα αὐτοῦ נשא הצנה προεπορεύετο αὐτοῦ." Pondus armorum Goliathi, Augustinus Calmetus notat excessisse libras 272. *(F.)*

l. intrantes in homines] Suggerendo et ad mala incitando, quod ἐμβάλλειν, ὑποβάλλειν, ἐγγλύφειν, ὑποτίθεσθαι, διεγείρειν veteres dicere consueverunt. Vide Damasceni Parallela Sacra T. 2. p. 648. *(Fabr.)*

m. sicut scriptum est] Ioh. XIII. 27. „εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς." *(F.)*

n. hominum ac feminarum] Homines pro viris ponit, ut supra c. 17. „*Idola hominum ac mulierum,*" ubi vide si placet a me notata. *(F.)*

o. decernit historiam] Supra c. 101. „*condignam dominus decernit sententiam enunciando.*" *(F.)*

p. paganorum et poëtarum mendacia] Etiam atque etiam haec illis exprobata a Christianis scriptoribus in praeclaris suis apologiis adversus gentes, a Iustino Martyre, Clemente Alex., Arnobio, Tertulliano, Lactantio, Minucio Felice, Commodiano, Iulio Firmico aliisque. *(Fabr.)*

q. Quod si factum est aliquando] Vide interpretes ad Ecclesiastae I. 9. et Gatakerum p. 257. ad M. Antonini VII. 1. Gassendum de Philosophia Epicuri p. 166. Melissus Samius apud Palaephatum: „Ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν, καὶ ἔσται." M. Antoninus XII. 26. „Πᾶν τὸ γινόμενον οὕτως ἀεὶ ἐγίνετο καὶ γενήσεται καὶ νῦν παταχοῦ γίνεται." *(F.)*

accipitur virtutis causa: *Exultabit enim ut gigas*[r] *ad currendam viam.* Quod in Christi divina praesentia probatum ostenditur atque consummatum.

Alia est haeresis quae dicit paganitatem a deo institutam[a], non ab hominum malignitate et suggestione inimici vitiorum causa et facinorum gignendorum fuisse excogitatam. Quae ergo a deo instituta est, quomodo damnatur ab eodem deo? Nam quod ab origine mundi dei patris omnipotentis et filii eius et sancti spiritus scientia[b] nuntiata sit, non est dubium. [1]Cur enim in libro creaturae mundi[c], id est in Genesi scriptum habeas: *Et dixit deus, et fecit deus;* et iterum: *Dixit deus*[d], *Fiant luminaria;* et sexto die dixit deus: *Faciamus*[e] *hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Et fecit deus non angelo utique persuasore[f] in creatione hominis, sed filii sui, Christi domini nostri et sancti spiritus, [2]manifestum est. Habes enim in Genesi, id est in primo libro sanctam adorandamque trinitatem ante hominibus nuntiatam. Dicit enim ita: *Et pluit dominus a domino*[g] *sulphur et ignem.* Et iterum de spiritu[h] Cap. CIX. (Cap. CVIII.)

Cap. CIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DEO TRIBVENS PAGANITATEM ET OMNIA FACINORA. — 1. Cur *ego.* cum *libri omnes.* 2. *Reposuerim* ut manifestum est.

r. Exultabit enim ut gigas] Psal. XIX. 5. „Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ," quod de Christo libenter pii veteres interpretantur, ut Rufinus, Gregorius Magnus, Bernhardus, alii. *(Fabr.)*

Cap. CIX. — a. paganitatem a deo institutam] Paganitas, ut paganismus et pagania, ponitur pro religione et sacris ethnicorum, quos paganos dictos notissimum est a pagis, in quibus deos colebant, cum e fanis urbium et civitatum proscriptus idolorum cultus esset. Hanc paganitatem non minus quam Christianitatem vel Iudaismum hactenus probari deo, ut qui in illa sceleris purus vivat, possit salutem aeternam consequi, Pelagianis et aliis quibusdam persuasum. *(F.)*

b. patris omnipotentis et filii eius et sancti spiritus scientia] Doctrinam de ss. trinitate statim sub ipsum exordium rerum, hominibus a deo traditam, deinceps evincere instituit Philastrius, argumentis non firmissimi pariter roboris. *(F.)*

c. in libro creaturae mundi] Supra c. 79. p. 150. *(F.)*

d. Et dixit deus, et fecit deus, et iterum dixit deus] Non tantum ter, sed saepius hoc repetitur Gen. I. 3. 7. 14. *(Fabr.)*

e. Faciamus] Genes. I. 26. Basilius homil. 10. in Hexaëm. pag. 44. edit. Graec. Basil. „Διὰ τί οὐκ εἶπε Ποιήσω (ita leg. pro Ποίησον), ἀλλὰ Ποιήσωμεν ἄνθρωπον; ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς, ἵνα εἰδῇς ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἐκτίσατο πατρῴῳ θελήματι, καὶ δοξάσῃς πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὕτω κοινὸν γεγονὸς ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ᾖς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλ' ἑνῶν τὴν θεότητα. *(F.)*

f. non angelo utique persuasore] Angelos allocutum deum cum dixit *Faciamus hominem* docebat Saturnilus teste Epiphanio T. 1. p. 62. Idem Iudaei sentiunt. Vide Maimonidem More Nevochim parte 2. c. 6. et Manassem Israëlidem Conciliator. in Genesin, qu. 6. *(F.)*

g. dominus a domino] Infra c. 109. ex Genes. XIX. 24. Κύριος παρὰ κυρίου. Ita veteres explicant hunc locum ut filius a patre in Sodomitas poenam immittere intelligatur. Licet Hebraismus ferat ut *dominus a domino* idem denotat quod *a se ipso*, ut notavit Theod. Hackspanius in Sylloge p. 150 seq. Gatakerus c. 17. Adversar., Grotius ad 2 Timoth. I. 18. *(F.)*

h. de spiritu] Genes. I. 2. „Καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος." *(F.)*

in primo die: *Et spiritus dei superferebatur super aquam.* Et Pharao[i] rex Aegypti dicit: *Quis haec interpretabitur,* [3]inquit, *nobis, nisi qui dei habuerit spiritum?* Et David[k]: *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Postea vero voluntas hominum prava, recedens a tanta scientia pietatis, idolorum mendaciis ac vanitatibus studiose cum [4]properaret inservire, turpissimaeque vitae se dare maluisset, iudicio [5]damnationis obnoxia tenebatur, ita ut ante prophetae dicerent: *Sacrificans diis*[l] *eradicabitur.* Et iterum: *Dii qui caelum non fecerunt*[m], *eradicabuntur.* Et ideo [6]dominus [7]non suam novam praesentiam[n] ostendebat dicens: *Qui* [8]*loquebatur in prophetis, ecce adsum*[o]. Neque ergo angelos adorari praecepit alicubi dominus, neque mundi elementa[p], nec creaturam aliquam, neque idola, quae hominum voluntas pessima sui sceleris et turpitudinis perpetrandae causa maluit invenire, ut colentes [9]ea effusam operandi mali possint habere licentiam. Nam et ipsum nomen idoli, species doli et formae praevaricatio[q], de interpretatione Graeca est nuncupatum. Trinitas itaque Christianitatis ab origine mundi praedicabatur, et veritas pietatis sine intermissione ubique docebatur. Nam et David[r] docet: *Dixit dominus domino meo;* et[s]: *Spiritus* [10]*tuus bonus deducet* [11]*me in viam rectam;* et iterum[t]: *Spiritus* [12]*domini* [13]*implevit orbem terrarum;* et[u]: *Quo fugiam a spiritu tuo, et a facie tua quo vadam?*

3. inquit *om. A.* 4. properat *libri omnes.* 5. damnationis obnoxia *A.* damnationi obnoxio *reliqui.* 6. et dominus *A.* 7. non *om. b.* 8. loquebar *A.* 9. ea *Ac.* eam *reliqui.* 10. tuus *om. A.* 11. me *om. A.* 12. dominus (*A*)b. 13. replevit *b.*

i. Pharao] Genes. XLI. 38. „Μὴ εὑρήσομεν ἄνθρωπον τοιοῦτον ὃς ἔχει πνεῦμα θεοῦ ἐν αὐτῷ." *(F.)*

k. Et David] Psal. XXXIII. 6. „Τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν." Vide supra c. 67. *(Fabr.)*

l. Sacrificans diis] Exod. XXII. 20. „Ὁ θυσιάζων θεοῖς, πλὴν κυρίῳ, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται." *(F.)*

m. Dii qui caelum non fecerunt] Psal. XCVI. 5. „Ὅτι πάντως οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, ὁ δὲ κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν." *(F.)*

n. non suam novam praesentiam] Qui non nunc primum veniret, sed pridem iam adfuisset praesens ecclesiae suae. *(F.)*

o. Qui loquebatur in prophetis, ecce adsum] Puto respici ad Ioh. VIII. 56. 58., licet verba incassum ibi quaesiveris. [Imo Es. LII., 6. infra cap. 133.] *(F.)*

p. mundi elementa] Solem, lunam et stellas, ut supra cap. 61. pag. 122. Theophylactus in Coloss. II. 8. „Στοιχεῖα κόσμου ἥλιον καὶ σελήνην λέγει." *(Fabr.)*

q. ipsum nomen idoli species doli et formae praevaricatio] Forma Graecis εἶδος, praevaricatio et dolus δόλος, unde idoli nomen quasi εἴδους δόλος Philastrio componitur. *(F.)*

r. David] Psal. CX. 1. „Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου." *(F.)*

s. et] Psal. CXLIII. 10. „Τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν τῇ εὐθείᾳ." *(Fabr.)*

t. et iterum] Psal. LXXX. 9. „Ἐπλήσθη ἡ γῆ." Psal. CIV. 24. „Ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου." *(F.)*

u. et] Psal. CXXXIX. 7. „Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω." *(F.)*

Nam [14]Solomon docet[x] quod idololatria ab homine instituta [15]sit. Quia amissum filium suum cum diu fleret quidam [16]pater, fecit imaginem eidem, et videndo delectabatur in ea; atque ex eo traditam fuisse posteris, diversamque impietatis materiam inde humano in genere pullulasse.

Cap. CX. (Cap. CIX.)

Alia est haeresis quae dicit Christianos [1]nuperrimos[b] et posteriores Iudaeis et paganis fuisse creatos; ignorans quod Iudaeis et paganis natura priores creati sunt et fide, vita et tempore, sacrificio[c] et conversatione. Fide quidem, quia ab Adam usque ad [2]Moysen tribus annorum milibus et septingentis[d] omnes iusti deum et deum[e], [3]dominum et dominum colentes, etiam spiritum sanctum, veram nuntiabant trinitatem, ita ut ipsam trinitatem integram sine labore possis[f] cognoscere ab [4]illis beatis prioribus et antiquis, nobis etiam [5]hoc postea fuisse [6]manifestatam a domino. Cum enim

14. Solomon *Ba.* Salomon *bc.* Salomon beatus *A.* 15. sit illo qui amissum *A.* 15. ut pater *A.*

Cap. CX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE CHRISTIANIS TEMPORE VLTIMO VERBO DEI[a] CREDENTIBVS.— 1. nuperiores *A.* 2. Mosen a*b.* 3. dominum *om. A.* 4. aliis *b.* 5. hoc *om.* (*A*)*b.* 6. manifestatam (*A*)*b.* manifestata *Ba.* manifestatum *c.*

x. Solomon docet] Sapient. XIV. 15. seq., cui loco illustrando conferendi Philo libro de Decalogo et de Vita Contemplativa, Athanasius contra Gentes T. 1. p. 10. seq. Lactantius lib. 1. c. 15. seq. E recentioribus Vossius lib. 1. de Idololatria c. 11. Io. Faës ad Gyraldum p. 698. seq. etc. *(F.)*

Cap. CX. — a. VERBO DEI] Λόγον Christum intellige, cuius cultores heri et nudius tertius demum coepisse haeresis ista garriebat. *(F.)*

b. Christianos nuperrimos] Haec obiectio novitatis adversus Christianos frequens olim fuit in ore ethnicorum Iudaeorumque. Vide Elmenhorstii notas ad Arnobium lib. 1. p. 19. et D. Kortholti, τοῦ μακαρίτου, Obtrectatorem Paganum capite I. et V. [Et ad Iust. Mart. p. 31 et 55.] Respondebant Christiani, dogma suum non esse minus antiquum quam verbum illud quod erat ab initio. „Διὰ τὸν λόγον ὃς ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀρχαΐζομεν," inquit Clemens Alex. in Protreptico pag. 5. Confer Agobardum libro contra Fredegisum Abbatem T. XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 277. seq. *(Fabr.)*

c. fide, vita et tempore, sacrificio] Haec quatuor deinde distincte per partes Philaster persequitur, hinc concludit, natura ac tempore priores esse Christianos Iudaeis ac paganis, hoc est et praestantiorem et antiquiorem esse ipsorum doctrinam Iudaica ethnicaque. *(F.)*

d. tribus annorum millibus et septingentis] Hoc loco ut infra haeresi 140. et 150. numeros LXX. interpretum sequitur Philastrius, quod veteres Christiani ad unum fere omnes facere consueverunt. Secundum Hebraicos quidem codices longe minus spatium memorare debebat, nam in illis ab Adamo sive orbe condito ad Moysis qui CXX. annis vixit nativitatem, computantur anni non plures quam bis mille trecenti et septuaginta tres, ita ut migratio ex Aegypto et legis sanctio in monte Sinai facta incidat in annum 2453. *(F.)*

e. deum et deum] Id est deum patrem et deum filium. Solent in hanc sententiam veteres laudare locum Genes. I. 27. „*Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit ipsum.*" *(F.)*

f. possis] Ita ex Basil. et Lugd. scripsi pro eo quod perperam erat in Helmst. *possit.* Deinde sustuli στιγμὴν post *antiquis,* et retinui *hoc* quod Lugd. male misit. Ibidem perperam editur *aliis* pro *illis,* et in Basil. *manifestata,* al. *manifestam.* Sensus huius loci est, quod facile intelligere liceat, hoc ipso post et per antiquos illos dogma de ss. trinitate a deo nobis fuisse manifestatum. *(Fabr.)*

dicit scriptura[g]. *Pluit dominus a domino super Sodomam* [7] *et* [8] *Gomorram sulphur et ignem*, quid tibi videtur nuntiare? nonne deum patrem per filium suum, id est Christum deum cuncta signa et mirabilia perfecisse declaravit? Quod sciens David dominum patrem et dominum Christum, id est verbum eius, et sanctum spiritum nuntiabat: trinitatem quidem personarum, unius tamen maiestatis et substantiae ac divinitatis aequalem potentiam nuntiabat. Tamen filium de deo patre esse [9] priore[h], et spiritum sanctum, proprie demonstravit, edocens[i]: *Verbo domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum*; et iterum alibi[k]: *Dixit dominus domino meo.* Et omnes prophetae de verbo et spiritu nuntiaverunt[l], ubique ita dicentes: *Et factum est verbum domini ad me*[m], et: [10] *Spiritus domini fuit ad me*[n]. Ergo non est fidei causa temporalis [11] Christianitas[o][p], sed ante Iudaeos et paganos in lege quidem studentibus et quaerentibus erat manifestata: [12] non autem [13] capientibus[q] [14] vox patris omnipotentisque scientia nuntiabatur a sanctis illis doctoribus et perfectis. Vita etiam non alia priores illi sancti nisi hac, in qua nos vivimus, utebantur. Usque ad Abraham

7. et *om. b.* 8. Gomorra *A.* 9. priorem *b.* *In A. verba* priore, et spiritum sanctum *omissa sunt.* 10. spiritus inquit domini *A.* 11. Christianitas *A.* Christianitatis *reliqui.* 12. non *Ac.* nunc *reliqui.* 13. capientibus *A.* cupientibus *reliqui.* 14. vix patris omnipotentis scientia *A.*

g. scriptura] Genes. XIX. 24. supra p. 214. *(F.)*

h. priore] Ita recte Helmst. et Basil. nam in Lugd. male est *priorem.* Pater filio prior est origine, non tempore nec natura. *(F.)*

i. edocens] Psal. XXXIII. 6. Confer supra c. 108. *(F.)*

k. alibi] Psal. CX. 7. *(F.)*

l. nuntiaverunt] Hoc loco ponendum comma, non post *ubique*, ut faciunt priores editiones. *(F.)*

m. verbum domini ad me] Esaias XXXVIII. 4. *(F.)*

n. Spiritus domini fuit ad me] Id. LXI. 1. Ezech. XI. 5. etc. *(F.)*

o. non est fidei causa temporalis Christianitas] Vetus gloss. „*Temporalis*, ὀλιγοχρόνιος." Sententia Philastrii est fidem Christianitatis sive Christianorum non esse ante breve tempus demum exortam, non esse χρονίτας Christianos, quo convicio catholicos proscindebat Aëtius, perabsurde quidem ille ad quem S. Athanasius dialog. 2. de Trin. p. 193. T. 2. „Τίνας δὲ λέγεις χρονίτας; τοὺς ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων μέχρι καὶ σήμερον αἰνοῦντας πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα; ἢ τοὺς ἀπὸ σοῦ τοὺς χθὲς ἢ σήμερον φανέντας καὶ αἵρεσιν ἔχοντας;" Eodem sensu vocabulum *temporalis*, pro re ante breve tempus exorta, vel per breve tempus durante, saepius apud nostrum ponitur, sed et apud Tertullianum et alios. *(F.)*

p. temporalis Christianitas] *Temporalis* hic et alibi sumitur a Philastrio pro re ante breve tempus exorta, ut recte notavit Fabricius ad h. l. et ad cap. 112. 122. 129. „quod est temporalitatis," pro eo quod recens minimeque antiquum, explicante eodem Fabricio. (Galeard.)

q. non autem cupientibus] Ita scribendum mihi visum est necessario pro *nunc*, quod nullum fundebat sensum. Venit etiam in mentem *capientibus* pro *cupientibus*, hoc tamen praetuli, quia studentibus et quaerentibus melius respondet. Esaiae LXV. 1. „*Invenerunt qui non quaesiverunt me.*" Porro *vox patris, et omnipotentis scientia*, est doctrina de deo omnipotente creatore caeli et terrae eiusque cultu et lege, non simul facta mentione filii salutificatoris, nec spiritus s. *(F.)*

enim non circumcisionem habentes[r], non sacrificiis gaudentes[s] deo placebant, et iusti in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim David[t], *Sacrificium deo cor contribulatum;* et[u], *Immola deo sacrificium laudis.* Et quod necessitate indocilitatis cogente sacrificia temporalia, non perpetua nec vera[w], fuerunt indicta Iudaeis, nec salutaria, dicit propheta ad Iudaeos[x], *Ecce ego facio nova*, et[y], *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis.* Ante ergo Iudaeis [15]Esaias testabatur propheta[z]: [16]*Qui enim exquisivit haec de manibus vestris?* Et iterum[a]: [17]*Circumcidimini corda vestra, et non corpora vestra.* Quale autem [18]est quod sacrificium Melchisedech sub Abraham[b] inprimis obtulerit, ante quadringentos annos quam Iudaei nominarentur aut [19]Iudas nasceretur[c d], et antequam acciperent [20]librum Geneseos, praevidens mysterium Christianitatis[e]? ut omnia quae in Christianitate sunt, sive fides, sive vita, sive sacramentum[f], non temporalia, sed ab origine mundi statuta et nun-

15. Isaias *(A)abc.* 16. Quis *(A)bc.* 17. Circumcidite *(A)b.* 18. est quod *om. A.* 19. Iudâ nascerentur *c.* 20. in libro Geneseos pervides *A.*

r. non circumcisionem habentes] Praeclara sunt quae in hanc rem disputat Eusebius libro I. Demonstrationis Evangelicae, quem si placet adi. *(F.)*

s. non sacrificiis gaudentes] Constat tamen a primis hominibus oblata deo sacrificia. At certe cerimoniae sacrificiorum leviticae nondum erant tunc temporis institutae, quod adversus Iudaeos satis est. *(F.)*

t. David] Psal. LI. 19. *(F.)*

u. Immola deo] Psal. L. 14. *(F.)*

w. nec vera] Quae vere possent divinam expiare iram et salutem hominibus conciliare. Eiuscemodi unicum verum et salutare sacrificium se pro nobis obtulit Christus. *(F.)*

x. propheta ad Iudaeos] Esaias XLIII. 19. *(F.)*

y. Priusquam veniant] Id. XLVIII. 5. 6. infra haeresi CXLIV. *(F.)*

z. Isaias testabatur propheta] Cap. I. 12. *(F.)*

a. Et iterum] Ierem. IV. 4. *(F.)*

b. sub Abraham] Iam Abrahami tempore, Genes. XIV. 18. sacrificium ἐπινίκιον Melchisedechus praesente Abrahamo obtulit. *(F.)*

c. Iudas nasceretur] Minime necessaria videtur doctissimi Fabricii emendatio, cum priores editiones recte habeant „Iudas nasceretur," quibus suffragatur Corbeiensis codex. Sensus enim Philastrii est, non quod ab Abrahamo ad Iudam effluxerint 340. anni, sed quod Melchisedech sacrificium obtulerit ante quam Iudaei nominarentur aut Iudas nasceretur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos; ubi numerum perfectum ponit pro incompleto, utiturque μεταθέσει quadam seu transpositione verborum, quam Fabricius agnovit in illo quoque „praevidens mysterium Christianitatis," quod recte notat referri ad Melchisedech. Fortasse verba illa „quadringentos annos" irrepserunt in locum non suum, legendumque proinde „antequam Iudaei nominarentur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos." (Galeard.)

d. Iuda nascerentur] Sic emendavi, cum in prioribus editionibus reperissem *Iudas nasceretur,* quae lectio ferri non potest. Quis enim diceret ab Abrahamo ad natum usque Iudam effluxisse annos 340? quos ab primo Abrahami in Chananitidem adventu usque ad exitum Israelitarum ex Aegypto numerat apostolus Galat. III. 17. *(F.)*

e. praevidens mysterium Christianitatis] Haec verba cum prioribus connectenda adeoque per interrogationem efferenda esse existimo. Priores editiones illa divellentes post vocabulum Geneseos faciunt στιγμήν, frigido sensu. *(Fabr.)*

f. sacramentum] Sacrificium Christi, de quo iam dixit. *(F.)*

tiata et potius celebrata cognoscas. In Christo autem et per Christum, per quem cuncta facta sunt[g], oportuerat nos ab eo videre et cognoscere, [21]et, quod erat maius in lege mysterium de eo ante nuntiatum, [22]ab ipso plenius excipere completum [23]consummatumque. Nam quod et castitas[h] similis fuerit in prophetis quam plurimis non est dubium, ut in Helia, Helisaeo, Daniele, [24]Hieremia, [25]Esdra, tribus pueris, et aliis multis beatissimis: ut in Christi praesentia et quod supra legem erat[i] ante nuntiatum ab eis cognosceretur, et quod per legem [26]coniunctum erat[k], ipsius firmaretur divina sententia, voluntatique[l] hominum et studio concessa haec gratia nosceretur. Ideo et ipse dominus priores illos sanctos ante legem[m] nobis et nos illis prioribus secundum fidem iustitiae copulabat, Iudaeos autem [27]et paganos [28]respuens, qui medio tempore inter mandatum erant et gratiam[n] positi, qui inimica volun-

21. et *om. A.* 22. ab ipso plenius excipere completum *om. A.* 23. atque consummatum *A.* 24. Ieremia *abc.* 25. Hesdre *B.* Esdrae *a.* 26. coniugium *A.* 27. et re inter mandatum *A., ceteris omissis.* 28. respiciens *c., mendose.*

g. per quem cuncta facta sunt] Iohannes versu et capite primo evangelii. *(Fabr.)*

h. Nam quod et castitas] Ostendit caelibem vitam quam multi Christianorum ducebant, non esse rem novam, sed iam eiusmodi institutum secutos aliquos e prophetis sub lege. De Daniele vide Huetii Demonstr. Evang. p. 466., et de tribus pueris eiusdem viri doctissimi notas ad Origenem pag. 66. Cosmas Indopleustes VIII. pag. 307. „Οὔτε γὰρ γάμος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν φέρεται παρὰ θείᾳ γραφῇ, οὐδὲ τέκνον, οὔτε τι τῶν τοιούτων ἠκούσθη περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἡ παράδοσις καὶ ἡ συνήθεια κατὰ τὴν προφητείαν ἀγενείους καὶ λείους ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀναγράφουσιν." S. Hieronymus ad Eustochium de Custodia Virginitatis: „*Virgo Helias, Helisaeus virgo, virgines multi filii prophetarum. Hieremiae dicitur* (XVI. 2.): *Et tu ne accipias uxorem.*" *(F.)*

i. quod supra legem erat] Nusquam enim lex caelibatum praecipit. In superioribus editionibus male coniunguntur verba: „*quod supra legem erat annunciatum,*" nullo sensu. *(F.)*

k. coniunctum erat] Male hic editiones *coniunctum,* sed Corbeiensis codex recte *coniugium.* Nam cum antea Philastrius dixisset caelibatum ante nuntiatum ab Elia, Elisaeo aliisque prophetis esse supra legem, apposite subdit „coniugium quod per legem erat, in Christi praesentia (scilicet in evangelio) fuisse ab ipso Christo divina sententia firmatum," nempe illo Matth. XIX. 6. „Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. (Galeard.)

l. voluntatique et studio concessa] Etiam sub lege et ante legem; non gratiae Christianitatis demum reservata. *(Fabr.)*

m. sanctos ante legem] Abrahamum verbi gratia, qui per eandem fidem iustitiam consecutus fuit, qua nos eam consequimur. *(F.)*

n. inter mandatum et gratiam] Id est inter statum antelegalem et gratiam evangelii. *Mandatum* hoc sensu habes infra haeresi 144. et disertissime haeresi 146. et 148., ubi distinguit haec tria, mandatum, legem in medio tempore, et Christi gratiam. S. Maximus T. I. p. 86. 269. et alibi vocat τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτὸν sive γράμματος, et τὸν πνευματικὸν sive legem χάριτος, ut appellatur etiam a Proclo Cpol. homilia 2., ubi septem leges computat. [Legem et gratiam ita opponit Photius IV. contra Manichaeos p. 113. 129. 131. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 165. 167. 171. 178., ubi Christus „τῆς χάριτος νομοθέτης." Chrysost. tom. VI. ed. novae p. 324. et tom. IV. p. 593. sq. πολιτείαν ἀγγελικὴν ante-mosaicam, legem Mosis et Christi πολιτείαν. Idem tom. II. p. 276.

tate ac perniciosa pessumdati reperiuntur in vitiis carnalibus, doctrinae caelesti inimici et adversarii, aeterno poenarum iudicio reservati.

Est haeresis quae dicit nasci paganos naturaliter[a], non Christianos[b], id est rerum natura[c] corpus et animam hominis non a deo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem paganam ita progredi [1]arbitratur, cum ab Adam usque ad Abraham, et postea usque ad Iudam, qui post Abraham quartus est in generatione[d], [2]non pagani[e] fuerint, neque Iudaei appellati, sed gentes a provinciarum nomine et diversitate nuncupati. Pagani autem post Iudaeos sive a [3]pago[f], id est loco, sive a provincia una[g] dicti sunt, sive a Pagano rege[h], quod verum esse, ut ait Hesiodus[i] Graecus poëta, manifestum est. Si ergo a [4]pago, loci est indicium, sicuti et nunc dicitur[k] de pago illo: si autem de idolis, quod ea colentes Cap. CXI. (Cap. CX.)

Cap. CXI. *in abc. inscriptum est* De corpore et anima hominis haeresis nocentissima. — 1. arbitrantur *A*. 2. non *om. A*. 3. pagano *(A)b*. 4. pagano *b*.

ait Iobum fuisse „πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου." Vocem τῆς χάριτος eodem sensu p. 228. D. 229. A.] *(F.)*

Cap. CXI. — a. nasci paganos naturaliter] Propagatione naturali animorum, non quotidiana creatione. Assentitur nempe Philastrius sententiae parum credibili, sed Hilario, Hieronymo multisque aliis ecclesiae doctoribus probatae, (vide Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmatt. Eccles. p. 131.) statuitque animas a deo quotidie per Christum creari, quod Augustino etiam placuit initio: sed deinde dubius ille haesit, cum a Pelagio obiiceretur animam, si ex traduce non sit, poenam originalis peccati non mereri, cuius obiectionis solutionem neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire se potuisse ait epistola 28. (novae edit. 166.) ad Hieron. Confer Henrici de Noris Vindicias Augustinianas p. 101. 110., et Iac. Thomasii, τοῦ μακαρίτου, Diss. de Origine Animae sect. 3. §. 34. seq. *(F.)*

b. non Christianos] Tertulliani, qui et ipse animam propagari ex traduce affirmat, libro de Anima c. 9. 19. 22. 27. 36., celebre dictum est c. 18. Apologetici: „*Fiunt, non nascuntur Christiani,*" „quod erudita Diss. historico-theologica pridem illustravit D. Matthias Zimmermannus Lips. 1662. 4. *(F.)*

c. rerum natura] H. e. generatione, sic infra c. 112. „*Ergo natura rerum deo adscribenda est, non hominum vanitati.*" *(Fabr.)*

d. quartus in generatione] Iudas a quo Iudaei nomen habent, Iacobi filius, nepos Isaaci, Abrahami pronepos. *(F.)*

e. non pagani] Negat Philastrius tunc fuisse Graecos idololatras, neque auditum Graecorum paganorumque nomen. *(Fabr.)*

f. sive a pago] Vide Vossii notas ad Plinii epist. de Christianis p. 46. seq. et Weitzium ad Prudentium pag. 614. nec non Cangium in Glossario Latino. *(F.)*

g. a provincia una] Graecia. *(F.)*

h. a pagano rege] Hellene vel Graeco, de quo infra hoc capite. *(F.)*

i. ut ait Hesiodus] Infra: „*quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus Graecus poëta, pagani sunt appellati.* Atque iterum: *et, ut ait Hesiodus, a Graeco rege* (Hellene) *fuisse Graecos appellatos.*" Versus quibus hoc scripsit Hesiodus, hodie non exstant quod sciam: licet Strabo VIII. p. 370. cum notasset ab Homero solos Thessaliae incolas vocatos Ἕλληνας, subiungit Hesiodum et Archilochum Ἕλληνας dixisse etiam qui essent Πανέλληνες. *(F.)*

k. sicuti et nunc dicitur] Ut nunc etiam moris est ab hoc vel illo pago aliquem denominare, sive pagus villam, sive praefecturam denotet, ut apud Caesarem, cui universa Helvetiorum gens in quatuor pagos dividitur. *(F.)*

sculptilia ita nominabantur pagani, id est gentiles; quia non a deo idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut et scriptura nostra[l] et paganorum quam plurimi nuntiarunt, homines haec invenisse ad seductionem [5]damnationemque animarum, quod illa aspiciens populus[m] delectabatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant. Certa autem est probatio et maior, [6]quod ipsi pagani in suis historiis referunt, quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus Graecus poëta, pagani sint appellati, [7]qui postea ex rege Pagano[n], Deucalionis filio et Pyrrhae, quasi [8]plausibile atque amabile nomen eius habentes, imo potius colentes memoriam eius usque in hodiernum diem, [9]hoc mendacium nominis usque nunc detinent percolentes. [10]Hellen itaque, id est Graecus homo, a lingua et a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali et Romani a Romulo et Latini a Latino nomen acceperunt, non ab idolorum impietate. Idola etenim, id est formas[o] sculptilium hominum[p] postea pessima voluntas invenit. Linguam autem Graecam provinciae unius proprietas declaravit, quam rex paganus ex suo nomine confirmavit, ut ait Hesiodus a Graeco rege fuisse Graecos[q] appellatos, qui Graecus nomine filius fuit Deucalionis.

Cap. CXII. (Cap. CXI.) Alia est haeresis quae dicit incertum numerum esse annorum a mundi origine, et ignorare homines curricula temporum, cum ab Adam usque ad diluvium[a] decem sint generationes et annorum

5. damnationemque *om. A.* 6. *Verba* quod ipsi pagani in suis historiis referunt *desiderantur in c., ut in A. verba* in suis - - poëta, pagani. *Idem pro* sint appellati *habet* sunt appellati. 7. quod *c.* 8. passibile *A.* 9. hoc *A.* hoc est *reliqui.* 10. Helles *libri omnes.*

Cap. CXII. *in abc. inscriptionem habet* De annorvm mvndi incertitvdine haeresis. —

l. scriptura nostra] Sap. XIV. 15. sq. supra, c. 108. *(F.)*

m. aspiciens populus] Exod. XXXII. 6. *(F).*

n. ex rege Pagano] Hellen Deucalionis et Pyrrhae filius, ut Thucydides, Apollodorus, Strabo, Eusebius consentiunt. Ab Hellene hoc Ἕλληνες. Confer Erasmi Vindigii librum qui inscribitur Hellen, tomo undecimo Thesauri Antiquitatum Graecarum Gronoviani p. 321. et Salmasium de Hellenistica p. 348. sq. *(Fabr.)*

o. formas] Εἴδη, unde εἰδώλου nomen. *(F.)*

p. sculptilium hominum] Sculptiles hominum imagines. *(F.)*

q. a Graeco rege fuisse Graecos] Hoc est ab Hellene, ut supra dixerat: „*Hellen itaque, id est Graecus homo, a lingua et nomine regis dicitur.*" Alioqui Γραικοὶ etiam dicti a Graeco Thessali F., quod antiquius nomen quam illud Ἑλλήνων. Vide quae viri docti ad Stephanum Byz. in Γραικοί. *(F.)*

Cap. CXII. — a. ab Adam usque ad diluvium] Si numeros singulos a Philastrio notatos colligas, prodibunt a rerum origine ad natum Christum anni 5341. Satis autem constat ex aliis etiam ipsius locis, eum sequi LXX interpretum calculum, non codices Hebraicos, nam ita 3700 annos ad Moysen usque computat c. 109. et c. 150., et ab Adamo ad Eberum usque annos 2700 c. 104. Aliorum veterum computum ad hunc

MMCCXLII anni, et a diluvio usque ad confusionem linguarum sub Heber sancto, [1]qui non consenserat aedificationi turris[b], quinta sit generatio, paene DC anni, quando et nomina provinciarum divisa sunt, [2]veluti LXXII linguarum[c]. Exinde usque ad Abraham patriarcham quinta est generatio, anni DXL. Et ab Abraham usque ad [3]Moysen septem generationes, anni CCCCXXX, ut ait beatus apostolus[d]: et a [4]Moyse usque Samuel [5]iudicem DCXXIX anni: et a Samuel et David usque ad captivitatem Iudaeorum in [6]Persida anni paene D: [7]et a captivitate usque ad domini nostri praesentiam anni paene D: et inde a domino usque nunc [8]anni CCCCXXX plus minus[e][1]. Ergo si haec fides erat[g] in illis prioribus sanctis nostris patribus quae in nobis est, ab illis autem ante est tradita et praedicata, id est patris et filii et sancti spiritus, haec, quippe divina scientia, quomodo temporalis est[h], ut quidam aesti-

1. quae *c., mendose.* 2. veluti LXXV linguarum et exinde *A.* 3. Mosen *(A)abc.* 4. Mose *(A)abc.* 5. iudicem *om. A.* 6. Persido *(A)b.* 7. et captivitate *b.* 8. anni CCCCXXX plus minus *A.* anni CCCCXXX plus *Ba.* anni CCCLXXX plus *c., ex coniect. Latini Latinii.* anni 1430 plus *b., mendose.*

Philastrii quam proxime accedentium notavi in Bibliographia Antiquaria c. 7. p. 191. *(F.)*

b. qui non consenserat aedificationi turris] Mirum videri possit magno Bocharto non venisse in mentem huius loci, in quo Philastrius diserte affirmat Heberum non consensisse aedificationi turris, ubi idem et ipse docet lib. I. Phal. 10. Cf. Augustin. de Civ. Dei XVI. 11. ibique Ludov. Vives, ac praeterea, si placet, Steph. Morinum Excercit. de Linguis Part. I. cap. 8. pag. 44. sqq., quamvis contra sentiat Huetius Demonstr. Evang. prop. 4. pag. 68. Hoc idem Philastrius dixerat supra cap. 105. (Galeard.)

c. LXXII linguarum] Vide Coteler. ad Clementin. XVIII. 4. Potterum ad Clementem Alex. pag. 404. Bochartum lib. 1. Phaleg. c. 15. *(F.)*

d. beatus apostolus] Galat. III. 17. ad quem locum confer si placet Usserii Chronologiam Sacram c. 8. seq. Scaligerum ad Euseb. p. 17. etc. *(F.)*

e. inde a domino usque nunc anni CCCXXX plus minus] In prioribus editionibus fuit CCCCXXX plus. Sed Philastrius ante A. C. 391. scripsisse se significavit c. 83. atque interfuit Concilio Aquileiensi A. C. 387. Syagrio et Euchario COSS. Hinc numerum manifeste corruptum ita restituendum esse iudicavit Latinus Latinius, cui alii viri eruditi assentiuntur. Conferendus etiam locus cap. 106., ubi quadringentos iam plus minus annos ex quo venit dominus effluxisse Philastrius scripsit. *(F.)*

f. anni CCCCXXX plus minus] Ad verba Fabricii h. l. adnotata Galeardus haec monuit: „Librariorum σφάλμα, quod minime Fabricio imputandum: quomodo enim vir summus ignoraverit Concilium Aquileiense anno 381. consignandum, ut ex eius Actis constat apud Baronium eodem anno, cum aliunde etiam consularis epocha rectam anni 381. notam prodat? Oblitus certe esse non poterat Fabricius, se gesta Concilii Aquileiensis contra Palladium et Secundianum haereticos (Arianos) A. C. 381. ex Labbeo et Chiffletio inter testimonia ad Philastrium initio libri retulisse. Eundem errorem errat Latinus Latinius, ubi et ipse de Philastrio ait: „Interfuit Concilio Aquileiensi habito Syagrio et Eucherio viris consul. id est A. D. 387." Male."

g. si haec fides erat] Ostendit hoc supra c. 109. *(F.)*

h. quomodo temporalis est] Temporale, pro recentis brevisque aevi, ut eodem c. 109. et 118. 119. etc. *(F.)*

mant, et non ab origine mundi haec ante scientia Christiana cunctis hominibus nuntiata, quae in mandato et lege manifestata et praedicata ostenditur? Si autem in medio temporis sub [9] Moyse [10] per umbram minus dictum sit aliquid, non utique dantis erat invidia domini, [11] quantum non capientis populi caeleste mysterium incapax et debilis hominum et non valentium [12] incusabitur infirmitas. Denique ipse Christus dominus quod ante nuntiaverat per sanctos prophetas, hoc et postea firmando praeceperat, dicens[i], *Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti*, ut non solum fidem [13] pristinam ab origine mundi hanc esse declararet, verum etiam vitam, in qua nos degimus hodie, in circumcisione cordis, non carnis iactantia[k] comprobaret. Errant ergo nimium qui generationem hominis aut paganae impietati[l] aut Iudaicae audent adscribere vanitati. Cum Iudaeum nisi dies octava[m] susceperit, Iudaeum non licet appellari, nec paganum aeque, nisi deos vanos [14] hominem[n] fecisse putaverit. Ergo natura rerum[o] deo adscribenda est, non alicui horum vanitati: doctrina autem quae fecundat post naturam[p], si vera fuerit, fidei dei copulanda est ac saluberrimae servituti iungenda, non recedens ab ea [15] quippe, sed suum potius per fidem agnoscens dominum recordansque creatorem naturaliter. Itaque non naturae animi infirmitas hominum, sed prava voluntas est potius accusanda, dicente domino[q], *Et nunc si volueritis et audieritis me, bona terrae manducabitis: si autem nolueritis, nec audieritis me, gladius vos comedet. Os enim domini locutum* [16] *est.* Et hoc[r]: *Venite ad me omnes qui onerati estis, et ego vos sublevabo.*

9. Mose *(A)abc.* 10. sub umbra *A.* 11. *Facillima mutatione rescribes* in quantum. *Quod autem non opus est.* 12. incusabatur *A.* 13. priscam *A.* 14. homines *A.* 15. quippiam *(A)b.* 16. est hoc. Et dominus: Venite *A.*

i. dicens] Matth. XXVIII. 19. *(F.)*

k. non carnis iactantia] Gal. VI. 13. *(Fabr.)*

l. generationem hominis aut paganei ampietati] Hoc est qui existimant Graecorum vel Iudaeorum religionem esse tam antiquam quam est genus humanum, ita ut homines nascantur pagani (vel Iudaei) naturaliter, quod negaverat noster capite superiore 110. *(Fabr.)*

m. dies octava] Ante circumcisionem non erit Iudaeus. *(F.)*

n. nisi deos vanos hominem] Ut deos vanos sive idola esse hominis opifices ac demiurgos sibi persuadeat. *(F.)*

o. natura rerum] Hominis generatio, ut supra c. 110. *„rerum natura corpus et animam hominis, nona deo per Christum creari quotidie."* *(F.)*

p. quae fecundat post naturam] Ut propagetur non modo natura hominis, sed etiam doctrina quam parentes sunt professi, ut nascatur e pagano paganus, Iudaeus ex Iudaeo, Christianus ex Christiano. *(F.)*

q. dicente domino] Esaiae I. 19. 20. „Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰςακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰςακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα." *(F.)*

r. Et hoc] Matth. XI. 28. „Δεῦτε πρός

[1]Habenda est et haeresis[a] quae dicit nomina dierum, Solis, Lu- Cap. CXIII.
nae, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni, a deo haec ita posita (Cap. CXII.)
ab origine mundi, non hominum vana praesumptione nuncupata, cum a prima origine usque ad Graecos reges[b] et Hermen fallacissimum illum, qui haec nomina vanissima et frivola mentiendo ausus est nuncupare, si quaerere volueris, invenies multum fluxisse temporis, et sic paganos, id est Graecos haec nomina posuisse, cum etiam secundum septem stellas[c] dixerint hominum generationem [2]consistere, ut ille ipse delirans hoc definit. Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, a deo est appellatus[d], non in hac vanitate nuncupationis turpissimae initio [2]enuntiatus aut traditus.

Est haeresis[a] quae cum legit in Genesi verbum dicente domino Cap. CXIV.

Cap. CXIII. *in abc. inscriptum est* Haeresis de septem planetis. — 1. Habenda est et *Bac.* Cavenda est et *b.* Alia est *A.* 2. constituere *(A)b.* 3. nuntiatus *A.*

Cap. CXIV. *solus servavit codex Corbeiensis. Desideratur igitur in Babc.*

με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς." Illud κοπιῶντες Philastrius brevitatis causa omisit.

Cap. CXIII. — a. Habenda est et haeresis] Non facile fuerit quisquam qui nomina illa diebus imposita a deo crediderit, sed nominibus illis uti, perinde est indifferens et alienum ab haeresi, ut nominibus siderum, de quibus c. 103. Certe diem Solis non dubitavit dicere Iustinus Martyr Apologia 2. pag. 99. Idem tamen pro Veneris die maluit dicere τὴν πρὸ τῆς Κρονικῆς, Irenaeus V. 23. „*pridie ante sabbatum.*" *(F.)*

b. ad Graecos reges] Ut supra c. 110. paganos dixit pro Graecis, sic hoc loco Graecos pro paganis sive ethnicis. Sic infra hoc capite: „*et sic paganos id est Graecos haec nomina posuisse.*" Non autem Graecis sed Aegyptiis deberi illam dierum a septem planetis denominationem, testes locupletissimi Herodotus lib. 2. c. 82. et Dio Cassius lib. 36. p. 37. atque ipse confirmat Philastrius qui Hermem Aegyptium perinde ut c. 103. eo nomine reprehendit. *(F.)*

c. cum etiam secundum septem stellas] In superioribus editionibus male: *cum haec nomina etiam secundum septem stellas.* Hominum generatio ab septem planetis suspenditur etiam in scriptis quae sub Hermetis Trismegisti nomine ambulantia etiamnum habemus, ut in Poëmandro c. 9. et in Minerva Mundi p. 29. b., ut omittam quae ex Panareto Trismegisti Paulus Alexandrinus K. 3., et quae in trutina Hermetis Astrologica, libris duobus de Revolutionibus Nativitatum, et in Aphorismis atque Iatromathematicis. *(F.)*

d. Dierum enim numerus a deo appellatus] Genes. I. *(F.)*

Cap. CXIV. — a. Est haeresis] In Ms. Corbeiensi additur haeresis de duplici deo, quam tribuit Philastrius ibi Manichaeis, Gnosticis, Nicolaitis et aliis perditis, qui in hunc errorem consentiunt, dicentes quod alter quidem bonus deus est, alter autem malus. Alibi etiam Philastrius de hoc errore Manichaeos arguit, nempe cap. 61. Huius autem erroris origo adscribitur ab eodem Philastrio cap. 44. 45. Cerdoni et Marcioni, Cerdonis discipulo, quos de hoc errore redarguit tum Epiphanius tom. I. p. 300. 303., ubi Marcionem non duo tantum principia, sed tria constituisse animadvertit, quod notatum etiam Grabio ad Irenaeum lib. 3. cap. 43. ed. Massueti p. 144., tum ante Epiphanium Irenaeus ipse lib. 1. cap. 27., eundem errorem refutans lib. 3. cap. 9 et 43., imo fere toto lib. 4., pout advertit Massuetus dissert. 3. in Irenaeum n. 55. pag. CXXX. Quod subdit Philastrius „Non itaque invidens deus repulit patrem nostrum de paradiso, sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo

de Adam, *Ecce*[b] *Adam factus est quasi unus ex nobis, sciens bonum et malum: et nunc ne quando extendat manum suam et tangat et gustet de ligno vitae et vivat in aeternum*, Expulit, inquit, eum dominus de paradiso invidiae causa. Et primum hoc sentiunt, quod alter deus fecerit animam, alter carnem, ut Manichaei, Gnostici, Nicolaitae et alii perditi arbitrantur, dicentes quod alter quidem bonus deus est, alter autem malus, inquiunt, in hoc seculo. Et malum deum hunc aestimant dixisse ut [1]pelleretur de paradiso, non adtendentes quod unus deus atque idem pater per filium fecerit Adam patrem nostrum, dederitque ei mandatum, ut custodito eo permaneret immortalis, praevaricatoque mandato pelleretur de paradiso, ut scriptum est; et quia suasione inimici hoc perpessus est, cum non adtendunt ad Christi misericordiam, in praecipitium mortis [2]defendunt perpetuae. Hic itaque non invidens deus repulit patrem nostrum de paradiso, ut non ibi moraretur, aut non gustaret de ligno vitae, sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo ad maiora etiam [3]crimina alia inveniret eum [4]prodeuntem aetate ampliore, posteaque criminali iudicio reum factum amplius condemnaret. Nam inter hominem et diabolum erat Christus auditor pariter et iudex iustissimus et bonus in omnibus. Itidem et homini quidem in modico [5]peccanti non pepercit, dans nihilominus et huic condignam sententiam iuxta peccatum quod

1. pellerentur *A*. 2. descendunt *A*. 3. crimen *A*. 4. prodeunte *A*. 5. peccati *A*.

etiam ad maiora crimen (*l.* crimina) alia inveniret eum prodeunte aetate ampliore (suppl. *processisse*), posteaque criminali iudicio reum factum amplius condemnaret," simile est ei quod habet cap. 132. de Cain peccato, ubi dicit eum correptum a domino, „ut, si fructus bonorum operum de cetero eum sequeretur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus." Verba porro illa „prodeunte aetate ampliore" indicare videntur Philastrium in ea fuisse sententia, quae asserit primos parentes in adulta aetate haud creatos; hanc autem tradit Irenaeus lib. III. cap. 22. n. 4., cui licet non multos patrocinaturos fore pronuntiet Massuetus ad hunc Irenaei locum, eam tamen expresse docet Clemens Alexandrinus Protrept. cap. 11., ubi de Adam ait: „Παρήγετο ἐπιθυμίαις ὁ παῖς," itemque Theophilus Antioch. lib. II. ad Autolyc. p. 314. in Orthodox., dicens quod ideo Adam ligno scientiae vesci nequiverit, quia „ἔτι νήπιος ἦν."

Ad id quod sequitur de sententia et iudicio diaboli, quo videtur insinuare Philastrius diabolo post lapsum paenitentiae locum superfuisse, fortasse collineat trita illa veterum non paucis sententia, diabolum nondum damnationis suae accepisse sententiam, neque sempiternis cruciatibus addictum, sed in extremo iudicio id eum esse passurum; dicit enim Philastrius: „Diabolus cum durior ad paenitentiam pervidetur, maiorem futuri iudicii a Christo domino servitutem (*fortasse legendum* severitatem) expectat;" de quo videndus Massuetus ad Irenaeum lib. V. cap. 26. p. 324., itemque dissert. 3., quae est de Irenaei doctrina art. 9. n. 108. 109., Feuardentius Annot. ad Irenaeum edit. Massueti pag. 11. et 198., uti etiam Petavius tom. III. Dogmat. Theol. lib. I. de Angelis cap. 8. et lib. III., cap. 4. (Galeard.)

b. Ecce] Gen. III. 22.

fecerat, et diabolo aeque locum paenitentiae relinquens. Non autem intelligente diabolo, ut mali tanti suggestionis paenitudinem gereret, maius ei post servabat iudicium. Et homo quidem, cum pellitur e paradiso, pronior ad paenitentiam reperitur: diabolus autem, cum durior ad paenitentiam pervidetur, maiorem futuri iudicii a Christo domino [6]severitatem expectat; sicut dictum est: *Noluit intelligere, ut bene ageret;* et iterum: *Malitiam autem non odivit.* Quia ergo in parvo peccans [7]recepit Adam, persuasus a diabolo ut manducaret, egitque statim paenitudinem, meruit delicti veniam impetrare, atque in paradisum in Christi praesentiam filiorum etiam procreatione remeare. Diabolus autem, non gerens paenitudinem, et eius satellites maiori iudicio reservantur, ut dixit dominus: *Ite*[c] *a me in ignem aeternum, quem paravit pater meus diabolo et angelis eius.*

Alia est haeresis quae dicit mundos esse infinitos et innumerabiles, secundum philosophorum quorundam[a] inanem sententiam, cum scriptura mundum unum[b] dixerit et de uno docuerit, haec etiam de apocryphis prophetarum[c], id est secretis, ut ipsi pagani dixerunt, sumentes; ut et Democritus ille[d], qui multos mundos esse asseruit, deque sua sapientia cum hoc praedicat, multorum animas sensusque dubios diversis erroribus concitavit. Cap. CXV. (Cap. CXIII.)

Sunt quidam haeretici[a] qui patrem nostrum Adam et Evam ma- Cap. CXVI. (Cap. CXIV.)

6. servitutem *A*. 7. *Fortasse reponendum* resipuit.
Cap. CXV. *in abc. inscriptum est* De mundis infinitis haeresis.
Cap. CXVI. *in abc. inscriptum habet* Haeresis de Adae et Evae caecitate.

c. Ite] Matth. XXV. 41.

Cap. CXV. — a. secundum philosophorum quorundam] Itaque *philosophorum* legendum apud Augustinum indice c. 77. de Haeres. pro *Opheorum* vel, ut nonnulli, *Orpheorum*, licet Orphicum etiam dogma fuit lunam et alia sidera habitari, de quo dixi lib. 1. Bibl. Graecae cap. 20. §. 8. seq. Apud auctorem Praedestinati c. 77. haec dicitur *haeresis Ametritarum*. Et ab Origene innumerabiles mundos introductos scribit Hieronymus 1. in Rufin. [Christiani Gottlieb Ioecheri Programma inagurale de Haeresi Opheorum sive Orpheorum. Lips. 1730. 4.] *(F.)*

b. scriptura mundum unum] Unius caeli et unius terrae faciens mentionem Gen. I. 1., ex quo tamen neutiquam probari potest astra nullis habitari incolis. *(Fabr.)*

c. de apocryphis prophetarum] Prophetas et theologos gentium intelligit, ut Epimenides propheta Cretensium vocatur a Paulo ad Tit. I. 12. Ab illis enim multitudinem mundorum traditam, sicut etiam a Pythagoreis et aliis, diserte testatur Proclus IV. in Timaeum p. 279. „Δῆλον ὅτι καλῶς εἴρηται κόσμον ἑκάστην εἶναι τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν θεολόγων ταῦτα διδασκόντων."

d. Democritus ille] Democritus apud Hippocratem epistola ad Damagetum: „Πολλαί γε ἀπειρίαι κόσμων εἰσί· καὶ μηδαμῶς κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν." Mundorum infinitates Democriti memorat etiam Ammianus XV. 1. et Augustinus III. 10. contra Academicos, ut omittam alia testimonia notata Andreae Schotto lib. 2. c. 7. Nodorum Ciceronian. et Menagio ad Laërtii IX. 44.

Cap. CXVI. — a. Sunt quidam haeretici] Imperito vulgo, non haereticis, hanc tribuit opinionem Augustinus,

trem nostram aestimant caecos ante fuisse quam gustarent de arbore, posteaque [1]aperuisse suos oculos[b], ac tunc quod nudi essent [2]pervidisse, cum ante scriptura dixerit[c] quod [3]vidit Eva oculis suis arborem et fructum eius et, quia bona aspectu et suavis visu, [4]extendens manum gustaverit. Haereticorum est itaque dementiae, et Iudaeorum potius caecitatis, [5]hoc ita sentire, cum modum non intelligant [6]nuditatis. Hancque amissionem immortalitatis in praevaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos apostolus docuit, dicens[d], *Et, si induti Christum, non nudi inveniamur;* et iterum[e], *Induite Christum Iesum.* Et quod dominus in evangelio increpat, dicens illi qui non indumentum nuptiale[f] habuit, qui erat vocatus [7]ad nuptias.

Cap. CXVII. Est haeresis[a] quae, cum audit in Genesi quod [1]dominus *per* pelli-

1. eos aperuisse *A.* 2. pervidisset *B.* 3. vidit inquit Eva *A.* vidit (vidi *B.*) etiam *Babc.* 4. et extendens *Bac.* 5. hoc est ita *A.* 6. *Vulgata distinctio est* nuditatis, hancque *cett.* *Pro* Hancque *rescripserim* Hancce. 7. ad nuptias: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem *(A)b.*

Cap. CXVII. *solus Corbeiensis liber servavit. Desideratur igitur in Babc.* — 1. dominus pellicias tunicas *A.*

quem vide XIV. 17. de Civitate Dei, et ibi Leonhardi Coquei notas. [Simon Magus apud scriptorem Ebionaeum Clementinorum III. 39. „Αὐτίκα γοῦν ὁ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ γεγονὼς Ἀδὰμ καὶ τυφλὸς κτίζεται καὶ γνῶσιν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ οὐκ ἔχων παραδέδοται." Adde III. 42.] *(F.)*

b. posteaque aperuisse suos oculos] Genes. III. 7. *(F.)*

c. ante scriptura dixerit] Vers. 6. *(F.)*

d. dicens] 2 Corinth. V. 3. „Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα." *(F.)*

e. et iterum] Rom. XIII. 14. „Ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν." *(F.)*

f. indumentum nuptiale] „Ἔνδυμα γάμου" Matth. XXII. 11. *(F.)*

Cap. CXVII. — a. Est haeresis] Quae de pelliceis tunicis primorum parentum tradit Philastrius, ea tendunt ad refellendam illorum haeresin qui hominem iam choicum, ut ait Irenaeus I, 5, 5., id est ex materia concretum, non tamen ab hac arida terra, sed ab invisibili substantia formam accepisse putabant; deinde carnalem superficiem ac sensibilem corporis formam tunc induisse, cum in Genèsi legitur quod dominus pelliceas tunicas primis parentibus fecit. Hoc autem nomine arguebantur potissimum Valentiniani, ut constat ex Tertulliano adv. Valent. cap. 24. „Interim carnalem superficiem postea aiunt (Valentiniani) choico supertextam, et hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sensui." Et cap. 7. de Resurr. Carnis: „Neque enim, ut quidam volunt, illae pelliceae tunicae, quas Adam et Eva paradisum exuti induerunt, ipsae erant carnis ex limo reformatio, cum aliquanto prius et Adam substantiae suae traducem in femina iam carne recognoverit: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea, et ipsa delibatio masculi in feminam carne suppleta sit, limo, opinor, supplenda, si Adam adhuc limus." Quas „pelliceas tunicas" vocavit Tertullianus, „dermatinam tunicam" dixit Irenaeus, hunc Valentianorum errorem recensens lib. I. cap. 5 n. 5.: „Post deinde circumdatam dicunt ei dermatinam tunicam; hanc autem sensibilem carnem esse volunt." Sixtus Senensis lib. V. Bibl. Sanctae annot. 53. refert errorem hunc a Methodio adscriptum fuisse Origini, quasi is existimaret „rem admodum ridiculam esse quod deus decoriatis mortuis animantibus pelles pararet et pelliceas tunicas consueret, ac si esset coriarius vel pellium sutor." A quo tamen errore Origenem purgat Senensis eadem annotat. 53. subdens: „Suspicor hunc locum fuisse corruptum ab aemulis Origenis; is enim in hac re mentem suam catholice aperit Homil. 6. in Levit., ubi

ceas tunicas post praevaricationem nostros parentes [2] vestirit, aestimant corpora tunc temporis fecisse, eosque sic induisse, cum septimo die scriptura dixerit accepisse dominum terram de limo et plasmasse eorumdem corpora, atque ita mulieris carnem de costa Adae postea perfecisse. Non ergo hic corpora eorum [3] pelliceas tunicas nuntiabat, sed de potentia divina dedisse eis sapientiam declarabat, ut facerent sibi corporum indumenta, ut scriptum est: *Quis dedit mulieribus sapientiam ad texendas tunicas?* Si autem quis voluerit accipere quod dominus fecerit eis tunicas, et omnipotens fecit ex nihilo quod scriptum est: *Qui vocat ex nihilo ea quae non sunt tamquam quae sunt.* Si ergo sua sapientia fecerit tunicas, ut ait propheta, rationis est, sive deus sua virtute hoc illis praestiterit, non inritum. Nam in templo mulieres et virgines operabantur purpuram et byssum et linum et alia utensilia ad honorem templi atque [4] cooperimentum, pariter etiam ornamenta templi diversa et varia.

Est haeresis quae in Exodo[a] cum audit quod [1] Moysi ocurrerit angelus in diversorio ubi applicaverat, eumque vellet interficere, non eius filium qui nondum fuerat circumcisus, non parvum hinc sibi adsumit scandalum. Si enim et ita quis vult sentire, quod minas eis tendebat angelus, [2] qui transactis diebus statutis, id est Cap. CXVIII. (Cap. CXV.)

2. vestiri *A.* *Pro* aestimant *mallem* aestimat. 3. pellicias *A.* *Ubique.* 4. quod perimentum *A.*

Cap. CXVIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS CVLPAM FILIORVM IN PARENTES TRANSFVNDENS. — 1. Mosi *(A)abc.* 2. qui *ego.* quia *libri omnes.*

scribit: „Fecit deus tunicas pelliceas, et induit Adam et mulierem eius. Illae ergo tunicae de pellibus erant ex animalibus sumptae; talibus enim oportebat indui peccatorem." Igitur obiectio quod deo indecens esset pelliceas tunicas hominibus parare, potius quam Origeni eius sectatoribus tribuenda est (v. Sixt. Sen. lib. V. Bibl. Sanctae annotat. 54. 55.); cui ut nonnulli occurrerent, dixerunt pelliceas tunicas in eo Geneseos loco significare arborum cortices: nam sicut animalium coria pelles dicuntur, ita et arborum cortices pelles appellantur. At Philastrius noster ad obiectum diluendum aliam init viam, dicens pelliceas tunicas minime designare primorum parentum corpora, sed declarari hoc modo deum de potentia divina dedisse eis sapientiam, ut facerent sibi corporum indumenta. Quod autem ait h. l. Philastrius, nempe septimo die accepisse dominum terram de limo et plasmasse eorundem corpora, omnino idem est quod affirmaverat etiam cap. 97., ubi agit de imagine dei in corpore humano: nam et ibi habet, quod septimo die dicit scriptura de Adam: „Et accepit dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit," cum tamen aperte scriptura dicat deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua die sexta absolvisse, septima autem ab omnibus operibus quievisse, ut bene notavit Fabricius ad eum locum; quam ob rem opinionem Philastrii vocat incredibilem, et repugnantem communi sententiae, utpote quae opponitur scriptoris sacri narrationi, qui disertis verbis contrarium affirmat. (Galeard.)

Cap. CXVIII. — a. in Exodo] IV. 24., ad quem locum praeter interpretes conferenda est Io. Frischmuthi diatriba, et Vesperarum Gorinchemensium Auctor p. 5. seq. *(F.)*

octo, [3]in quo[b] oportuerat circumcidi masculum, non fecissent, deique praeceptum ita contempsissent, ideoque in [4]parva aetate constitutorum culpa filiorum non est illorum, quantum parentum eorum, ut scriptum est[c], unde, cum intelligeret quod culpa esset parentum, non infantis, *Statim*, inquit, *accepto calculo*[d] *circumcidit puerum mater eius*[e], *cuius visu sanguinis ilico recessit ab eodem angelus*[f], mortisque poenam, quam ei minabatur inferre, omni modo [5]removerat? Non enim [6]Moyses in illa hora dinoscitur circumcisus, sicut quidam opinantur[g], sed filius ipsius est circumcisus: quia quod ante sub patriarchis et lege iubebatur, tardo opere, non veloci, implebatur a populo aut parentibus quorundam, ut scriptum est[h].

Cap. CXIX. (Cap. CXVI.) Sunt quidam qui turbantur haeretici de Deuteronomio[a], in quo Moses, cum exiret de corpore[b] huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo veluti prioris legis firmamenta decernit, Christique carnalem praesentiam[c] [1]plus contestatur[d], non parvo

3. in quo octavo oportuerat *A*. in quibus oportuerat *b*. 4. pari *A*. 5. *Signum interrogationis, quod reposui post verbum* removerat *desideratur in omnibus editis.* 6. Moses *(A)abc.*

Cap. CXIX. *in abc. inscriptum est* Haeresis de libro deuteronomii. — 1. plus *om. A.*

b. in quo] In quo tempore.

c. parentum eorum ut scriptum est] Exscindendum nimirum esse eum qui filium suum octavo die non circumcidisset. Genes. XVII. 14. *(F.)*

d. accepto calculo] Sic LXX. ψῆφον, calculum, quos in hac voce sequitur Philastrius, cetera aliter exprimens. Hebraica versio Pagnini „petram," Vulg. „acutissimam petram." Cultellum petrinum circumcisioni adhibitum memorat Augustinus II. de Peccat. Orig. contra Pelagium 30. Non quod necessarium fuerit petrino cultello uti, sed festinanti matri talis culter primum occurrit, cum haec circa Arabiam Petraeam agerentur, ubi maior petrarum quam ferri copia est et usus, ut recte notatum a Lap. in Exod. IV., 25. De lapideis cultris, tam sacris quam profanis usibus adhibitis, plura apud Steph. Morinum Exerc. de Linguis par. 2. cap. 9. pag. 288 seq. Vide sis Munsterum quoque, ac Drusium in Criticis Sacris Ios. V. 2. (Galeard.)

e. mater eius] Sephora uxor Mosis Exod. IV. 25. *(F.)*

f. recessit ab eodem angelus] Vers. 26. „Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ." *(F.)*

g. sicut quidam opinantur] Est haec etiam sententia eruditi viri Hermanni ab Hardt, quem si placet vide in libro de Circumcisione Iudaeorum c. 4. *(F.)*

h. ut scriptum est] Iosuae V. 5. et 7. *(Fabr.)*

Cap. CXIX. — a. haeretici de Deuteronomio] Obscurum est quid hac haeresi sibi velit Philastrius, nisi forte illud quod erraverint qui existimarunt in Deuteronomio non repeti eadem quae superioribus quatuor libris scripta fuerunt, sed tradi quae post illa Moysi accidissent. [Deuteronomium משנה תורה Deuteron. XVII. 18. Ios. VIII. 32. Philoni ἡ ἐπινομίς. Scacchi Myroth. p. 1026. Carpzov. p. 83. ad Schickardi Ius Regium.] *(F.)*

b. cum exiret de corpore] Non diu ante obitum. *(F.)*

c. Christique carnalem praesentiam] Verbis quae mox ex Deut. XVIII. adducuntur. *(F.)*

d. contestatur] Galeardus ad Fabricii adnotata haec profert: „Videtur Fabricio obscurum quid sibi hac haeresi

ducuntur errore aliter sentientes; [2]nam quae in lege, id est in Exodo [3]scripta sunt, eadem et in ipso libro[e] continentur. Solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit[f]: *Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus nostris, sicut [4]me audietis eum: erit autem [5]si quis[g] eum non audierit, radicitus eradicabitur.* Quidam enim putant [6]Deuteronomium dictum ab eo quod et in ipso[h] acceperit in monte iterum tabulas conscriptas lapideas, cum in Exodo bis[i] cognoscitur accepisse atque in montem ascendisse. Rationis est itaque[k] ut quod legis et gratiae[l] erat manifestaretur de Christo domino, ut quod in lege per umbram [7]celebrabatur, in [8]Christi carnali praesentia diffusa [9]caelesti gratia ex credentibus nuntiaretur, [10]ipsoque in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.

Quidam sunt haeretici[a] qui cum audiunt David dixisse in quinquagesimo psalmo quod, *In iniquitate conceptus sum, et in peccato peperit me mater mea*, aestimant ita dixisse prophetam quod ius nuptiarum legitimum iniquitatem esse dixerit atque peccatum: cum ante dicatur in Geneseos libro[b]: *Nascimini et multiplicamini, et* Cap. CXX. (Cap. CXVII.)

2. namque in *A.* 3. quae ante scripta sunt *A.* 4. me *om. b.* 5. ut si *b.* 6. Deuteronomium *A.* de Deuteronomio *reliqui.* 7. celebratur *c.* 8. Christi *A.* Christo *reliqui.* 9. caelestis *A.* 10. ipsoque *A.* ipsumque *reliqui.*

Cap. CXX. *in abc. inscriptum est* De nvptiarvm legitimarvm contemptoribvs. —

voluerit Philastrius, cum tamen satis aperte innuat ab haereticis hisce anonymis reiectum fuisse Deuteronomium, eo quod Moses in eo Christi carnalem praesentiam plus contestatur; dicit enim mox, quod eadem quae in Exodo scripta sunt, in ipso Deuteronomii libro continentur, solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit: „Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus nostris;" deinde concludit conveniens fuisse, „ut quod legis et gratiae erat, manifestaretur de Christo domino, ipsoque in libro (Deuteronomii scilicet) conscriptum omnibus velut testimonio traderetur." Hoc porro referendum fortasse ad Samaritanos, quos dixerat supra cap. 7. quatuor tantum Moysi libros recipere: nam et ipsi Christum dominum uti dei filium non expectabant, quod Philastrius ibidem testatur: „Christum dominum dei filium, in lege et prophetis nuntiatum ante, non credentes."

e. in ipso libro] Deuteronomio. *(F.)*

f. quia addidit] Deut. XVIII. 15. et 18. *(F.)*

g. erit autem si quis] Vers. 19. *(F.)*

h. quod et in ipso] Deuteron. V. 5. *(Fabr.)*

i. in Exodo bis] Exod. XXIV. 12. et XXXIV. 28. *(F.)*

k. Rationis est itaque] Sic. cap. 98. „*nullius rationis itaque.*" *(F.)*

l. legis et gratiae] Supra pag. 224. [Ad Haer. 110.] *(F.)*

Cap. CXX. — a. Quidam sunt haeretici] Valentiniani aliique quos perstringit Clemens Alex. 3. Strom. p. 469. et Chrysostomus in Psalmum LI. 5. „Οὐ τοίνυν ὥς τινες ἀνοήτως ὑπέλαβον, τοῦ γάμου κατηγορεῖ, οὕτω νενοηκότες τὸ Ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ὑπὸ τῶν προγόνων τολμηθεῖσαν παρανομίαν εἰς μέσον προφέρει, κἀκείνην γεγενῆσθαι τῶν ῥευμάτων τούτων πηγήν." Confer Io. Potterum ad Clementem Alex. 557. *(F.)*

b. in Geneseos libro] Cap. I. v. 28. *(Fabr.)*

*implete terram*; et: *Honorandae nuptiae*[c]. Nam si ita quis senserit, ergo et iusti tot tantique [1]in iniquitate concepti sunt, [2]cum et in ventre sanctificati sint, ut patriarchae[d], prophetae[e], indices[f], Hieremias[g] et Ioannes baptista beatissimus[h], ut scriptum est. Sed ignorant quod alio modo dixerit propheta David, non de naturali generatione, sed de transgressione Adae patris nostri et Evae, qui post transgressionem mandati pulsi de paradiso genuerant filios, atque inde, quasi matrem omnium, post iniquitatem transgressionis mandati [3]eam sic concepisse atque eam ita peperisse docuerit. Quomodo enim de se dicebat David in iniquitate conceptum et in peccato genitum, cum legitimo iure natus sit, electusque a deo[i] ad tantam regni gloriam poteretur, ut deco scriptum est? Non ergo hic in iniquitate [4]se conceptum aut in peccato genitum edocebat, sed parentes nostros Adam et Evam[k] voluit [5]ostendere, quod ante [6]admisso peccato, id est transgressione mandati, postea sic genuerit filios atque de eis nos omnes itidem parturierit. Ideoque post praevaricationem, *In dolore*[l] *parturies filios*, inquit, quia ergo de parentibus habemus illis prioribus praevaricationis iniquitatem communem carnis atque generalem ex haereditate prima descendentem in omnes, ut dixit apostolus[m]: *Sicut per unum hominem mors introivit in omnes homines*. Hoc enim ius coniugii a deo promulgatum laudatur quotidie ac benedicitur consuete[n]. Nam et quod erat primum

1. in *om. Bac.* 2. cum et *Bac.* cum *A.* et *b.* 3. eum *b.* 4. se conceptum *om. Babc.* 5. intendere *b.* 6. admissum peccatum, id est transgressionem *(A)b.*

c. Honorandae nuptiae] „Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι." Hebr. XIII. 4. *(F.)*

d. patriarchae] Gen. XXV. 23. *(F.)*

e. prophetae] Ierem. I. 5. *(F.)*

f. iudices] Iudic. XIII. 5. 7. XVI. 17. *(Fabr.)*

g. Ieremias] I. 5. *(F.)*

h. Ioannes baptista beatissimus] Luc. I. 15. *(F.)*

i. electusque a deo] 1 Sam. XVI. 12. 1 Chron. XXIX. 4. *(F.)*

k. parentes nostros Adam et Evam] Addendum hocce Philastrii suffragium aliis veterum de peccato originis testimoniis apud Vossium Historiae Pelagianae p. 145. *(F.)*

l. In dolore] „Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα" Genes. III. 16. *(F.)*

m. apostolus] Rom. V. 12. „Ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν." Haec verba, more suo, contracta Philastrius apposuit. *(F.)*

n. benedicitur consuete] Apud Iudaeos et Christianos semper obtinuit mos per ἱερολογίαν sive benedictionem sacerdotalem nuptias solenniter inaugurandi, de qua vide sis Io. Seldenum in Uxore Hebraea lib. 2 cap. 28. et 29. Iac. Gretserum de Benedictionibus lib. 2. cap. 43. et auctorem Dissertationis Gallice editae: *Diss. historique sur l'usage de la benediction nuptiale*, Hist. Ouvrag. des Savans A. 1703. p. 23—72. ut praeteream scriptores alios de hoc argumento quos laudavi in Bibliographia Antiquaria c. 20. §. 3. Formulas veteres benedicendi coniugibus congessit Edmundus Martene ad calcem partis secundae libri 1. de Antiquis Ecclesiae Ritibus. *(F.)*

ostendit[o] tristitia, et quod Christi gratia [7] caeleste credentibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens, *Si quis non regeneratus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit*[p] *in regnum caelorum.* Ideoque in psalmo eo praescius futuri gaudii testatus est dicens, *Asperges me hyssopo*[q], *et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor;* ut per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

Sunt quidam haeretici qui de divisione orbis terrae et partitione habitationis recte non sentiunt, disputantes quod Graeci coeperint aut Aegyptii aut Persae describere orbem terrae universum, non beatus Noë[a] suis filiis tribus post diluvium diviserit, dederit ac definierit et partierit ordine. Unde postea historiographi accipientes velut quasdam semitas[b] diversis sunt falsitatibus ementiti. Tribus itaque [1] filiis Noë, Sem, Cham et Iaphet omnem divisit orbem terrarum et tradidit. Sem quidem orientalia Indiae[c], Persarum, usque [2] ad partem aliquam meridiani, occidentis, septentrionis, usque Cap. CXXI. (Cap. CXVIII.)

7. coeleste *Babc.* caelestis *A.*

Cap. CXXI. *in abc. inscriptum est* De divisione orbis haeresis. — 1. suis filiis beatus Noë *A.* 2. in *A.* *Pro* Indiae, Persarum *facillima opera reposueris* Indiae et Persarum.

o. ostendit] David nimirum in verbis supra allatis Psal. LI. 5. *(F.)*

p. non intrabit] Iohann. III. 5. „Οὐ δύναται εἰσελθεῖν." *(F.)*

q. Asperges me hyssopo] Psal. LI. 7. de usu hyssopi σμηκτικῷ sive abstergente, videndus Cotelerius ad epistolam Barnabae cap. 8. p. 26. et D. Theodori Dassovii, τοῦ μακαρίτου, Diss. de Lustratione Hebraeorum, edita Witebergae A. 1692. *(F.)*

Cap. CXXI. — a. non beatus Noë] Si Georgium Syncellum pag. 45. audimus, Noë divino oraculo monitus, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, inter filios suos orbem terrarum divisit anno aetatis 934. mundi 2576. At enim Iac. Perizonius pag. 288. Origg. Babylonic. totum hoc confictum esse putat ex male intellectis verbis Genes. XI. 4. πρὸ τοῦ διασπαρῆναι. Et magnus Bochartus lib. 1. Phal. c. ult. „*Non satis capio,*" inquit, „*quomodo potuerit Noa inter filios orbem dividere, cuius multo maxima pars nondum erat cognita. Dices Noam fuisse prophetam, et orbis singulas partes dei revelatione sibi notas designasse filiis. Sed scriptura tacente nostrum non est haec divinare. Tamen huic sententiae Philastrius haesit ita mordicus, ut pro haereticis habeat hac de re dubitantes.*" *(Fabr.)*

b. semitas] Ex una scilicet falsitatis via semel aperta. *(F.)*

c. Sem quidem orientalia Indiae] Sulpicius Severus lib. 1. cap. 6. „*Sed filiis Noë ita divisus orbis fuit, ut Sem intra orientem, Iaphet occidentem, Cham mediis contineretur.*" Conferenda sunt quae praeter Syncellum Epiphanius haeresi LXVI. 83. Eutychius T. 2. Annal. pag. 52. seq. Chronicon Paschale pag. 26. Cedrenus p. 13. Freculfus lib. 1. Chron. c. 27. etc. Hisce e recentioribus iungendi praeter Bochartum in Phaleg, et eruditos interpretes ad Gen. X., Allatius ad Eustathii Hexaëmeron p. 237. seq. et Eduardus Bernhardus ad Flavii Iosephi Antiquitatt. lib. 1. c. 6. et Franciscus Bianchinus in Historia Veterum e Monumentis Illustrata c. 18. p. 203. seq., qui secutus Lactantium lib. 1. c. 11. inde putat Graecos finxisse divisionem inter Saturni filios Iovem cui oriens, Plutonem cui pars occidentis, et Neptunum cui maritima cum insulis obtigerunt. A Philastrio dissentit Auctor Recognitionum Clementis lib. 1. c. 30., ubi ait ex Noë liberis, „*seniorem fratrem* (Semum) *eam quae est in medio terrae suscepisse, in qua est regio Iudaeae: iuniorem vero* (Iaphetum) *orientis plagam sortitum esse, Chamum autem occidentis accepisse.*" *(F.)*

ad montem Libani, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmavit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias et [3]dioeceses Aegypti, Africae, Aethiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem oceani atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamque eam atque habitandam spiritu divino [4]pronuntiavit, in medio autem usque Cappadociam, id est Tauri montem, fines habere concessit. Tertio autem, Iaphet nomine, Cappadociam ingredientibus atque a Cilicia exeuntibus loca frigida, quae [5]sunt Armeniae, [6]Bosporici Ponti, Thraciae, Pannoniarum, Illyrici, Italiae et occidentis universas partes iussu divino ei statuendo attribuit. [7]Et de primo quidem [8]XXV generationes[d] numerat descendisse. De secundo XXXV[e], id est de Cham. De Iaphet autem, cui minor generatio numerabatur tunc temporis, id est [9]quintadecima tantummodo[f], [10]ei amplior optanda a beato Noë promittebatur in posterum affutura, dicente scriptura[g], *Dilatet dominus Iaphet*, [11]*habitet* [12]*in tabernacula Sem.* [13]Cui cum minori filio minor numerus generationum reperiebatur concessus tunc temporis, maior crescendo eidem numerus postea amplificabatur adventurus quam duobus eius fratribus, ut et media et extrema loca, id est Chananaeorum, Aegyptiorum, Afrorum Persarumque teneret imperia. De quo postea Romani sunt editi, victores orbis terrarum atque rectores universarum gentium. Unde cognoscimus Romanos, Latinos, Italos de Iaphet genus deducere, atque hos orbem terrarum sua sub ditione tenere quotidie[h], atque ante saepius tenuisse. [14]Si quid autem fal-

3. dioecesin *A*. 4. praenuntiavit *A*. 5. sunt *om. Babc.* 6. Bosphorici *abc*. Bosphori *AB*. 7. Et *om. A*. 8. XX generationes *A*. 9. *Repono* quindecim. 10. et *A*. 11. et habitet *(A)b*. 12. in tabernacula *Ba*. in tabernaculis *(A)b*. tabernacula *c*. 13. Cui cum *A*. cum *reliqui*. 14. Si quis autem Graecorum *A*.

d. XXV generationes] Genes. X. 22. seqq. ex Semi posteris memorantur XXVII. 1) Elam 2) Assur 3) Arphaxad 4) Lud 5) Aram 6) Cainan 7) Uz 8) Ul 9) Gater 10) Mosoch 11) Sala 12) Eber 13) Phaleg 14) Iectam 15) Elmodad 16) Saleth 17) Sarmoth 18) Iarach 19) Odorra 20) Aebal 21) Decla 22) Eval 23) Abimael 24) Saba 25) Uphir 26) Eveila 27) Iobab. *(F.)*

e. De secundo XXXV.] Genes. X. 6. seq. ex Chami posteris numerantur XXX. 1) Chus 2) Mesrain 3) Phud 4) Chanaan 5) Saba Chusi F. 6) Evila 7) Sabatha 8) Rhegma 9) Sabathaca 10) Saba Rhegmae F. 11) Dadan 12) Nebrod 13) Ludiim 14) Nephtalim 15) Enemetiim 16) Labiim 17) Patrosoniim 18) Chasmoniim 19) Philistiim 20) Gaphtoriim 21) Sidon 22) Chettaeus 23) Iebusaeus 24) Amorrhaeus 25) Gergesaeus 26) Evaeus 27) Arucaeus 27) Asennaeus 28) Aradius 29) Samaraeus 30) Amathi. *(Fabr.)*

f. quintadecima tantummodo] Iapheti posteri Genes. X. 2—5. 1) Gamer 2) Magog 3) Madi 4) Iovan 5) Elisa Iapheti F. 6) Thobel 7) Mosoch 8) Thiras 9) Aschanaz 10) Riphath 11) Thogarma 12) Elisa Iovanis F. 13) Tharsis 14) Cetii 15) Rhodii. *(F.)*

g. dicente scriptura] Genes. IX. 27. „Πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰαφέθ." Alludit ad Iapheti nomen quod a verbo פתא dilatandi significationem habet.

h. quotidie] Illo nempe tempore quo haec Philastrius scribebat. *(F.)*

sitate Graecorum putatur esse [15] antiquum, temporale[i] modis omnibus ipsorum autoribus testantibus comprobatur. Solone[k] testante Atheniensibus quod ab Aegyptio audierit sacerdote[l], dicente ei: *Solon* [16] *Solon, Graeci vos semper estis novelli atque pueri. Graecus autem nunquam erit senex aut antiquus, neque doctrinam aliquam aut scientiam habetis antiquam, sed ab aliis raptam atque* [17] *invasam habetis, eamque diversis mendaciis immutatam exponitis, atque ita homines edocetis.* Plato enim in Timaeo ita dictitat. Nam post confusionem linguarum tunc nomina diversa coeperunt emanare, atque inde sumentes Graeci historiographi duo aut tres diversa velut [18] monumenta conscribentes, temporalitatem[m] cum suam volunt obumbrare atque abscondere, a suis testibus mendacissimi iudicati sunt atque comprobati. Cum enim quinquaginta de ipsis consentiunt de antiquitate nostra, id est Graeci, Aegyptii, Chaldaei, Syri, duo autem aut tres dissentiunt, iustius est multis consonantibus in unum quam duobus aut tribus dissonantibus historiographis acquiescere, quia multi illi verius quam duo edixerunt.

[1]Est et haeresis quae dicit sub Deucalione et Pyrrha[a] diluvium Cap. CXXII.
fuisse [2]antiquius quam quod sub [3] Noë factum [4]est. Quod pagani (Cap. CXIX.)
transferentes mutatis nominibus impio modo et arcam velut in

15. antequam *A*. 16. Solo *B*. 17. invisam *b*.
Cap. CXXII. *in abc. inscriptum est* De dilvvio haeresis. — 1. Alia est haeresis *A*. 2. antiquissimum *A*. 3. Noe beato *A*. 4. est *om*. *b*.

i. temporale] Recentis et non adeo longae retro aetatis. Ita supra c. 109. et 111. et mox hoc ipso capite: „*temporalitatem cum suam volunt obumbrare,*" et proximo c. 119. „*quodest temporalitatis in paganitate vanissima.*" *(F.)*

k. Solone] Apud Platonem, Timaeo p. 474. „Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστέ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἐστίν -- νέοι ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες, οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι᾽ ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν." Eundem locum laudant Iustinus Martyr Cohortatione ad Graecos p. 13. Cyrillus 1. in Iulian. p. 15. Chalcidius p. 12. aliique quam plurimi. *(F.)*

l. ab Aegyptio audivit sacerdote] Proclus in Timaeum p. 31. (ex Manethone ut suspicor) referens nomina sacerdotum Aegyptiorum, cum quibus Solon in variis Aegypti provinciis versatus fuit, coniicit hunc qui verba ista ad eum dixit, fuisse sacerdotem Saiticum, nomine *Pateneït:* „Ἐνέτυχε δὲ Σόλων ἐν Σάει μὲν ἱερεῖ ὀνομαζομένῳ Πατένεϊτ, ἐν Ἡλιουπόλει δὲ Ὠχλαπῖ, ἐν Σεβεννύτῳ δὲ Ἐθιμὼν, ὥς αἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱστορίαι λέγουσιν. Καὶ ἴσως οὗτός ἐστιν ὁ Σαΐτης ἱερεὺς ὁ πρὸς αὐτὸν τὰ ἑπόμενα λέγων." *(Fabr.)*

m. temporalitatem] Brevitatem per quod duravère temporis. *(F.)*

Cap. CXXII. — a. sub Deucalione et Pyrrha] Res decantata poëtarum et aliorum scriptorum monumentis, de qua nolo verbum addere post ea quae viri docti ad Ovidium I. Metamorphos. Franciscus Bianchini Veronensis in eruditissimo opere quod Italiçe edidit Rom. 1699. 4. de Historia Veterum Monumentis Probata c. 17. p. 187. seq. Octavius Falconerius de Numo Apameensi, typum diluvii Deucalionei exhibente Rom. 1667. et Tomo X. Thesauri Antiquitatum Graecar. Gronoviani, Georgius item Schubartus in Enarratione Parergica Metamorphoseos Ovidianae de Diluvio Deucalionis, in eodem tomo X. obvia et Ienae 1684. 4. separatim in lucem data. *(F.)*

Graecia[b] fuisse post diluvium adserunt, et quod est temporalitatis[c] in paganitate vanissima, ab eis velut antiquum cum multo mendacio praedicatur. Et quod factum est in Thessalia loco brevi, velut factum ubique, id est in [5] omni mundo, a paganis furacibus edocetur. Quod[6] fuit quidem post annos in Thessalia[d], [7] in loco inferetum modico[e], illud autem diluvium in omni seculo[f] factum est, sicut et eorum scriptura[g] testatur gentilium.

Alia est haeresis quae dicit secundum XII [1] zodia[a] nasci homi-
Cap. CXXIII. (Cap. CXX.) nes[b], sicut mathematici illi vanissimi[c] totiusque erroris et sceleris adsertores, haecque audientes interdum indocti quam plurimi lege dei dimissa[d] mathematicorum inservire non dubitant vanitatibus, unde completur apostolica sententia[e]: *Coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori;* et iterum[f]: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum elementa*

5. omni mundo *A.* omni *om. abc.* 6. fuit *c.* fit *reliqui.* 7. inferctum *ego.* inter Oetam et Pindum *Fabricius* interdum *libri omnes.*

Cap. CXXIII. *in abc. inscriptum est* DE SIGNIS ZODIACI ET ORTV HOMINVM. — 1. Zodia nasci *AB.* Zodiaci signa *b.* Zodiaci signa nasci *ac.*

b. arcam velut in Graecia] Haerentem in monte Parnasso. Vide Plutarchum de Sollertia Animalium p. 968. Lucianum de Dea Syria T. 2. pag. 661. *(Fabr.)*

c. quod est temporalitatis] Quod ante non adeo multa saecula contigit, circa a. 1514. ante natum Christum: octingentis amplius post diluvium a Mose descriptum annis. Vide Scaligerum ad Eusebii num. CCCCXC. *(F.)*

d. Quod fuit quidem post annos in Thessalia] Priores editiones minus bene: *quod fit.* *(F.)*

e. in omni interdum modico] Ponit *interdum* pro *interea*, ut Seneca epist. 95. „*qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum.*" Si MSti codices suffragarentur, pro *interdum* legerem *inter Oetam et Pindum.* *(F.)*

f. in omni seculo] Per totum orbem terrarum. Sic infra capite 120. „*quatuor angulis seculi*", id est mundi. *(F.)*

g. sicut et eorum scriptura] Gentiles poëtae ubi diluvium Deucalioneum describunt, illud toto orbe terrarum aiunt praevaluisse. *Omnia pontus erant, deerant quoque littora ponto.* *(F.)*

Cap. CXXIII. — a. zodia] Ζώδιον signum caeleste dixit Philastrius Graeca voce, eodem modo quo supra c. 109. nomen idoli a Graeca formatione trahit, quasi sit εἴδους δόλος, formae praevaricatio, ut etiam cap. 85. *biothanatos*, et c. 103. *pogonias* vocat; imo c. 129. habet „*ana* septuaginta duo," quod in Latino scriptore incredibile fortasse videri posse ait Fabricius eodem loco. (Galeard.) Cf. Salmas. de Annis Climacter. p. 5.

b. secundum XII zodia nasci homines] Longaevos vel brevis aevi, felices vel infelices, prout horoscopus thematis natalitii in gradum hunc vel illum zodiaci inciderit. Praecipue Philastrii aevo stellarum viribus humana adstringi opinabantur Priscillianistae, ut constat e Leonis Magni epistola 15. (93.) ad Turibium. *(F.)*

c. mathematici illi vanissimi] Astrologi genethliaci. Vide si placet quae notavi ad Sextum Empiricum p. 214. *(Fabr.)*

d. lege dei dimissa] Quae divinationes eiusmodi prohibet Levit. XX. 6. et 27. Deuter. XVIII. 10. Iesa. VIII. 19. *(Fabr.)*

e. apostolica sententia] Rom. I. 25. „Ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα." *(F.)*

f. et iterum] Coloss. II. 9. „Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου καὶ οὐ κατὰ Χριστὸν, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς." *(F.)*

*mundi*[g], *et non secundum Christum; quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Ergo ignorant quod [2]zodia ista XII, quae ab illis dicuntur, diversa sunt climata, diversaeque regiones in orbe terrarum a deo dispositae ut inhabitentur locorumque ac temporum diversa temperamenta statuta sint, ut calidum, frigidum, siccum et humidum [3]e quatuor angulis seculi[h], e quibus cum veluti pleni qualitate fontes exuberant flatu, respirantes in invicem virtute nimia insita proprie mixtioneque existente salubri, rursum cum diffunditur eorum ubique mixtio, amoena temperies salutis inde cunctis habitantibus subministretur, atque ita divina potentia mortalibus vita dulcis et prospera concessa a domino et impertita non ignoratur.

[1]Nec deest haeresis quae dicit animas [2]venenariorum[a], sceleratorum et homicidarum et aliorum talium transire in daemones[b] ac pecudes et bestias et serpentes; ignorantes quod anima hominis cum exierit de seculo, sive bona sive mala, id est pia atque impia, ab angelo[c] ducitur in locum statutum, ut in futurum percipiat iuxta quod gessit in hoc seculo constituta. Si quis autem hoc ita putaverit fieri, paganitatis et vanitatis philosophorum[d] magis quam Christianitatis videtur [3]habere consortium, cum dicat apostolus[e], *Omnes* Cap. CXIV. (Cap. CXXI.)

2. Zodia ista *ABac.* Zodiaci ista signa *b.* 3. e quatuor *A.* ut quatuor *reliqui.* quatuor *Galeardus.*

Cap. CXXIV. *in abc. inscriptum est* DE ANIMABVS SCELERATORVM HAERESIS. — 1. Alia est haeresis *A.* 2. venenariorum *ego.* venerariorum *A.* foenerariorum *reliqui.* 3. ambire *A.*

g. elementa mundi] Astra. Vide supra pag. 122. et 215. [h. e. adnott. ad cap. 61. 109.] *(F.)*

h. quatuor angulis seculi] Mundi cardinibus, e quibus ventorum potens quaternio. *(F.)*

Cap. CXXIV. — a. venenariorum] Qui iniquo foenore premunt inopes. Foenerarios et subdolos iungit Firmicus III. 8. Mathes. Cato de Re Rustica prooemio: *„Maiores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli."* *(Fabr.)*

b. transire in daemones] In indice Augustini cap. 78. haec haeresis *Tertulliorum* dicitur: apud Isidorum, Honorium, Rabanum et Gratianum, eadem tribuitur *Tertullianistis.* In Tertulliani tamen certe scriptis, quae exstant, illa neutiquam defenditur. Vide Iac. Pamelium paradoxo Tertullianeo XI. Ab Auctore Praedestinati cap. 78. parum apte huic haeresi qui adstipulantur, vocantur *Peripneumones.* Origeni praeter rem impingi ostendit Io. Baptista Crispus de Philosophis caute Legendis p. 464 sqq. *(F.)*

c. ab angelo] Vide interpretes ad Lucae XVI. 22. et S. Macarium homilia XXII. Iudaeorum hanc fuisse sententiam disces etiam ex versione Samaritana Genes. V. 24. et Targum Cantic. IV. 12. Confer Iac. Vindeti librum de Vita Functorum Statu p. 46. et 70. *(F.)*

d. paganitatis et vanitatis philosophorum] Maxime eorum qui ex Pythagorae schola, vel Platonis, dogma de metempsychosi sive animorum in alia non humana solum sed aliorum etiam animalium corpora transmigratione defensitarunt. Ab Aegyptiis haustam illam doctrinam notat Zacharias Mytilenaeus episcopus libro Contra Mundi Aeternitatem scripto p. 184. *(F.)*

e. apostolus] 2 Cor. V. 10. „Τοὺς γὰρ

*nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque ea quae gessit in hoc corpore*; et iterum[f], [4]*In inferno autem quis confitebitur tibi?* Animae itaque natura non vertitur in naturam alteram[g], sed cum voluntate[h] contemnit ac negligit dei praeceptum, studiisque legitimis ac salutaribus inhaerere dissimulat[i], futuro iudicio poenarum se dedicans, non [5]alia nisi morum causa pecudibus cognoscitur comparanda, non natura, sed moribus, ut scriptum est[k]. Non ergo naturae pecudum, sed moribus in hoc seculo similes efficiuntur huiusmodi homines pagani, Iudaei, et alii [6]quam plurimi. Nam et salvator Iudaeis cum diceret[l], *Vos de diabolo estis patre vestro*, non natura, [7]sed sceleratis moribus et beluinis sensibus [8]similes arguendo et iudicando manifestabat. Et Ioannes Iudaeis[m] dixit: *Progenies* [9]*viperarum.*

Cap. CXXV. (Cap. CXXII.) Alii sunt haeretici[a] qui dicunt dominum in infernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem renuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur, cum hoc sit contrarium [1]dicenti prophetae David[b]: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* et apostolo[c]:

4. quod non derelinques animam meam in infernum. Confitebitur tibi. Animae itaque *A*. 5. aliis morum causa nisi pecudibus *A*. 6. quam *om. A*. 7. sed *om. b*. 8. eos similes *A*. 9. viperarum etc. *(A)b*.

Cap. CXXV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE CHIRSTI DESCENSV AD INFEROS. — 1. dicente propheta *A*.

πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν." Quae sequuntur verba, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν, brevitatis causa Philastrius et hoc loco et c. 122. praetermisit. Rufinus in Symb. p. 26. „*ut recipiat unusquisque propria operis sui, prout gessit sive bona, sive mala.*" *(F.)*

f. et iterum] Psal. VI. 5. „Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;" *(F.)*

g. in naturam alteram] Daemonum vel bestiarum, ita enim statui a quibusdam supra dixerat, impiorum animas in daemones transire vel bestias. *(F.)*

h. voluntate] Sponte, liberi abusu arbitrii. *(F.)*

i. dissimulat] Id est, renuit, negat, recusat. Sic apud Augustinum Serm. 121. de diversis cap. 22. „*Si ergo digne perierunt, qui Noë adificante arcam dissimulaverunt: quid digni sunt qui Christo aedificante ecclesiam a salute dissimulent?*" *(F.)*

k. ut scriptum est] Psal. XXXII. 9. 2 Petr. II. 22. et aliis in locis, ubi cum animalibus homines impii conferuntur. *(Fabr.)*

l. cum diceret] Ioh. VIII. 44. „Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ." „*Non quia diabolus crearit, sed quia vos eum imitamini,*" inquit ad illum locum Augustinus. *(F.)*

m. Iohannes Iudaeis] Matth. III. 7. γεννήματα ἐχιδνῶν. Similiter ad Iudaeos Christus ipse Matth. XII. 34. XXIII. 33. *(Fabr.)*

Cap. CXXV. — a. Alii sunt haeretici] Citatur praesens Philastrii locus a Gregorio Magno lib. VI. Epist. 15. Danaeus ad Augustin. c. 79. hanc haeresin vocat *Liberatorum*, Auctor Praedestinati c. 79. *Adecerditarum.* Non Origeni autem solum eiusque praeceptori Clementi Alex., sed multis etiam aliis ecclesiae doctoribus placuisse hoc quod haeresibus praesenti capite Philastrius adscribit, docent Allatius diss. 2. de Libris Ecclesiasticis Graecorum p. 244. seq. et Cotelerius ad Hermae Pastorem lib. 3. c. 16. p. 117. *(F.)*

b. prophetae David] Psal. VI. 5. supra c. 121. *(F.)*

c. et apostolo] Rom. II. 12. „Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται." *(Fabr.)*

*Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Sed [2]et dicit[d]: *Remissius erit quibusdam quam civitati illi quae non crediderit,* apostolorum quippe doctrinae [3]et evangelii. In comparatione multarum poenarum dicit sustinere eos minora tormenta quam illos, non tamen salvari eos hac ratione affirmat. Nam poëtas falsos et vanos philosophos[e] qui aestimant posse salvari, rebelles deo, errant illis peius et a veritate dissentiunt, cum semina impietatis paganae non alii nisi illi poëtae vani et philosophi deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint, cum propheta [4]clamet de futuro iudicio. ut hic ei dimitteretur in paenitudine, dicens[f], *Remitte mihi ut [5]refrigerem, priusquam vadam et iam non ero amplius.* Si ergo iusti peccantes, et in hac adhuc vita vix acceperunt paenitentiam paenitentes, ut ait [6]Solomon[g], et, *Si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi [7]parebit?* Nam si deum esse credidissent[h], deorum et dearum turpia nomina non seminassent, et in descensione Christi in infernum veniam impetrassent[i]. Cum ergo impii [8]et hostes dei sint ubique, quomodo post mortem ibi confitentes salvabuntur? cum apostolus doceat[k] quod omnem hominem mori oportet, postque hoc iam iudicari, [9]ut scriptum est[l], ante tri-

2. cum *A*. 3. et evangelii *Bac.* evangelii *A*. et evangelio *b*. 4. clamat c. 5. refrigerer *(A)b*. 6. Salomon *(A)b*. 7. parebunt *(A)b*. 8. et *om. b*. 9. *Verba* ut scriptum est *et quae inde sequuntur usque ad illa Cap. CXXVII.* cum simpliciter ita confitetur *non habet A*.

d. Sed et dicit] Matth. XI. 22. „Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν." Et 24. „Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί." *(F.)*

e. poëtas falsos et vanos philosophos] Prae cetero gentilium vulgo Pythagoram aliquem vel Homerum suppliciis inferorum liberatum, ideo videtur Philastrio etiam incredibilius, quoniam illi veluti doctores et promachi errorum ethnicorum gravioribus etiam poenis digni sint. *(F.)*

f. dicens] Psal. XXXIX. ult. „Ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω," ad quem locum Origenes in Catena, „ἐὰν μὴ ἀφῇς μοι τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀναψύξω πρὶν ἀπελθεῖν ἐκεῖ, οὐχ ἕξω μετανοίας καιρόν." „*Nisi* (in hac vita) *dimiseris mihi peccatum et refrigeratus fuero antequam vadam eo, non habebo tempus paenitendi.*" *(F.)*

g. Solomon] Proverb. XI. ult. „Εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;" Laudat Petrus apostolus 1 Epist. IV. 18. *(F.)*

h. si deum esse credidissent] Quia a veri dei agnitione aberrabant idololatrae, hinc athei et numinis expertes esse dicuntur Ephes. II. 12. Uti Stoicorum etiam iudicio malus et impius est atheus, ὁ δὲ φαῦλος ἄθεος, ut est apud Laërtium VII. 119. *(F.)*

i. veniam impetrassent] Gregorius Magnus lib. VI. Epist. 15. ad Georgium presb. et Theodorum diaconum Cpol. „*Agnovi quod dilectio vestra dixisset omnipotentem dominum salvatorem nostrum Iesum Christum ad inferos descendentem omnes qui illic confiterentur eum deum salvasse atque a poenis debitis liberasse. De qua re volo ut fraternitas vestra longe aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos solos per suam gratiam liberavit qui eum et venturum esse crediderunt et praecepta eius vivendo tenuerunt.*" *(F.)*

k. apostolus doceat] Hebr. IX. 27. „Ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις." *(F.)*

l. ut scriptum est] Rom. XIV. 10.

bunal Christi, et recipere[m] secundum [10]quae gessit in hoc seculo. Salvator autem confirmat dicens de illis quod nec patri crediderint[n]; unde etiam eos iudicandos[o] declaravit: qui autem credidit in patrem antequam Christus veniret in carnem, transiit de iudicio impiorum[p]. In comparatione autem peccatorum atque impiorum diversitas est poenarum atque plagarum[q]; non plena amborum est absolutio, sed diiudicationis iustitia, et secundum peccatum condigna repensio, illis etiam qui sub Noë ab aqua absorpti fuerant, ut scriptura docuit[r].

Cap. CXXVI. (Cap. CXXIII.) Est et alia haeresis quae de [1]censu animae[a b] ambigens ex elementis eam consistere opinatur, ut multi philosophi[c] vanissimi, nunc de igne[d], nunc de aqua[e], nunc de spiritu[f], nunc de materia[g],

10. ea quae *b.*
Cap. CXXVI. *in abc. inscriptum est* Haeresis de anima hominis. — 1. censu *Bab(in marg.)c.* sensu *Bab.*

„Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ." *(F.)*

m. et recipere] 2 Corinth. V. 10. Vide supra cap. 121. *(F.)*

n. quod nec patri crediderint] Ioh. VIII. 19. 55. *(F.)*

o. iudicandos] Ioh. XII. 48. *(F.)*

p. transiit de iudicio impiorum] Ioh. III. 18. *(F.)*

q. diversitas est poenarum atque plagarum] Uti gradus diversos gloriae dari in coelestibus praemiis, docuit noster ex Ioh. XIV. 2. supra c. 82. Tertullianus in Scorpiace cap. 6. *„quomodo multae mansiones apud patrem, si non pro varietate meritorum, perinde ut quomodo et stella a stella distabit in gloria,* (1 Cor. XV. 41.) *nisi pro diversitate radiorum?"* quem minorem gradum Philastrius dixerat *dignitatis amissionem* vel *detrimentum* c. 82. et 89. Sic poenarum quoque et suppliciorum apud inferos diversas ac differentes mensuras tradit ex communi veteris ecclesiae doctrina secundum Luc. XII. 47. Matth. XI. 24. etc. Vide Isidori Pelusiotae Epistolas IV. 42. et V. 220. 221. 222. et quae collegerunt Allatius de Purgatorio p. 232. seq. Suicerus Thesauro p. 91. etc. *(F.)*

r. ut scriptura docuit] 1 Petr. III. 20. *(Fabr.)*

Cap. CXXVI. — a. de censu animae] Hoc est de origine animae. Saepissime ita usurpavit Tertullianus vocabulum *censum*, et verbum *censeri* pro originem ducere.

b. de censu animae] Ita malui quam quod in aliis *de sensu.* Nam censum vocat naturam qua aliqua res censetur, uti de anima etiam hac voce utitur Tertullianus. *(F.)*

c. ut multi philosophi] Vide Plutarchum de Placitis Philos. IV. 2. seq. Galeni Histor. Philosoph. c. 16. Stobaei Eclog. Phys. p. 93. seq. Ioannem Philoponum Prolegom. et Aristotelem 1. de Anima, Nemesium c. 2. Macrobium lib. 1. in Somn. c. 14. Iustinum Martyrem Cohortatione ad Graecos pag. 8. Theodoretum V. Therapeut. p. 72., et quae viri docti ad Hermiae irrisionem Gentilium c. 2. et Tertullianum de Anima c. 5. *(F.)*

d. nunc de igne] Anima ignis, et πυρῶδες σύγκριμα ex mente Democriti, Hippocratis, Hipparchi. Ex mente Heraclidis Pontici, lux; Heraclito scintilla stellaris essentiae. *(F.)*

e. de aqua] Thaletis et Hipponis haec opinio, sed et Aegyptiorum, animam ὕδωρ γονοποιοῦν esse existimantium. Vide Tho. Galeum ad Iamblichum de Aegyptior. Mysteriis p. 303. *(F.)*

f. de spiritu] Spiritum pro καπνῷ et ἀναθυμιάσει hoc loco accipe, ut Stoici animum habebant πνεῦμα νοερὸν καὶ θερμόν. Vide interpretes ad Sapient. II. 3. *(Fabr.)*

g. de materia] Στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων, ex quinta nescio qua substantia, Critolaus et Peripatetici. *(F.)*

nunc de fonte[h], nunc de atomis[i], nunc quasi aëra[k] esse animam hominis suspicantur, cum anima facta sit a domino, ex nihilo scilicet, ut scriptum est[l]: *Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quae non erant.* Anima itaque a deo facta imago dei appellata est, post angelorum creationem[m] scilicet: minor enim est homo quam natura angelorum, ut scriptum est[n]: *Minuisti eum paulo minus ab angelis.* Si autem legis mandata servaverit[o], tunc erit sicut angeli[p]. Si ergo angeli servi dei[q] sunt sub lege positi, quanto magis et hominis anima sub lege, quae est praedicata? Si [2]servarit quod ei praeceptum est, tunc debet dicere quod ait dominus apostolis[r]: *Quod et si feceritis omnia, dicite quod servi sumus inutiles.*

Alia est haeresis[a] quae dicit de salvatore quod primum fuerit apud patrem[b] et sic natus sit, et [1]cum simpliciter[c] ita confitetur, diversa hominibus scandala subministrat. Esse enim ante, et postea nasci, contrarium est modis omnibus. Et quamvis generatio ipsius duplex sit, una divinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per virginem temporalis, [2]at non est dubium tamen quod secundum divinitatem debemus cognoscere quod neque de-

Cap. CXXVII.
(Cap. CXXIV.)

2. servaverit *b*.
Cap. CXXVII. *in abc. inscriptum est* De christi nativitate haeresis. — 1. *Verbis* cum simpliciter *pergit A*. 2. et non est dubium. Tamen secundum *A*.

h. nunc de fonte] Fons sive crater animarum in caelis praeexistentium, ex quo illas deducit Platonis schola. *(F.)*

i. nunc de atomis] Ut schola Epicuri. *(Fabr.)*

k. nunc quasi aëra] Anima ἄνεμος, ἀεροειδὲς σῶμα, Anaxagorae et Anaximeni. *(F.)*

l. ut scriptum est] Sapient. I. 14. Vide supra cap. 80. ubi idem locus laudatur. *(F.)*

m. post angelorum creationem] Non modo tempore sed etiam dignitate inferior homo angelis. Creatio angelorum, ut mox angelorum natura ponitur pro angelis ipsis qui sunt creatio i. e. res creata a deo. *(F.)*

n. ut scriptum est] Psal. VIII. 5. „Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους." Vide interpretes ad Hebr. II. 9. et dissertationem ad illum locum D. Tho. Ittigii, τοῦ μακαρίτου, quae in eius variis opusculis legitur. *(F.)*

o. Si autem legis mandata servaverit] Legis mandata servantibus vitam sempiternam promittit salvator Luc. X. 28., sed et non valentibus perfecte illa implere, credentibus autem, fides imputatur in iustitiam Rom. IV. 5. *(F.)*

p. sicut angeli] Ἰσάγγελος Luc. XX. 36. *(F.)*

q. angeli servi dei] Λειτουργικὰ πνεύματα Hebraeor. I. 14. *(F.)*

r. quod ait dominus apostolis] Luc. XVII. 10. Infra cap. 125. „*servi nequissimi.*" *(F.)*

Cap. CXXVII. — a. Alia est haeresis] Apud Auctorem Praedestinati et Augustinum c. 80. nullum nomen haereseos huius occurrit: quod Danaeus ad Augustinum non adeo commode fecit *Nativitariorum* vel *Initiariorum*. *(F.)*

b. primum fuerit apud patrem] Nullam propriam habens ὑπόστασιν, latens veluti in patris essentia, antequam ille vellet eum ὑποστατικῶς ex se prodire, mundum per eum conditurus. Fuit haec sententia veterum quorundam ut Tertulliani c. 3. contra Hermogenem. Vide Georgi Bulli Defensionem Fidei Nicaenae sect. 3. c. 5. et 10. p. 337. 398. Petavium Dogm. Theol. de ss. trinitate lib. 1. *(F.)*

c. simpliciter] Aperte, nec satis consideranter. *(F.)*

fuit aliquando esse cum patre[d], neque qui erat cum patre semper, ex semetipso erat[e], et non de patre genitus noscebatur, ut quidam suspicantur aberrantes. Utrumque ergo si bona interpretatione profertur, [3]rectum et fidei firmamentum ostenditur, ut [4]et genitum eum cognoscamus de patre proprie hunc unicum filium, non tamen in tempore, sed ante omnia secula omnemque creaturam esse genitum de patre proprie cognoscamus atque credamus, ut condecet, cumque patre eum in perpetuum manere atque semper mansisse non ignoremus. Nulla est ergo separatio aut contrarietas inter esse semper et fuisse et genitum esse. Nam semper esse [5]propter [6]sempiternitatem dicitur, ne temporalis filius aestimetur, genitum autem dicit quia non [7]ex semetipso, sed de patre natum cognoscit ecclesia praedicans. Non ergo disiungendum est unum ab altero, sed coniungenda est sempiternitas filii, et generatio cum sempiternitate copulanda, deque patre ita est credenda ac detinenda confessio, ut unus nobis pater genitor et unus [8]nobis filius unicus patris, proprie quippe genitus de patre, cognoscatur. Ergo semper esse et genitum esse pia [9]fide est aequum: ut sempiterna eius generatio non temporalis sit, et filii unigeniti de patre et cum patre vera proprietas ac sempiternitas non ignoretur. Si quis autem primum confitetur esse eum ingenitum, et sic postea fuisse genitum de patre, ignorat quid confitetur. Cum enim unam putat evadere haeresim[f], incurrit [10]in alteram peiorem, ingenitum filium confitendo, imo potius et patrem et filium denegando, duoque ingenita praedicando, et unius patris ingeniti et unius filii unigeniti de patre proprie denegando veritatem.

Cap. CXXVIII. (Cap. CXXV.) Sunt quidam haeretici qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse dominum per [1]Moysen, quod, *Ad hoc excitavi te*[a], *ut ostendam in*

3. rectae fidei *A*. *Non improbo.* 4. et *om. A*. 5. propter *om. A*. 6. sempiternam durationem dicitur *b*. 7. a semetipso *A*. 8. nobis *om. A*. 9. fides *A*. 10. in *om. A*.

Cap. CXXVIII. *in abc. inscriptionem habet* Haeresis de indvratione dei. — 1. Mosen *(A)abc*.

d. quod neque defuit aliquando esse cum patre] Ita ut nunquam pater non habuerit filium, sed idem semper et deus et pater fuerit, ut utar verbis Arnobii in Conflictu cum Serapione pag. 523. *(F.)*

e. neque, qui erat cum patre semper, ex semetipso erat] Quoniam omne quod in patre est, ex semetipso est et ἀγέννητον subsistit, itaque si filius ante generationem fuisset ἀνυποστάτως in patre, oporteret illum quoque tunc fuisse ex semetipso et ἀγέννητον. *(F.)*

f. unam putat evadere haeresin] Arianorum, τὸ ὁμούσιον et aeternitatem filii negantium. *(F.)*

Cap. CXXVIII. — a. excitavi te] העמדתיך Exod. IX. 16. ἐξήγειρά σε Rom. IX. 17. Vide si placet ad loca haec recte intelligenda B. Wolfgangum Franzium in praeclaro de Interpretatione Scripturae opere. *(F.)*

*te virtutem meam*; et, *Indurans indurabo*[b] *cor Pharaonis, ne dimittat vos.* Et ait apostolus[c], *Ergo neque volentis neque currentis, sed miserentis dei est.* Sed haec non definiens dicit apostolus, sed disputans atque edocens quod verum est, ne ita deum dixisse quis aestimet; debet enim attendere quod ait dominus, *Ut ostendam in te quippe omnem virtutem meam*[d], id est magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quae est utique omnibus [2]hoc effusa in seculo. Cum enim ei dicit, omni homini dicit, in corpore constituto, in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporali, annuntiat, qui cum ad divitias attendunt, segniores ac negligentiores efficiuntur circa dei Christi timorem et gratiam, suaeque ita [3]usque ad finem salutis obliviscuntur, ac timoris dei efficiuntur immemores. Cum enim tribularetur ipse Pharao, invitus dominum cognoscebat, ut scriptum est[e]. Cumque iterum dimittebatur a deo, revertebatur ut canis[f] ad suum vomitum. Ideoque omnium paganorum, Iudaeorum, haereticorum divitumque animae [4]ac peccantium pariter in prosperitate contemptrices dei reperiuntur interdum; ideo eruditio[g] utilis est humano generi in omnibus atque salutaris, dicente propheta[h], *Bonum mihi est, domine, quod humiliasti me, ut discam iustificationes tuas;* et iterum[i] de obiurgatione, *Cum occidebat*, inquit, *dominus Iudaeos, tunc inquirebant eum, et vigilabant* [5]*ad eum.* Non itaque dicit beatus apostolus, ut non curramus aut non velimus[k] servire deo, sed primum debemus nostra currere voluntate[l], deinde non cum praesumptione et iactantia, quasi nostra vir-

2. hoc *om. A.* 3. usque *om. A.* 4. ac *om. b.* 5. ad deum *suspicatur Fabricius.*

b. Indurans indurabo] Exod. IV. 21. אני אחזק et VII. 3. אני אקשה, ἐγὼ σκληρυνῶ. Philastrius ex memoriae lapsu pro *indurabo* scripsit *indurans indurabo.* *(F.)*

c. apostolus] Rom. IX. 16. „Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ," quo in loco paronomasiam trium vocum hebraicarum רחה רצה רוץ notat Mericus Casaubonus Diatriba de Linguis p. 84. et in notis ad Optatum lib. 2. cap. 20. *(F.)*

d. omnem virtutem meam] Exod. IX. 16. et Rom. IX. 17. „Ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου." *Omnem* Philastrius explicandi causa adiunxit. *(F.)*

e. ut scriptum est] Exod. VIII. 8. et 25. IX. 27. X. 24. *(F.)*

f. ut canis] Prov. XXVI. 11. et 2 Petr. II. ult. *(F.)*

g. eruditio] Per afflictiones et calamitates. *(F.)*

h. dicente propheta] Psal. CXIX. 71. „Ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου." *(F.)*

i. et iterum] Psal. LXXVIII. 34. „Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, ἐζήτουν αὐτὸν καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὤρθριζον πρὸς θεόν." Unde suspicetur aliquis Philastrium scripsisse *ad deum*, pro *ad eum.* *(F.)*

k. non curramus aut non velimus] Quando dixit non esse currentis nec volentis Rom. IX. 16. „*Est enim Christiani hominis,*" inquit Optatus II. 20. „*quod bonum est velle, et in eo quod bene voluerit currere, sed homini non est datum perficere, ut post spatia quae debet homo implere restet aliquid deo, ubi deficienti succurrat.*" *(F.)*

l. primum debemus nostra currere

tute et iustitia [6] condigne, et non Christi mereamur salvari clementia: qui enim currit cum superbia et praesumptione, non a deo sperat praesidium, quantum ex sua conversatione sibi praesumit iustitiam. Et currere itaque et velle nos docet beatus apostolus, inque nostra voluntate esse, ut in ipso cursu bonorum operum in humilitate perseveremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso domino adipisci, ut ait dominus: *Et cum feceritis omnia, dicite quod servi sumus nequissimi*[m]; et: *Si iustus vix saluatur*[n], *peccator et impius* [7] *ubi apparebit?* Ergo sunt in nobis quaedam in quibus currendum est. Sunt autem maiora quae a deo speranda et impetranda sunt, ut ait apostolus[o]: *Nescitis quid petatis.* Ut puta si quis dixerit, Possum esse martyr, Possum esse apostolus, et non dicit, Si deus Christus voluerit, quod ab eo incrementum id muneris et gratiae quippe confertur, non vana hominum praesumptione atque iactantia comparatur. Tentantis est enim hominis voluntas huiusmodi ac praesumentis, non quaerentis [8] ac supplicantis ut tantam consequi mereatur dignitatem.

Cap. CXXIX. (Cap. CXXVI.) Sunt quidam haeretici, ut Manichaei[a] et Gnostici et Nicolaitae[b] et alii, qui de beato David audent dicere [1] quod non Christi propheta fuerit[c], neque doctor et commentator divinarum omnium scripturarum[d], sed humanae cantationis[e] ac secularis rei conscriptor extiterit, cum caelestis gratiae atque arcani salutaris Christi

6. condigne; et non *A*. condigna, ut non *Bac*. condigna, non *b*. 7. quo appellabit *A*. 8. ac supplicantis *A*. et supplicantis *c*. supplicantis *Bab*.

Cap. CXXIX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS NEGANTES (NEGANS *b*.) DAVID CHRISTI PROPHETAM ESSE. — 1. quod Christi propheta domini non fuerit *A*.

voluntate] Ipsum etiam velle, operante in nobis domini gratia Philipp. II. 13. *(Fabr.)*

m. servi sumus nequissimi] Luc. XVII. 10. ἀχρεῖοι, *servi inutiles* supra c. 123. *(F.)*

n. Si iustus vix salvatur] Proverb. XI. ult. supra c. 122. *(F.)*

o. ut ait apostolis] Luc. XX. 22. „Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε." *(F.)*

Cap. CXXIX. — a. Manichaei] Qui legem et prophetas repudiabant, ut constat ex Augustini lib. contra Adversarium Mosis et prophetarum. „Τὴν λεγομένην παλαιὰν ἅπασαν ἱστορίαν ἐκβάλλουσι, ait de Manichaeis Alexander Lycopolita p. 19. *(F.)*

b. et Gnostici et Nicolaitae] Fortasse legendum *et Gnostici Nicolaitae*, nam Epiphanius XXVI. 1. Gnosticos τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένους testatur. Idem XXVI. 6. ait Gnosticos tam veteri quam novo usos testamento, sed eum qui in veteri locutus est testamento abdicare. Igitur quando aliquid reperiunt quod dogmati ipsorum adversatur, illud ab spiritu huius mundi profectum causantur, „ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται." *(F.)*

c. quod non Christi propheta fuerit] Licet a prophetis et lege distinguuntur psalmi Luc. XXIV. 19. 44., tamen diserte David propheta vocatur Matth. XXVII. 35. et Actor. II. 30. *(F)*.

d. divinarum omnium scripturarum] Respicit ad verba 2 Tim. III. 16., ubi apostolus ait omnes scripturas πᾶσαν γραφὴν adeoque Davidis etiam scripta esse divina ac θεόπνευστα. *(F.)*

e. humanae cantationis] Ut alii quilibet poëtae. *(F.)*

domini ipse meruerit prae multis humano generi mysteria praedicare. Sicut enim sanctis aliis diversam tribuit Christus dominus gratiam, ita huic maiorem concessit scientiam, dicente domino[f], *Dabo* [2] *vobis sancta David fidelia;* et[g], *Inveni David filium Iesse, hominem qui faciat omnia quae sunt in corde meo, dicit dominus.* Ignorant ergo quod velox ac praepotens commentator hic divinarum extitit scripturarum rex atque propheta David, emissus a domino, ut quod ante dicebatur praesensque videbatur [3] futurumque nuntiabatur, haec cuncta brevi collecta humano generi [4] praedicarentur ab eodem, tribusque in versibus psalmi primi omnem [5] veram virtutem exponeret veritatis praeteritorum, [6] instantium atque futurorum, omnesque errores cuiusque populi diversaque facinora nuntiando, cum dicit, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*[h], id est paganorum, *et in via peccatorum non stetit*, quippe Iudaeorum, *et in cathedra pestilentiae non sedit*, utique haereticorum, atque hinc iam quasi ex fontibus atque materiis copiosis diversa semina iniquitatis humano generi [7] affutura doceret, ut [8] his quippe tribus malis, paganitate, Iudaismo et omni haeresi, contemptis atque damnatis sola fides vera, id est patris et filii et sancti spiritus ab omnibus credita coleretur. Zelo enim divino ductus beatus David tunc temporis, cum videret homines daemoniis immolare, [9] non deo[i], in [10] Hierusalem civitate quatuor choros posuit[k] secundum mundi [11] aditus, [12] ana septuaginta duo[l], quatuor etiam hominibus positis ex psallentibus atque arcam dei custodientibus,

2. vobis inquit sancta *A*. 3. futurumque nuntiabatur *om. Babc*. 4. praedicerentur *b*. 5. veram *(A)b*. verum *Bac*. 6. stantium *A*. 7. adfutura deiiceret *A*. 8. hiis *Ba*. 9. non deo *Ac*. non *reliqui*. 10. Ierusalem *c*. 11. actus *A*. 12. *Ita libri omnes; quorum Ba. asterisco notati sunt in margg.*

f. dicente domino] Actor. XIII. 34. ex Es. LV. 3. „Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά." *(F.)*

g. et] Actor. XIII. 22. „Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου," ex Psal. LXXXIX. 20. *(F.)*

h. in consilio impiorum] Psal. I. 1. „Ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, ἐν καθέδρᾳ λοιμῶν." [Adde Constitut. Apostol. lib. II. c. 61.] *(F.)*

i. non deo] Vocabulum *deo* in superioribus editt. desideratur, quod sensus necessario postulat. *(F.)*

k. quatuor choros posuit] 1 Chron. XXV. 7. numerus universorum traditur 288. qui prodit ex quater repetitis 72, tot enim erant in unoquoque choro. *(Fabr.)*

l. ana septuaginta duo] Ἀνὰ οβ, ut Luc. IX. 3. et X. 1. ἀνὰ δύο vel IX. 14. ἀνὰ πεντήκοντα. Vel si hoc cui in Latino scriptore incredibile videatur, legendum *uno septuaginta duo*. Ceterum de tota hac ratione musicae sacrae a Davide in templo constitutae consulendus Salomo van Till, in parte tertia operis Belgice primum, deinde etiam Germanice editi de Musica Veterum ac speciatim Hebraeorum. *(F.)* Apud Du Cangium citatur de hoc Graecae praepositionis abusu inter alios Leo Ostiensis III. 31. (al. 43): „Sex etiam candelabra magna, tres cubitus altitudinis habentia, de productis ac sculptis argento laminis fecit *ana* sex vel quinque librarum," i. e. singula quaeque ponderis sex vel quinque librarum."

undique infinitis etiam aliis extrinsecus. In medio autem ea posita psallebat cum populo beatissimus ipse David patriarcha, et incorporationis Christi domini quippe ut testis tantus ac praedestinatus a domino, psalmorum diversa gaudia et laudes pariter non alii nisi [13]ipsi Christo domino canendo referebat, trinaque vice quotidie[m] cum orationibus psalmorum etiam [14]cantu resonante omni delectabatur cum populo, divinam Christi praesentiam nuntiando, deque ea re futura gaudia seculo [15]promittendo; de quo et dominus dignatus est dicere, multos fuisse prophetas et sapientes[n], et desiderasse videre et audire quae apostoli audire meruerunt et videre. Nam quod et Graecorum ipsa quae videtur esse sapientia [16]ex lege atque prophetis et specialiter de [17]David sit, secundum tempus[o] omnibus [18]manifestum. Ideoque et poëtae aliique sapientes versibus quod voluere dicere imitando eundem[p] conati sunt fingere; quae argumenta cum de lege atque prophetis sumerent, immutatis nominibus cum iura veritatis violare [19]properant, suae perfidiae diversa mendacia seculo seminarunt[q]. Inde haec ignorantes quam plurimi seculares homines atque imperiti [20]temporalitatis pagana mendacia[r] potius quam salutaris Christianae legis antiqua et vera arcana desiderant colere [21]atque sequi firmamenta. [22]Ex suis itaque vanitatibus, id est ex Graecorum historiographis potest quis cognoscere quam sit temporalis vana sapientia Graecorum, quae cum paulatim cognoscitur [23]a suis, sine dubio spernitur, calcatur atque quotidie condemnatur.

Cap. CXXX. (Cap. CXXVII.) Sunt alii haeretici qui de inaequalitate psalterii errorem patiun-

13. ipsi *om. b.* 14. cantu resonante *A.* cantore sonante *reliqui.* 15. praemittendo *A.* 16. et ex lege *A.* 17. Davide *(A)b.* 18. est manifestum *A.* 19. properarent *b.* 20. temporalitas *b.* 21. ac *A.* 22. Et *(A)b.* 23. a suis, sine dubio spernitur *om. A.*

Cap. CXXX. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE PSALTERII INAEQVALITATE. —

m. trinaque vice quotidie] Mane et vesperi, ac quum sacrificium iuge offerebatur. *(F.)*

n. prophetas et sapientes] Luc. X. 24. „Πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς." *(F.)*

o. secundum tempus] Gentium poëtae et scriptores etiam antiquissimi, ut Homerus, Hesiodus, Herodotus, Mose et Davide longe sunt iuniores: ut a veteribus ecclesiae doctoribus in suis adversus gentes apologiis diligenter adnotatum. *(F.)*

p. imitando eundem] Hoc fortasse minus credibile videbitur iis, qui cogitaverint in quanta ignorantia linguae rerumque Iudaicarum versati fuerint Graeci et Latini, ne dicam alia longe tinnire in eorum carminibus quam quibus sacra divino spiritu inspirata pagina Davidis resonat. *(F.)*

q. seculo seminarunt] Sic supra c. 122. *„Cum semina impietatis paganae non alii nisi illi poëtae vani et philosophi deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint."* *(F.)*

r. temporalitatis pagana mendacia] Recentia minimeque antiqua. Sic saepe noster supra c. 109. 111. 118. 119. *(F.)*

tur non modicum, aestimantes [1]totum librum psalterii non esse [2]David[a], et cum historiam quaerunt per ordinem, inveniunt inaequalitatem[b], id est ut quae novissima, prima, et quae prima, novissima esse posita pervident, non modicum scandali patiuntur. [3]Nam in tertio psalmo[c] persecutionem [4]patitur a filio, et in centesimo plus[d] contra allophylum[e] [5]pugnando disseritur: cum invenimus primum pugnasse eum[f] cum Goliath [6]in sua iuventute, a filio autem suo[g] in senectute postea bellum sustinuisse. Et quamvis haec spiritaliter de Christo intelligenda sint, tamen et historiam inquirentes studiose de eodem beato propheta non parvo offendiculo perturbantur. Quia ergo et post septuaginta duos psalmos defecisse dicit[h] hymnos David [7]scriptura psalmorum, et postea [8]iterum eiusdem titulatio[i] in multis psalmis nuntiatur, et de hoc quaerunt, cur ita sit positum, nescientes quod beato regi atque prophe-

1. omnem *A*. 2. David beatissimi et cum *A*. 3. Non *b*. 4. patitur *om. b*. 5. *Rescribendum videtur* pugna disseritur *vel* pugnans disseritur. 6. in *om. b*. 7. scriptoris *(A)b*. 8. iterum *om. A*.

Cap. CXXX. — a. totum librum psalterii non esse David] Duo licebit hoc loco annotare, primo, falli virum eruditum, qui in Vitis Scriptorum Biblicorum germanice editis parte IX. p. 404., D. Brochmandum testem laudans, ait a Philastrio haereticis annumerari quisquis affirmet omnium psalmorum Davidem esse auctorem: nam Philastrius haereticis adscribit eorum sententiam qui non omnes psalmos a Davide scriptos sibi persuadent. Deinde hoc ipsum, quod haereticis tribuit Philastrius, neutiquam est haereticum, sed verissimum, multisque etiam Philastrii aetate probatum catholicis ac probatis doctoribus ecclesiae, ut Hilario atque Hieronymo, ne alios infinitos in praesenti memorem. *(Fabr.)*

b. inveniunt inaequalitatem] Ordinis perturbati ἀνομαλίαν, ut ipse hoc statim interpretatur. Sane ab Esdra librum psalmorum non digestum ordine temporis quo scripti sunt, sed alio ordine quocunque, fatentur scriptores doctissimi et interpretes sacrarum litterarum etiam antiqui, ut Eusebius in Psalmos p. 7. „Παρατηρητέον δὲ ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις." Adde eundem p. 208. 214. etc. Theodoretus in Auctario Garneriano p. 3. „Οὐ καθὼς ἐλέχθησαν οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, ἀλλὰ καθὼς εὕρηνται." Quod vero illustris Huetius p. 335. Demonstrationis Evangelicae eo ordine putat esse positos psalmos, quo fuere in templo secundo decantati, coniectura est, neutiquam res certa et explorata. *(F.)*

c. in tertio psalmo] Cuius inscriptio, „Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ." Similis est inscriptio Psal. CXLIII. „Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς καταδιώκει." *(F.)*

d. et in centesimo plus] Hoc est in Psalmo CXLIV., qui est ultra centesimum, „τῷ Δαβὶδ πρὸς τὸν Γολιάδ." Sic supra c. 111. *anni* CCCLXXX *plus* te c. 106. *„quadringentos iam plus annos."* *(Fabr.)*

e. contra allophylum] Philistaeum, ut supra p. 26. *(F.)*

f. primum pugnasse eum] 1 Sam. XVII. *(F.)*

g. a filio autem suo] 2 Sam. XVIII. *(Fabr.)*

h. defecisse dicit] Post Psalm. LXXII. subscribitur: „ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί," quae videtur esse nota clausulae libri secundi, cum totum psalmorum opus divisum fuerit olim in libros quinque. *(F.)*

i. eiusdem titulatio] Etiam post Psalmum LXXII. multi Psalmi diserte in titulo praeferunt Davidis nomen, ut LXXXVI. XCI. XCIII. XCIV. XCV., aliique quam plurimi. *(F.)*

tae diversa gaudia psalmorum recte a domino impertita sunt. Si ergo et aliorum inveniuntur titulationes in psalmis, postea tamen summa rerum laudis huic auctori et institutori a Christo concessa est, ut prophetae, regi atque patriarchae. De inaequalitate autem psalmorum secundum historiam qui interpretati sunt [9]auctores [10]studiosissime, hoc dixerunt, quod saepe existente captivitate in Iudaeorum populo a gentilibus propter idololatriam, quia cum illis colebant Iudaei et idola, [11]inde his[k] etiam scripturae divinae inquirebantur et comburebantur a gentibus: si quis autem abscondisset de psalmis aliquid, existente pace postmodum requirebantur a paucis sanctis eaedem divinae scripturae, cumque invenirentur, accipientes postea qui erant illo tempore sapientes [12]quia non erant prophetae iam, sed sacerdotes, timore detenti[l] iuxta quod accipiebant a quibusdam, ita componebant et textum psalmorum et ita ordine exponi iubebant. [13]Sic ergo secundum historiam [14]inaequalitatis, ut dixerunt multi, causa haec esse videtur. Nam quod spiritalis in ipsa inaequalitate psalmorum [15]et aequalis sit Christi scientia cognoscenda, manifestum est studiosis, ut quod est in primis, hoc sit et in medio de Christo itidem, et quod erat postea futurum, de eodem ante dictum sit ubique[m]. Ideoque [16]apostolus[n], *Christus heri et hodie, ipse et in secula,* inquit, *seculorum.* Nam quod spiritali virtute dicti sint psalmi non est dubium, ut quod ante factum est per diabolum de impietate idolorum[o], hoc et sub Iudaeis seductione eius commissum facinus monstraretur, et quod ipsius sit etiam haereticorum perversitas in fine pullulantium quotidie[p] non ignorat ecclesia [17]catholica.

Cap. CXXXI. (Cap. CXXVIII.) Sunt haeretici contraria sentientes, [1]libro Geneseos [2]quod dominus dixerit ad Cain, *Peccasti, quiesce, ad te conversio tua*[a], et

9. auctores *om. abc.* 10. studiodissimi *A.* 11. inque his (hiis *Ba.*) *libri omnes.* 12. quia *om. A.* 13. Si *A.* 14. inaequalitas *A.* 15. et aequalis sit *A.* aequalitas sit *reliqui.* 16. apostolus ait *A.* 17. quippe catholica praedicans *A.*

Cap. CXXXI. *in ac. inscriptum est* HAERESIS DE PECCATO CAIN., *in b.* HAERESIS DE EO QVOD DICTVM EST CAIN TV DOMINABERIS ILLIVS. — 1. in libro *A.* 2. quod *Aab.* quo *Bc.*

k. inde his] Olim placuerat *in aliis,* h. e. inter alias res. Anacoluthon sane tale est quale ne in hoc quidem scriptore expectari aut ferri posse censeamus.

l. timore detenti] Hoc est religione detenti.

m. ubique] Sic infra p. 286. [H. e. c. 135.] *(F.)*

n. Ideoque apostolus] Hebr. XIII. 8. „Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας." *(F.)*

o. de impietate idolorum] Ethnicis, Iudaeis et haereticis oppositam coelestem ac veram fidem a Davide, Philastrius supra cap. 126. ex primis psalmi primi verbis annotavit, ad quae praesenti etiam loco respicit. *(F.)*

p. quotidie] Sic supra c. 118. *(F.)*

Cap. CXXXI. — a. conversio tua]

*tu eius dominaberis.* Cum enim dicit, *Tu ipsius dominaberis*, putant quod dixerit ei, Tu eris dominus fratris tui[b]. Et quamvis si ita quis senserit, quia maior natu erat Cain quam Abel frater eius, quia et in lege maiores natu [3]maiores erant et honore[c], id est primogeniti, non autem [4]hic dicit, *Tu eius dominaberis*, [5]quasi Eris dominus eius, quod est in omnibus contrarium. Si enim ita esset, quomodo dabat in eum mortis sententiam[d] dominus, [6]quod suum occiderat fratrem, sicut scriptum est? Non ergo [7]ita dicit scriptura, dominari illum fratri suo, ut eum interficeret, sed, Dominaberis cogitationi tuae malae utique, quae est in arbitrio tuo, ut cuiusque hominis arbitrio atque voluntate[e], [8]ut proiiciat de corde suo malam cogitationem immissam a diabolo[f], aut non proiiciendo crimen incurrat perpetuum. Ut perscrutator enim cordis et animi hominis Christus[g] dominus occulta ipsius [9]pervidens arguebat quod cogitaverat, et monebat ne faceret illud sceleris, inque hoc viam parricidii seculo seminaret[h]. [10]Quod et in evangelio dictum est: *Si habes adversus fratrem tuum iram*[i], *vade reconciliare, et sic postea*

3. maiores erant *AB.* erant *reliqui.* 4. huic *b.* hoc *A.* 5. quia *A.* 6. quia *A.* 7. hic *A.* 8. ut *ego.* aut *libri omnes.* 9. praevidens *(A)b.* 10. Quo *b.*

Imo *conversio sua* sive *eius.* Genes. IV. 7. „Ἥμαρτες, ἡσύχασον. Πρὸς σὲ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ.” *(F.)*

b. Tu eris dominus fratris tui] Hanc expositionem quam Philastrius haeresibus adscribit, tuentur viri doctissimi Bonav. Cornelius Bertramus c. 1. Lucubratt. Franckenthalens Io. Lighfootus Opp. Posthum. p. 91., Guil. van der Muylen diss. de Die Mundi et Rerum omnium Natali, Ceneus in Specimine versionis bibliorum Gallice edito, aliique. Non tamen ita Dominum Abelis Cainum faciunt, ut inde ei licuerit fratrem minorem natu occidere, sed ut per poenitentiam, velut postliminii iure ei restitueretur primogeniturae praerogativa, cuius iacturam peccando fecisse videbatur. *(F.)*

c. in lege, maiores natu erant et honore] Erant et honore maiores. Vide interpretes ad Genes. XXV. 31. XLIII. 33. Dan. Lundium diss. de Primogenitis Hebraeorum, Upsal. 1703. Outramum lib. 1. de Sacrific. c. 4. Vitringam Observ. Sacr. II. 2. seq. Witsium Misc. Sacr. T. 1. et Salom. Deylingium parte 2. Obs. Sacrar. p. 48. *(F.)*

d. dabat in eum mortis sententiam] Non mortis proprie, vide Genes. IV. 15., sed, „*Maledictus,* inquit, *eris super terram.*” id. 11. *(F.)*

e. ut cuiusque hominis arbitrio et voluntate] Vide supra c. 26. et c. 125. *(Fabr.)*

f. immissam a diabolo] Communis haec sententia doctorum veteris ecclesiae, vide Eugubinum VIII. 29. de Perenni Philosophia, interpretes ad Ioh. XIII. 2. Actor. V. 3. et 1 Paralip. XXI. 1. et D. Io. Fechtii, τοῦ μακαρίτου, diss. de Suggestionibus Satanae. *(F.)*

g. perscrutator enim cordis et animi hominis Christus] Vide interpretes ad Ioh. II. 25. Matth. IX. 4. XII. 25. Luc. V. 22. VI. 8. IX. 47. *(F.)*

h. seculo seminaret] Hoc est, malo exemplo veluti semen sceleris spargeret. Libenter hoc sensu vocabulum *seminare* usurpat noster, ut supra c. 126. „*suae perfidiae diversa mendacia seculo seminarunt.*” *(F.)*

i. Si habes adversus fratrem tuum iram] Ita utcunque reddit Philastrius quod apud Matthaeum V. 23. est, si memineris fratrem tuum habere aliquid adversus te: „Ἐὰν μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ - ὕπαγε - διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόςφερε τὸ δῶρόν σου.” *(F.)*

*offeres munus tuum.* Et David itidem[k] ait, *Irascimini et nolite peccare.* Et qui modus sit, *Irascimini et nolite peccare*, ipse subsequitur disserens[l]: *Quae dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris, conpungimini.* Solomon etiam[m]: *Si ascenderit spiritus inimici dominantis in te, ne des ei locum ut in te habitet.* Et [11] dominus[n]: *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit* [12] *iudicii.* Ideoque pellendam cogitationem ex suggestione [13] inimici dominus edocebat ilico, ne cum diu sit in homine, ad perpetrandum facinus eum provocet proniorem.

Cap. CXXXII. (Cap. CXXIX.) Est haeresis quae non recte intelligit de Cain, quod post fratricidium, quod commiserat, rogat dominum mori potius quam dimitti, dicens ita: *Maior causa est si dimissus fuero*[a], *et erit omnis qui invenerit me, interficiet me.* Sed dominus per eum unum omni humano generi velut generalem docendo modum per patientiam tribuebat bonitatis suae indulgentiam copiosam, ut iam desinente scelere bonorum operum fructuositatem sequerentur, certamque ab eo cuncti cognoscerent amplectendam, dicente domino[b], *Nolo mortem peccatoris*, [1] *quam ut revertatur et vivat*, ut tanti sceleris cunctis per eum patesceret paenitentia, inque ea indulgentia pariter copiosa, ut paenitentium iam bona fructuositas hortamento dei mon-

11. dominus ait *A*. 12. iudicio *A*. 13. animi *b*.
Cap. CXXXII. *in abc. inscriptum habet* DE CAIN PECCATO HAERESIS QVARE DEVS EI VITAM CONCESSERIT. — 1. sed ut *b*. quantum ut *A*.

k. Et David itidem] Psalm. IV. 4. ad Ephes. IV. 26. „Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε." *(F.)*

l. subsequitur disserens] „Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε." *(F.)*

m. Solomon etiam] Ecclesiastae X. 4. „Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῇς." *(F.)*

n. Et dominus] Matth. V. 22. „Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει." Illud εἰκῇ *sine causa*, quod in multis codicibus abest, iam suo tempore in latinis quibusdam Hieronymus reperit. Io. Cassianus tamen VIII. 20. „*Superfluum est* sine causa, *et adiectum ab his qui amputandam causam pro iustis causis minime putaverunt, cum utique nullus quamlibet absque ratione commotus, sine causa dicat se irasci.*" Sed videtur etiam legisse Irenaeus II. 56. et IV. 31., etsi omittit IV. 27. Legit et Cyprianus et Auctor Operis Imperfecti homil. 11. et Chrysostomus ad Matthaeum homil. XVI. p. 200. et homil. VI. de Laudibus apostoli Pauli T. 2. edit. novae p. 511. Legitur etiam in apophthegmatibus Patrum apud Cotelerium T. 1. Monument. p. 622. et in versione Syriaca et Coptica. Defendit etiam Clariss. Vir Io. Henr. Maius libro tertio Observationum Sacrarum p. 30. quod convenire illud observat Iudaeorum scitis, qui apud Maimonidem in Canonibus Ethicis sapientiae discipulum vetant irasci nisi על דבר גדול, *ob rem magni momenti.* *(F.)*

Cap. CXXXII. — a. Maior causa est si dimissus fuero] Genes. IV. 4. „Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναι με." Sensus est, maior culpa mea est quam ut dimitti impunis possim. Sed illi, quos reprehendit Philastrius, ita haec verba sunt interpretati: maiore poena afficior si dimissus fuero, ac si legissent τῷ ἀφεθῆναὶ με pro τοῦ ἀφεθῆναι. *(F.)*

b. dicente domino] Ezech. XXXIII. 11. supra c. 89. *(F.)*

straretur hominibus, quo eam [2]pervidentes salutem potius quam mortem sibi desiderent acquirendam. Unde veluti suus accusator atque iudex cum ex parte gignitur Cain, dicens quod commiserit fratricidium, audire a domino meruit, ut, si fructus bonorum operum de cetero eum [3]sequeretur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus, nullumque metum mortis inferendae iam suspicaretur sibi ab aliquo affuturum. Insuper etiam [4]eo signum[c] acceperat, ne occideretur[d] ab aliquo, [5]cumque his etiam septem poenas perpeti[e], si [6]qui hominum ausus fuisset in eum manus iniicere, caelesti sententia [7]definitum. Ipsa enim veluti paenitentia ficta, non vera inventa est, cum audit a domino: *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas persolvet.* Unde et signum accipere meruit[f] propter paenitudinem, si tamen digna bonorum operum iam eum fructuositas sequeretur. Sed non invenimus fructum [8]bonum in eo paenitentiae usque fuisse, quanto magis de genere illius omnem impietatem potius pullulasse, [9]qui post eum haeredes impietatis paternae et immanitatis tanti sceleris existentes, cum non malorum suorum paenitudinem gerere voluissent, annuntiante eis Noë beato[g], perseverantes in scelere diro mortis interitu per diluvium perierunt, [10]exceptis octo animis[h i] tantummodo tunc temporis.

2. praevidentes *b*. 3. sequerentur *(A)b*. 4. eo *ego*. et *libri omnes*. 5. cumque his *ego*. cumque his (hiis *Ba.*) *Bar.* cumque *b*. *Prob. Galeardus.* cum his *A*. 6. quis *(A)b*. 7. definitum est. In ipsa *A*. 8. bonum *A*. bonorum *reliqui*. 9. qui *om. A*. 10. exceptis *Ab*. excepto *reliqui*.

c. etiam eo signum] Ita rescripsi pro vulgata *etiam et signum*, quae ferri posse non videbatur. Quemadmodum iam feci supra cap. 88. In eis quae sequuntur verba *cumque his* (h. e. insuper) iunge cum *caelesti sententia definitum*.

d. signum acceperat ne occideretur] Genes. IV. 15. Hoc ipsum pro signo licet accipere, quod non interficiendum Cainum esse deus fidem ei fecerit. Confer quae notavi in Codice Pseudepigrapho Veteris Test. p. 115. 116. et Ioh. Christoph. Ortlobii diatribam de Signo Caini, editam Lipsiae A. 1701. *(F.)*

e. septem poenas perpeti] Targum Uzielidis Genes. IV. 15. „*Quisquis interfecerit Cain, per septem generationes ultio sumetur ab eo.*" Aliter poenas septem peccatis totidem Caini respondentes exponit Suidas in Κάϊν, secutus Epiphanium de numerorum mysteriis T. 2. p. 307. seq. *(F.)*

f. accipere meruit] I. e. accepit. Ita mereri et ἀξιοῦσθαι antiquis scriptoribus frequenter usurpatur, ut notarunt Grotius ad Matth. VI. 1. et Is. Vossius ad Ignatium p. 293. Sic infra hoc capite: „*Qui meruerunt procellam soli tanti periculi evitare.*" Et p. 278. „*audire a domino meruit.*" *(F.)*

g. annuntiante eis Noë beato] Unde δικαιοσύνης κῆρυξ ille dicitur 2 Pet. II. 5. *(Fabr.)*

h. exceptis octo animis] Ita correxi cum ed. Lugd., cui suffragari videtur cod. Sangerm., quamquam non diserte de hoc affirmatum invenio. Galeardus defendere conatus est veterem scripturam ex proprietate linguae Italicae, qua quidem dicatur „eccetto otto anime." Mirifice. Praeterea adire nos iubet Baluzii notas ad Reginonem pag. 591. ad Gratianum p. 514. itemque ad Capitularia Regum Francorum tom. II. p. 1229.

i. excepto octo animis] 1 Petr. III. 20. Lugd. *exceptis*. *(F.)*

[11] qui de genere sanctorum fuerunt editi, qui meruerunt procellam soli tanti periculi devitare.

Cap. CXXXIII. (Cap. CXXX.) Est haeresis quae stellas infixas[a] putat esse in [1] caelum, non de thesauris locisque absconditis[b] atque a deo dispositis in vesperum iussu divino repente procedere, statutisque horis suo [2] lumine cursum ministeriumque indictum agnoscere: quod contrarium alienumque fidei catholicae invenitur, si ita quis senserit, magisque paganae vanitatis et philosophorum inanis sententiae quam Christianae scientiae habere consortium demonstrabitur. Scriptura enim omnipotentiam dei ita edocet, ut in brevi e diversis thesauris concurrere atque discurrere sidera nuntiaverit, ornamentoque caeli [3] noctique ut lucis causa ex parte sint a deo praestita atque commodata, diversisque horarum spatiis velut ad sua loca rursum redire statuta sint, ut e quibus locis exire iubentur quotidie, ad ea loca reverti iterum praesidente angelo[c] et compellente cursum debitum praeterire nullo modo possint. hincque [4] effusa Christi clementia omni manifestaretur humano generi, qui iustis et iniustis in hoc mundo parem concesserit gratiam bonitatis annuntians, qui *Solem suum*[d] *oriri facit super iustos et iniustos*, *et pluit super bonos et malos:* et, *Noverunt sidera,* inquit, *thesauros suos*[e], *et cursum dispositum quotidie.*

Cap. CXXXIV. (Cap. CXXXI.) Sunt quidam haeretici qui de veteri testamento multa reprobant,

11. qui *Ab.* quae *reliqui.*

Cap. CXXXIII. *in abc. inscriptum est* De stellis coelo infixis haeresis. — 1. caelo *A*. 2. volumine *A*. 3. noctisque (*A*)*b*. 4. effusa Christi clementia omni manifestaretur *om. A*.

Cap. CXXXIV. *in abc. inscriptum habet* Haeresis veteris testamenti mvlta reprobans. —

Cap. CXXXIII. — a. stellas infixas] Ut immobiles sint, quod refellit etiam Chrysostomus in Genes. I. 17. „*Cum audimus, posuit deus stellas in firmamento, absit ut cogitemus quod deus astra coelo infixerit, nam videmus ea moveri, et unumquodque eorum de loco ad locum transeundo cursum suum peragere.*" Vide Sixtum Senensem lib. V. Bibl. Sanctae annotat. 14. *(F.)*

b. de thesauris locisque absconditis] Ut Ps. CXXXV. 7. „Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ." Vide Suidam in Θησαυροί. *(F.)*

c. praesidente angelo] Ab angelis motus admirandos orbium coelestium regi docuerunt non pauci olim e Iudaeis, quibus assentiuntur etiam Maimonides in More Nebuchim II. 4. et Abarbanel ad Esaiae VI. Eadem multorum e Christianis fuit sententia, ut Cosmae Indopleustae lib. 2. p. 150. 155. et multis aliis locis, nec non Theodori Mopsuesteni, quem eo nomine reprehendit Io. Philoponus lib. 1. de Creatione c. 12. *(F.)*

d. qui solem suum] Matth. V. 45. „Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους." *(F.)*

e. Et, Noverunt sidera, inquit, thesauros suos] Non memini haec ipsis verbis ita legi in sacris literis. At in libro Sapientiae VII. 15. mentio thesauri ἀνεκλιποῦς et deinde vers. 19. celebrantur „τροπῶν ἀλλαγαὶ, μεταβολαὶ καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλοι καὶ ἀστέρων θέσεις." *(F.)*

id est [1]Solomonis [2]Ecclesiasten [a], paucis quidem conscriptum sententiis, omnem [3]tamen thesaurum caelestis scientiae quaerentibus continentem. Nam quod omnibus sapientior prioribus sit ipse salvator testatus est [b]. Cum legunt ergo: *Omnia vanitas vanitatis,* [4]*quae sub caelo sunt* [c]; et: [5]*Desideravi habere* [d], ut dictum est, *diversa;* et: *Deus mihi dedit,* inquit, *et ecce omnia vanitas vanitatis:* solum tamen hoc postea addit esse a deo [e], ut si quis manducet et bibat et benefaciat animae suae. Quod si hanc escam solum aut hunc potum dixit esse istius seculi [6]utilem quae carnalis est, nihil autem futurae vitae immortalis aliud [7]nuntiavit [f] [g], in vanum hominum labor impenditur; ergo quod ait apostolus [h] de quibusdam: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur;* quod profecto paganorum et Epicureorum est talis haeresis, quae vitae pecudum comparatur. Ideoque *Homo in honore cum esset* [i], *non intellexit, comparatus est* [8]*pecudibus insipientibus.* [9]Solomon itaque et carnalem vitam hominum a deo concessam in multis divitiis nuntiavit, et futuram angelorum gloriam nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus et credentibus praedicavit. Si enim et dives in hoc seculo bene operatus fuerit, necesse est ut et illic futurae vitae consortium consequatur. Sicut enim et haec terrestris esca a deo data

1. Salomonis Ecclesiastem *b*. 2. Ecclesiasten librum paucis *A*. 3. autem *A*. 4. quae *om.* (*A*)*b*. 5. Desideravi inquit habere *A*. 6. utilem quae carnalis est, nihil *A*. utilemque carnalem, nihil *reliqui*. 7. nuntiavit *c*. nuntiabit *reliqui*. 8. pecoribus insensatis *A*. 9. Salomon *b*.

Cap. CXXXIV. — a. Solomonis Ecclesiasten] Iudaeos et Christianos quosdam divinae Ecclesiastis auctoritati cum Theodoro Mopsuesteno detrahentes refellunt Huetius in Demonstratione Evangel. Frassenius in Disquisitt. Bibl., Natalis Alexander in Historia Vet. Test. Aetate quinta diss. 4. Godfridus Wegnerus de Canonica Auctoritate Ecclesiastae, et prae ceteris Io. Henricus Michaelis in accurate elaborata diss. de Ecclesiaste Salomonis. Halae Sax. a. 1716. *(F.)*

b. ipse salvator testatus est] Matth. XII. 42. Luc. XI. 31. optimus salvator de sapientia Solomonis egregium fert testimonium, omnibus tamen illum sapientiorem fuisse prioribus, quod ait eum Philastrius testari, nusquam disertis verbis affirmat. *(F.)*

c. quae sub caelo sunt] „Ὑπὸ τὸν ἥλιον" Ecclesiastae I. 14. *(F.)*

d. Desideravi habere diversa] Id. II. 3—11. *(F.)*

e. esse a deo] Id. II. 24. *(F.)*

f. nuntiavit] Ita scripsi pro *nunciabit*. Vocabulo nuntiandi libenter noster utitur. Sic infra hoc capite: „*Carnalem vitam hominum a deo concessam in multis divitiis nuntiavit.*" Atque iterum: „*Diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat.*" Et rursus: „*Vitamque pereundam nuntiabat.*" *(F.)*

g. nuntiavit] Locis a Fabricio de usu huius verbi apud Philastrium prolatis Galeardus addit capp. 75. 80. 110.

h. apostolus] 1 Cor. XV. 32. „Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν." Laconica haec et vetus paroemia esse notatur in veteri codice Bibliothecae Romanae Monachorum S. Basilii apud celeberr. Montfauconum p. 212. Diarii Italici. *(F.)*

i. homo in honore cum esset] Psal. XLIX. ult. „Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς." *(F.)*

est, ita et illa caelestis esca de lege desideranda est amplius, fides [10]quippe Christi domini de lege et prophetis adveniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria quam Martha elegerat, dicente domino maiorem sortem[k] Mariam elegisse, quae non [11]auferretur ab ea. Ergo si dixit, *Vanitas [12]vanitatis est, quae in seculo sunt*, haec utique transeuntia praedicavit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait apostolus[l]: *Transit enim figura huius mundi et gloria.* Si autem figura et vita et honor et dignitas mundi istius cessabunt et destruentur, illa quippe erit desideranda caelestis et angelica dignitas[m], quae incorporatione[n] ac passione et resurrectione quippe est Christi credentibus adventura, quae nou temporalis, carnalis ac caduca erit, ut Iudaeorum secundum litteram, et aliorum talium pereuntium, in posterum autem nihil expectantium. Propter quod dicit dominus[o], *Operamini escam, quae non perit*, [13]id est ut credatis in me, quem misit pater meus. Ergo non [14]Solomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa autem praetermittebat, sed diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat, carnalem quippe primam vitae hominum in praesenti seculo, postque mortem caelestem illam et angelicam dignitatem iustis et fideli adventuram. Hancque carnalem velut vanam et temporalem, Iudaeorum quippe aliorumque talium iustificationem, vitamque [15]pereundam[p] nuntiabat, ut umbram esse cognoscerent, vitamque corporis temporalem non multo post decidentem, in comparatione quippe caelestis illius ac perpetuae dignitatis, non ignorarent. De qua esca ait et propheta[q], *Gustate et videte, quia suavis est dominus.*

Cap. CXXXV. (Cap. CXXXII.) Est haeresis quae de Canticis Canticorum[a] ambigit, ipsa itidem

10. quippe *om. A.* 11. auferretur *B.* auferetur *reliqui.* 12. vanitati *b.* 13. id est *om. b.* 14. Salomon *b.* 15. pereundam *Ac.* per undam *reliqui.*
Cap. CXXXV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE CANTICIS (CANTICI *c. In b. vocabulum hoc omnino desideratur*) CANTICORVM LIBRO. —

k. maiorem sortem] „Τὴν ἀγαθὴν μερίδα" Lucae X. 42. *(F.)*

l. ut ait apostolus] 1 Cor. VII. 31. „Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου." Verba *et gloria* Philastrius explicandi causa adiunxit. *(F.)*

m. angelica dignitas] Vide cap. 123. et 134. 137. *(F.)*

n. incorporatione] Ἐνανθρωπήσει. Ita legendum uno vocabulo, quo saepius noster utitur ut bis infra cap. 135. non duobus, ut editi, *in corporatione.* *(Fabr.)*

o. quod dicit dominus] Ioh. VI. 27. „Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην." v. 29. „ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος." *(F.)*

p. vitamque pereundam] Pro *peritura* dixit, ut supra c. 80. *(F.)*

q. et propheta] Psal. XXXIV. 8. „Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος." *(Fabr.)*

Cap. CXXXV. — a. de Canticis Canticorum] Salomonem per hunc librum Aethiopissae Reginae blanditum esse professus fuit Theodorus Mopsuestenus, quod reprehendit Theodoretus. Vide

aestimans non spiritu divino, sed humanarum rerum causa ac voluptatum hominibus ab eodem praedicata, cum caelestium rerum veritas humanae similitudini comparata genus hominum docuerit, sicut scriptum est in evangeliis[b], [1]et ubique[c]. Christi itaque divina in carne praesentia omnes ita docebat, ut amore divino provocaret, monitione mulceret, misericordia commoveret, flecteret bonitate. Nam ut deus, ostendebat[d], ut pater, monebat, ut pastor, [2]pascua demonstrabat, ut rex, vincendo inimicum vestigia sequi ostendebat, ut sequentes suum [3]fratrem[e], id est dominum Christum in carne advenientem, in triumpho immortalis gloriae et caelestis meriti cum eo pariter gratulemur. Ideoque et Cantica dicta sunt Canticorum[f] ut quod ante in lege umbratiliter dicebatur ex parte, in loco Christi iam praesentia consummatione mysterii per passionem celebrata in supplementum [4]panderetur, ut cessante umbra caelestis [5]iam lucis [6]omni seculo veritas refulgeret, quae corpus et [7]animum hominis accenderet atque amore caelesti sensum hominis excitaret. Qui ergo vani homines concupiscentiis carnis inserviunt, fingunt [8]aut non posse sentire[g], aut si eis exponitur, contemnunt discere,

1. et ubique *om. b.* 2. pascuum *A.* 3. fratrem *A.* fraternum *reliqui. In libris Ba. margo asterisco notatus conspicitur.* 4. credentibus panderetur *A.* 5. iam *A.* etiam *reliqui.* 6. veritas omni saeculo *A.* 7. animam (*A*)*b.* 8. aut non posse *b.* aut posse *A.* autem non posse *reliqui.*

quae notavi Volum. IX. Bibl. Graecae p. 161. seq. *(F.)*

b. in evangeliis] Ut Matth. XXII. 2. ubi regnum coelorum regi nuptias filio suo paranti comparatur. *(F.)*

c. et ubique] Etiam in propheticis et apostolicis, scriptis ut Ezech. XVI. Eph. V. 32. *(F.)*

d. ut deus ostendebat] Patrem quem nemo ante viderat. Ioh. I. 18. *(F.)*

e. sequentes suum fraternum] Legendum putem *sponsum fraternum.* Sed videntur hoc loco verba quaedam excidisse. *(F.)*

f. Cantica dicta sunt Canticorum] Sic Threnos Ieremiae *Lamentationem lamentationum* dixit Paschasius Radbertus. Eleazar *princeps principum* Levitarum appellatur Numeror. III. 32. Persis imperitans *rex regum* Artaxerxes. Theologia *ars artium* et *scientia scientiarum* Gregorio Nazianzeno, τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, Thales σοφὸς σοφῶν, *sapiens sapientum* Timoni apud Laërtium I. 34. Floro Syracusae *urbs urbium*, Mysi *barbari barbarorum.* [Κύριος τῶν κυριευόντων I Timoth. VI. 15. Apoc. XIX. 16. βασιλεύς βασιλέων Apoc. XVII. 14. deus Philoni ἡλίου ἥλιος pag. 658. de sacrificantibus. Caelum νοητὸν οὐρανὸς οὐρανοῦ pag. 660. Dies expiationis σάββατα σαββάτων Levit. XVI. 31. XXIII. 32. Chrysost. tom. VI. ed. novae pag. 330. *Episcopus episcoporum.* V. Baluz. pag. 107. ad Cyprian. *Papa pater patrum.* Idem tom. V. Miscell. p. 338. 340. 341. Idem *Servus servorum dei* pag. 434. et passim alibi. Casinensis *Abbas abbatum.* Vide Chronicon Leonis Ostiensis IV. 60. Lugdunensis Archiepiscopus *Primas primatum.* Salmas. Eucharistica ad Sirmondum p. 597. Mens ψυχὴ ψυχῆς Philoni Quis Rerum Divinar. Haeres. pag. 382. *Locustae locustarum* Nahum III. 17. Festum Paschatos ἑορτὴ ἑορτῶν Nazianzeno. S. Eucharistia τελετὴ τελετῶν Dionys.] *(F.)*

g. non posse sentire] Non posse se capere aut intelligere mysticum illum in Cantico sensum. *(F.)* Facilis esset emendatio *non posse se sentire.* Sed plura eius abusus in hoc scriptore

legisque nolentes virtutem agnoscere non minus Iudaei vel pagani iudicandi sunt.

Cap. CXXXVI. (Cap. CXXXIII.) Alia est haeresis quae dicit mandatum non esse accipiendum[a] quod Adam pater noster acceperat, neque esse illud virtutis aut utilitatis alicuius opinantur, cum sine mandato illo nec lex [1]Moysi possit accipi, nec Christi agnosci perpetua et effusa gratia atque copiosa. Triplici enim virtute in corpore constitutus omnis homo de lege divina docendus [2]aut monendus instruitur, ut in prima aetate sub mandato sit secunda sub lege, tertia sub gratia salvatoris; ideoque lex ammonitio est potius propter oblivionem mandati pristini, quod pater noster Adam in primis a deo acceperat in paradiso. Ita enim scriptum [3]est in lege[b]: *Ne [4]oblitus mandatum domini dei tui recesseris ab eo et pereas.* Ideo lex ammonitio mandati et confirmatio est primi illius. Iterum mandatum et lex Christi plenam praedicant gratiae bonitatem ac praesentiam salutarem. Ideoque dominus ait[c]: *Ecce qui loquebar in prophetis, adsum.* Maiores[d] sunt itaque qui sub mandato fuerunt antiqui, [5]cum non obliti etiam Christi [6]salvatoris [7]suis posteris et eius mysterium nuntiarunt; cuius et oblivione existente in Iudaeis ammonitio rursum litterae[e] subsecuta est, ut in littera etiam Christi spiritalis scientia et carnalis praesentia illuminans seculum speraretur. Ideoque lex [8]Moysi aliud in sono vocis, aliud in abscondito[f] [9]salutare Christi mysterium continens nuntiabat. Ergo neque mandatum sine lege, nec lex sine mandato, nec gratia Christi sine lege et mandato accipi aut credi debet ab aliquo.

Cap. CXXXVI. *in abc. inscriptum est* DE MANDATO ADAE HAERESIS. — 1. Moysi *B.* Mosi *reliqui.* 2. ac *A.* 3. est in lege *om. ab.* est in lege autem postea *A.* 4. oblitus inquit mandati *A.* 5. cuius non *A.* 6. salutaris *b.* 7. sui posteri *A.* 8. Moysi *B.* Mosi *reliqui.* 9. salvatoris *A.*

exempla vulgatam scripturam defendunt.

Cap. CXXXVI. — a. mandatum non esse accipiendum] Mandatum Philastrius appellat tempus ante legem Moysis, quo secundum legem non scriptam naturae, et mandatum in paradiso acceptum vixere protoplasti et patriarchae. Vide quae supra cap. 109. p. 224. Ac pulchre observat cap. 6. libri primi Demonstrationis Evangelicae Eusebius, et Moysis legem illud patriarchis probatum mandatum praesupponere, illique velut superstructam esse: et Christum abrogata lege cerimoniali Mosaica, illam patriarcharum vitam et colendi dei rationem ivisse instauratum ac restitutum. *(F.)*

b. scriptum est in lege] Deut. VIII. 11—19. *(F.)*

c. Ideoque dominus ait] Apud Esaiam LII. 6. hodie legitur: „Ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι." Ab Epiphanio tom. I. p. 301. ita laudatur: „Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις ἰδοὺ πάρειμι." Eundem locum adduxit noster supra c. 108. pag. 215. *(Fabr.)*

d. Maiores] Cf. infra cap. 138.

e. ammonitio rursum literae] Mosaicae legis. *(F.)*

f. in abscondito] Typico mysticoque sensu. *(F.)*

Cap. CXXXVII. (Cap. CXXXIV.)

Sunt quidam haeretici qui cum legunt scripturam, dicente domino[a], *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, non in parvam descendunt amentiam, ignorantes primum quid imago quidve similitudo sit dei, cumque nesciunt quid sit imago dei natura proprietatis, et [1]quid [2]positionis sit gratia, non parvam sibi praesumunt superbiam dignitatis. Imago enim dei, id est anima omnis hominis[b], facta ex nihilo, similitudo autem in fide et vita, nisi cognita fuerit a deo, appellari non potest dei imago similis. Cumque se esse plus aestimat aliquis, praesumptionis crimen incurrit potius quam meritum dignitatis sibi acquirit. Nam cum haec [3]peccans [4]invenitur anima, et iudicio obnoxia [5]detinenda cognoscitur, quomodo esse potest haec dei naturalis imago, quae diversis peccatis [6]dinoscitur inservire? cum alia nulla esse possit naturalis imago dei divina et patris propria, non angeli aut hominis, nisi Christi dei filii, qui natura proprietatis indiscreta paternae substantiae ac sempiternae imago[c] sit, genita proprie, non positione servitutis creata ex nihilo, ut homo et angelus. Ideoque imaginem, id est animam, hominum paganorum, Iudaeorum, haereticorum, et omnium dici posse declaravit in communi generatione atque unius qualitatis [7]naturae scriptura substantiam[d] nuntiavit, similitudinem autem non omnium, sed sanctorum[e], et Christianorum esse tantummodo declaravit, qui in fide, vita [8]et bono opere permanentes angelorum caelestia merita[f] in futurum consequi promittuntur, ut patriarchae, prophetae, sacerdotes, iudices, apostoli atque evangelistae et martyres, qui trinitati credentes et in vita praeclara perma-

Cap. CXXXVII. *in abc. inscriptum est* DE IMAGINE ET SIMILITVDINE DEI IN HOMINE HAERESIS. — 1. quod *A*. 2. portionis *b*. 3. peccatis *b*. 4. invenitur *om. A*. 5. detinenda *A*. detinendo *reliqui*. 6. dinoscitur (dignoscitur *ac*.) *ABac*. agnoscitur *b*. 7. naturae *A*. natura *reliqui*. 8. et *om. b*.

Cap. CXXXVII. — a. dicente domino] Genes. I. 26. *(F.)*

b. Imago enim dei, id est anima omnis hominis] Pluribus hoc veteribus ecclesiae doctoribus persuasum: vide Petavium lib. 2. Dogm. Theol. de opificio sex dierum cap. 2. et Benedictinorum Prolegomena ad S. Hilarii Opera p. 78. et 112. *(F.)*

c. paternae substantiae ac sempiternae imago] Hebr. I. 3. „Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ." *(F.)*

d. unius qualitatis naturae scriptura substantiam] Sic supra cap. 93. „*unam qualitatis substantiam.*" *(F.)*

e. similitudinem autem non omnium, sed sanctorum] Sic S. Paulinus epist. 2. ad Severum docet in Adam solam nobis imaginem remansisse, ad originalem autem gloriam nos reformari, si divinam similitudinem Christi imitatione capiamus. Etiam Platoni in Theaeteto ὁμοίωσις hominis ad deum est „δίκαιον καὶ ὅσιον γενέσθαι μετὰ φρονήσεως." *(F.)*

f. angelorum caelestia merita] Futuri nimirum ἰσάγγελοι. Luc. XX. 36. [Hinc veteres quidam venerunt in eam opinionem, angelorum qui ceciderant numerum restituendum esse de hominibus. V. Anselmi Cantuar. lib. I. Cur deus homo c. 16. p. 81.] *(F.)*

nentes angelorum gloriae copulari a domino nuntiantur. Similitudo enim ex doctrina legis, fide, vita, et studio, et opere cognoscitur vera, ut quae a deo facta est legi eius divinae consentiens praecepta statuta complendo regni caelestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente apostolo[g], *Nostra autem conversatio in caelis est:* et dominus iterum[h]: *Gaudete, quia nomina vestra in caelo scripta sunt.* Et quod in die iudicii eos sicut angelos[i] demonstrabat, futuros dominus dicit de regno caelesti: *Venite, percipite*[k] *regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Similitudo itaque [9]ex fide sanctae trinitatis et vita bona et opere sequenti[l] inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicae dignitatis, ut ait Ioannes[m]: *Tunc similes ei erimus;* et dominus[n]: *Similes estote patris vestri.*

Cap. CXXXVIII. (Cap. CXXXV.) Sunt quidam dicentes haeretici, Cur non deus uno modo semper locutus est, sed diversis modis et linguis[a] humano generi praedicavit? cum secundum capacitatem hominum videntium atque [1]cupientium videre atque audire ita sit locutus et visus hominibus. Proiecto itaque de paradiso homine [2]mortemque induto[b] non iam ita apparebat sicut et antea, sed loquebatur de caelo voce ipsius[c] audita atque ea custodita: processu autem temporis et apparere dignabatur, ut Abrahae[d] beatissimo patriarchae et aliis per ordinem[e];

9. est ex fine *b*.

Cap. CXXXVIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DEVM INCREPANS QVOD DIVERSIS LINGVIS ET MODIS HOMINES ALLOCVTVS SIT. — 1. capientium *A*. 2. morteque *A*.

g. dicente apostolo] Philipp. III. 20. „Ἡμῶν γὰρ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει." *(F.)*

h. Et dominus iterum] Luc. X. 20. „Χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(F.)*

i. sicut angelos] Ἰσαγγέλους Luc. XX. 36. *(F.)*

k. Venite, percipite] „Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου." Matth. XXV. 34. *(F.)*

l. sequenti] H. e. inde sequenti. Nisi dativus personae est, struendus cum *inesse*, ut sit „sequenti praecepta dei."

m. ut ait Ioannes] 1 Ioh. III. 2. „Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα." *(F.)*

n. et dominus] Respicit Matth. V. 48. Luc. VI. 36. licet verba ipsa, quae adducit Philastrius, neutro loco leguntur. *(F.)*

Cap. CXXXVIII. — a. diversis modis et linguis] „Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως" Hebr. I. 1. Clemens Alex. pag. 7. Protreptici: „Πολύφωνός γε ὁ σωτὴρ καὶ πολύτροπος εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν." „*Multiplices adhibet salvator voces et modos ad salutem hominum.*" *(F.)*

b. mortemque induto] Genes. I. 21. tunicas pelliceas protoplastis indutas, mortalitatis per peccatum contractae symbolum veteres interpretantur. Vicissim 1 Corinth. XV. 53. 54. Paulus dixit ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, *induere incorruptibilitatem.* *(F.)*

c. de caelo voce ipsius audita] Ita putat intelligendum Philastrius quando Genes. IV. 6. 15. VI. 3. 7. 13. etc. occurrit, *Et dixit deus.* *(F.)*

d. Abrahae] „Ἐν ὁράματι" Gen. XV. 1. XVII. 1. XVIII. 1. XXII. 1. 14. 15. *(Fabr.)*

e. et aliis per ordinem] Isaaco Gen. XXVI. 24. et Iacobo Genes. XXVIII. 12. 13. XXXI. 3. XXXII. 1. 24—30. XXXV. 1. 9. XLVI. 2. *(F.)*

sub [3]Moyse autem diversis rebus apparens[f] et quod erat timoris atque [4]erroris[g h] in monte Sina demonstrabat, [5]posteaquam in figura angeli[i] et in forma hominis[k] [6]incorparationis suae [7]futurae indiciis praecurrentibus generalem clementiae nuntiabat visionem, qua iam per somnia iustis se dominus ostendebat, ut scriptum est[l]. Postea vero in [8]incorporatione apparens[m] testabatur Iudaeis adnuntians quae ante dixerat per prophetas. Quia ergo diversa erat capacitas visendi dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, et diversa remedia hominum infirmitatibus conferebat, ideoque languenti seculo in fine plus contulit medicinae[n], ut et illorum primorum virtus praepotens monstraretur, et nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente domino[o], *Non egent sani medico, sed qui infirmi sunt.* Maiores[p] sunt itaque priores illi, qui audientes credebant[q], ut Seth, Enoch, Noë et ceteri, quam nos, qui et audientes atque legentes misericordiam Christi domini et bonitatem eius contemnimus copiosam. Nam et Iudaeorum causa et aliis locutus est linguis, [9]ut compleatur[r] quod, *In linguis aliis et labiis loquar huic populo,* [10]*et nec ita erunt credituri, dicit dominus.* Nam per [11]Esaiam dicit, *Verbum meum mittam in Achaiam*[s].

3. Mose (*A*)*abc*. 4. terroris *c*. 5. posteaque *A*. 6. corporationis *b*. 7. futurae *A*. affuturae *reliqui*. 8 incorporationem *A*. corporatione *b*. 9. ut compleatur quod in linguis *om. A*. 10. et *om. b*. 11. Isaiam (*A*)*abc*.

f. diversis rebus apparens] Per somnium, visum, admonitionem, spectaculum et revelationem. Vide interpretes ad Numeror. XII. 8. et quae notavi ad Chalcidium cap. CCLIV. *(F.)*

g. timoris atque erroris] Reduxi librorum veterum scripturam *erroris.* „Timoris atque erroris" dixisse videtur pro „timendi erroris."

h. timoris atque erroris] Male *erroris* in superioribus editt. *(F.)*

i. in figura angeli] Ut Exod. XIV. 19. *(F.)*

k. in forma hominis] Ut Gen. XXXII. 24. *(F.)*

l. ut scriptum est] Numeror. XII. 6. *(Fabr.)*

m. Postea vero in incorporatione apparens] Hebr. I. 1. „Ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ." Incorporationem pro ἐνανθρωπήσει et alibi dixit noster, ut c. 131. *(F.)*

n. languenti seculo in fine plus contulit medicinae] Accedit Philastrius eorum sententiae, qui tunc demum filium dei incarnatum statuunt, quum hominum corruptio ad summum pervenit. Sic Gregorius Nyssenus Orat. in Natalem Christi T. 3. Opp. p. 341. Theodoretus, Euthymius, et Bernhardus, quorum loca laudat D. Io. Frid. Mayer, ὁ μακαρίτης, in diss. Cur deus non statim post Adami lapsum fuerit incarnatus, sed mundi exspectaverit senectutem. Kil. 1695. His addi possunt quibus eadem placuit sententia Cyrillus Alex. contra Anthropomorphitas c. 24. atque aliis in locis, Isidorus Pelusiota et Ionnes Zonaras, quorum loca Bonav. Vulcanius ad Cyrillum annotavit. *(F.)*

o. dicente domino] Matth. IX. 12. „Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες." *(F.)*

p. Maiores] Cf. supra cap. 136.

q. qui audientes credebant] Helmst. *qua*, vitiose. *(F.)*

r. ut compleatur] Esaiae XXVIII. 11. ubi LXX. „Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ." Sed Aquila, cui Philastrius proprius accedit: „Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ." *(F.)* Immo 1 Cor. XIV. 21.

s. Verbum meum mittam in Acha-

Cap. CXXXIX. (Cap. CXXXVI.) Alia est haeresis quae cum legit quatuor animalia in prophetis[a], non parvum errorem persentit, aestimans quod animalia diversa forma praedita deum collaudaverint, ignorantes quod irrationabilia, id est non rationis capacia, deo laudem ut homines referre non possunt. Neque enim deus laudem pecudum quaerit, quia non pecudes ad imaginem dei factae, sed homines rationabiles a deo sunt creati et ad hoc positi. Sed quia visio est prophetarum divino spiritu praedicata, [1]hic sanctorum populorum quatuor diversae virtutes[b] diversaque certamina nuntiabantur adventura seculo in diversis doctrinis ac virtutibus, in diversa sublimitate eminentiae, [2]quo leonis[c], vituli, hominis et aquilae, quorum diversae doctrinae ac merita fulgentia [3]percurrebant, primum in patriarchis regalis auctoritas, in prophetis deinde scientiae caelestis fecunditas, in sacerdotibus labor fortis et pertinax concertatio cerneretur, in apostolis volatus sublimis in caelum et eminens dignitas monstraretur, utque formarum ante diversitas nuntiabat, diversarum quippe virtutum caelestia merita in Christi praesentia[d] manifestarentur in seculo, ab eo quippe concessa domino salvatore. Nam in leone regnum fortitudinis, in vitulo labor [4]exsuperans, in homine passio indesinens, in aquila volatus sublimis agnoscitur, certantium scilicet atque [5]micantium[e], apostolo dicente[f], *Nostra conversatio* [6]*in cae-*

Cap. CXXXIX. *in abc inscriptum est* De animalibvs qvatvor in prophetis haeresis nimis crassa. — 1. hic *ABa.* hinc *c.* huic *b.* 2. quo *ego.* quod *libri omnes.* 3. percurrebant *ABab.* praecurrebant *c.* 4. exuperans *B.* exuberans *reliqui.* 5. micantium *c., ex emendat. I. Bapt. Cotelerii Monum. Eccl. Gr. tom. III. p. 543.* mirantium *reliqui.* 6. in caelis est. Et *A.*

iam] Haec verba apud Esaiam non reperi. *(F.)*

Cap. CXXXIX. — a. in prophetis] Ezech. I. 5. Apocal. IV. 6. Confer si placet quae supra ad cap. LVI. p. 113. *(Fabr.)*

b. sanctorum populorum quatuor virtutes] Populos vocat multitudinem patriarcharum, prophetarum, sacerdotum et apostolorum, quorum virtutes mox exponit. Fuere etiam qui de notissimo virtutem cardinalium quaternione animalia illa interpretarentur, leonem de fortitudine, vitulum de iustitia, aquilam de temperantia, hominem de prudentia. Vide Aretham ad Apocalypsin. Alii veteres haec animalia referre maluerunt ad quatuor Evangelistas, quorum loca notavi in Codice Apocrypho Novi Test. T. 1. p. 383. et T. 2. p. 559. Vide et Iacobi Thomasii, τοῦ μακαρίτου, diss. de Insignibus Evangelistarum, editam Lipsiae a. 1667. *(Fabr.)*

c. quo leonis] Ante erat scriptum, „*quod leonis*," totaque sententia ita distincta atque turbata „in diversa sublimitate eminentiae: quod leonis - - percurrebant. Primum" cett.

d. in Christi praesentia] Apud Aretham in Apocalypsin Christus leo, quia rex: idem vitulus ut sacerdos vel potius sacrificium et hostia: homo propter nos factus, et aquila spiritu caelesti nos impertiens. „Διὰ τοῦ λέοντος ὡς βασιλεὺς, διὰ τοῦ μόσχου ὡς ἱερεὺς, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερεῖον. Διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὡς δι' ἡμᾶς ἀνδρωθείς. Διὰ τοῦ ἀετοῦ, ὡς χορηγὸς τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος, καὶ ἐπὶ πάντας καταπτάντος." *(F.)*

e. atque micantium] Eminenti dignitate, quam supra Christi discipulis tribuerat. Ita optime hunc locum resti-

*lis*, et, *Rapiemur in caelum*[g], et, *Erimus semper* [7] *cum Christo.* Et dominus dignatus est dicere[h], *Pater, ubi ego sum, volo* [8]*et isti sint.*

Sunt quidam dubitantes haeretici[a] de die Epiphaniorum domini salvatoris, qui celebratur octavo Idus Ianuarias, dicentes solum natalem debere eos celebrare domini octavo Calendas Ianuarias, non tamen diem Epiphaniorum: ignorantes quod sub lege et secundum [1]*deum* salvator carnaliter omnia in se et de se consummabat, ut et Cap. CXL.

7. cum Christo inquit. Et *A.* 8. ut et isti sint mecum *A.*

Cap. CXL. *desideratur in Babc. Servavit unus A.* — 1. deum, *quod desideratur in codice, reposui ex syllaba finali vocabuli quod praecedit.*

tuit Cotelerius III. Monument. p. 543. cum in editis esset *mirantium.* *(F.)*

f. apostolo dicente] Phil. III. 20. supra c. 134. p. 291. *(F.)*

g. Rapiemur in caelum] 1 Thess. IV. 17. „Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα." *(F.)*

h. dominus dignatus est dicere] Iohann. XVII. 24. „Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ." *(F.)*

Cap. CXL. — a. Sunt quidam dubitantes haeretici] Additur alia haeresis de die Epiphaniorum, qua statuebant nonnulli solum natalem domini celebrari debere octavo Kalendas Ianuarias, non tamen diem Epiphaniorum, cuius sententiae sectatores fuisse Donatistas olim in Africa auctor est Augustinus Serm. 32 de temp. qui est quartus de Epiphania: „Merito istum diem nunquam nobiscum haeretici Donatistae celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec orientali ecclesiae, ubi apparuit illa stella, communicant." Fortasse etiam Philastrius adeo accurate utrumque diem distinguebat, et natalem domini, et adventum magorum, dicens quod salvator carnaliter omnia in se et de se consummabat, ut et nasceretur VIII. Kal. Ian. et appareret VI., supple scilicet sexto die eiusdem; et paulo post: dies festivitatis maiores isti statuti sunt quatuor, primum in quo natus est, deinde in quo apparuit, id est XII dies post; ut Graecis succenseret, qui magorum adorationem VIII. Kal. Ianuarias eadem die cum domini natale recolebant, quemadmodum prodit Menologium tam Sirleti quam Basilii, apud Florentinium in suis ad Vetustius Occidentale Martyrologium annotationibus Exerc. 4. p. 235. Sane Florentinius ipse pluribus p. 237. argumentis contendit eadem die 25. Decembris utrumque mysterium, nativitatis domini et adventus magorum, quamvis diverso anno, evenire potuisse, quo etiam fortasse confert, quod uterque dies festus, tam natalis domini quam adventus et adorationis magorum, appellatus fuerit Epiphania, ut observat Macrius in Hierolexico, et Suidas incarnationem ipsam Iesu Christi Epiphaniam vocat: „Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία." Recte autem hoc loco Philastrius Epiphaniae nomine designat adorationem magorum, quamvis alibi, nempe c. 149. ascensionem domini Epiphaniam vocet, sicuti notavit ad eum locum Fabricius, cui nos quoque consensimus; hic porro quatuor maiores dies festos annuos assignat, scilicet natalem domini, Epiphaniam, tertio diem in quo passus est et resurrexit, quarto in quo ascendit in caelum circa Pentecosten; alibi vero c. 141. octo festivitates enumerat quas ecclesia catholica cognoscit et detinet, sed ferme eaedem sunt quas hic commemorat, additis tantum ibi ieiunio quadragesimae et quarta sabbati, de quibus vide, si lubet, notata a Cl. Fabricio in eum locum, uti etiam quae nos adiecimus. Subdit postremo Philastrius, quod quidam diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quae facta est, esse opinantur, quod profecto utrumque satis congruit, si vocis vim spectemus, quae apparitionem seu manifestationem significat; utroque enim die apparuit ac manifestatus est dominus, et voce patris et testimonio Iohannis. (Galeard.)

nasceretur VIII Cal. Ian. et appareret VI. Apparuit magis post duodecim dies in templo. Ne ergo umbra quod verum erat [2]pateretur, et sic a magis adoraretur, per ordinem quippe pro nostra salute et annui dies festivitatis maiores isti statuti sunt quatuor, primum in quo natus est, deinde in quo apparuit, id est XII dies post, in quo passus est, in pascha, in fine vero in quo ascendit in caelum, circa pentecosten vincentis est quippe consummatio. Qui ergo unum [3]ignorat *ac* praetermittit, potest et de aliis diebus[b]. Dubitas non habens plenitudinem veritatis, quod secundum [4]tempora quatuor cuiusque anni ita nobis diversa gaudia a Christo domino pullularunt, id est in quo natus est, post in quo apparuit, tertio in quo passus est et resurrexit et visus est, quarto in quo ascendit in caelum: et haec per annum sine intermissione celebremus generaliter exultantes, atque haec integra inviolataque custodientes detineamus. Quidam autem diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quae facta est esse opinantur.

Cap. CXLI. (Cap. CXXXVII.) Alii sunt haeretici qui legis praecepta quae per [1]Moysen dicta sunt in Levitico Iudaeis carnaliter nostroque in tempore spiritaliter revelata[a] sunt ignorantes summam rerum festivitatem[b c] numerumque earum caelestis utilitatis[d] praetereunt, nescientes quid celebrent, putantes quod de sabbatis solum et pascha et azymis [2]Moyses praeceperit, et non de octo festivitatibus[e] quas ecclesia catho-

2. pareretur *A*. 3. ignorat praetermittit. Potest *A*. 4. tempore *A*.

Cap. CXLI. *in abc. inscriptum habet* DE LEVITICO MOSI (MOSIS *b.*) ERROR. — 1. Mosen (*A*)*abc*. 2. Moses (*A*)*abc*.

b. potest et de aliis diebus] Intellege peccare, vel simile quid. In codice distinctio haec est: „qui ergo unum ignorat praetermittit. Potest et de aliis diebus dubitas" etc.

Cap. CXLI. — a. spiritaliter revelata] Manifesto impleta. *(F.)*

b. summam rerum festivitatém] Est qui legit *dierum*. Sed longe praestat *rerum*. Est enim *rerum festivitas* ἀντίτυπον verum ac reale gratiae novi testamenti, quod festivitati umbratili dierum in lege Mosaica respondere Philastrius observat. *(F.)*

c. summam rerum festivitatem] Non dubito quin reponendum sit „summam veram festivitatum." Iam supra c. 129. pro *veram* libri vetustiores obtulerant *rerum*. Genitivos „caelestis dignitatis" iunge cum vocab. „numerum."

d. numerumque earum caelestis utilitatis] Per numerum octonarium, beatam resurrectionem et aeterna caelestis vitae gaudia denotari credebant pii veteres, quorum loca laudarunt Hugo Menardus ad Sacramentarium Gregorii M. p. 33. seq. et Cotelerius ad Epistolam Barnabae c. 15. p. 47. *(F.)*

e. octo festivitatibus] De octo festis quae h. l. enumerat Fabricius cetera vulgata et obvia; de quarta sabbati adi sis Constit. Apost. VII. 23. ibique Cotelerium pag. 369., quibus addere licet Amalarium diaconum III. Eccl. Offic. 27., itemque Hieronymum Comment. ad Galat. lib. II., cap. 4. in illud: „Dies observatis" etc., quos profert Io. Fronto in praenotatis ad Vetus Kalend. §. 5. p. 134. Augustinus quoque Epist. 86.: „Cur quarta et sexta maxime ieiunet ecclesia illa ratio reddi videtur, quod considerato evangelio ipsa quarta sab-

lica[f] cognoscit et detinet. Dicit enim ita [3]Moyses Iudaeorum populo primum de neomenia[g] et sabbatis[h], secundo de pascha[i], tertio de azymis[k], quarto de manipulis[l], quinto de tubicinatione[m], quae Graece σάλπιγξ dicitur, quae celebrant Iudaei per annum solenniter, sexto autem ieiunium[n], septimo tabernaculorum constructio[o][p], octava, quae est plenitudinis fructuum[q] pomorumque [4]vindemia Octobris mensis, omnium postrema [5]collatio [6]et consummatio. Quae et secundum menses octo diversitas[r] iuxta litteram celebratur a Iudaeis, [7]et secundum spiritalem scientiam incipientibus mense Martio in [8]octavo mense, id est [9]Octobre, [10]consummata omnia per ordinem a Christo domino conferuntur, quae sunt plena salutis aeternae pignora in fide atque opere Christianitatis consummanda atque comprobanda. Nam etsi tunc temporis iubebantur Iudaei deo offerre horum mensium diversa munera, ut recedentes ab idolis deo esse cognoscerent offerenda haec omnia, attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, quae in octava perfectione virtutum, id est diei dominicae, [11]plena fructuum gratia in fide resurrectionis do-

3. Moses )*A*)*abc*. 4. vindemiae *A*. 5. conlatio *A*. 6. et *om. b*. 7. et *om. A*. 8. octavum mensem *A*. 9. Octobrem *A*. Octobri *b*. 10. consummata *A*. consummate *Bac*. consummari *b*. 11. plenam fructuum gratiam *A*.

bati, quam vulgo quartam feriam vocant, concilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudaei." Confer Baronium ad A. 57. n. 199. seq. Beveregium III. Codic. Canon. primitivae ecclesiae cap. 10. (Galeard.)

f. quas ecclesia catholica] Tempore Philastrii octo illae festivitates erant 1) Sabbatum. 2) Domini Natalis. 3) Dies Epiphaniae. 4) Ieiunium Quadragesimae. 5) Quarta Sabbati. 6) Parasceue. 7) Paschae Festivitas et 8) Pentecostes Laetitia. Haec omnia memorantur in Constitutt. Apostol. V. 13. sq. et apud Hieron. Epistola 289. ad Caesar. De quatuor ieiuniis infra c. 145. [Septem festa in Homilia Chrysostomo supposita quae incipit: „Φαιδρὰ μὲν πᾶσα ἑορτὴ," 1) Nativitas. 2) Epiphania. 3) Passionis. 4) Resurrectionis. 5) Ascensionis. 6) Spiritus sanctus. 7) Ἑβδόμη ἑορτὴ ἡ προσδοκωμένη ἡμέρα τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Similiter in Procli Homilia εἰς τὰ γενέθλια. Bibl. Gr. VIII. p. 602.] *(F.)*

g. de neomenia] Num. XVIII. 11. *(Fabr.)*

h. et sabbatis] Levit. XXXIII. 3. Num. XXVIII. 9. *(F.)*

i. de paschate] Levit. XXIII. 5. Num. XXVIII. 16. Deut. XVI. 2. Die XIV. mensis *Nisan* (Martii.) *(F.)*

k. de azymis] Levit. XXIII. 6. Num. XXVIII. 17. Deut. XVI. 3. *(F.)*

l. de manipulis] Levit. XXIII. 10. Numer. XXXVIII. 26. Deut. XVI. 9. mense *Sivan* (Maii), die quinquagesimo post pascha. *(F.)*

m. de tubicinatione] Levit. XXIII. 24. Num. XXIX. 1. Primo die mensis *Tisri* (Septembris), festum novi anni. *(Fabr.)*

n. ieiunium] Levit. XXIII. 27. Num. XXIX. 7. Die decimo mensis *Tisri* festum magnu mexpiationis, quod *ieiunii* nomine venit Actor. XXVII. 9. *(F.)*

o. tabernaculorum constructio] Lev. XXIII. 34. Numer. XXIX. 12. Deut. XVI. 13. die XV. mensis *Tisri*. *(F.)*

p. sexto autem ieiunium, septimo tabernaculorum constructio] Neglexit structuram scriptor, pro more. Ex activo „Dicit," quo initio sententiae erat usus, repetas hic tacite passivam formam „dicitur."

q. plenitudinis fructum] Lev. XXIII. 39. seq. Per septem dies ab eodem die XV. mensis *Tisri*. *(F.)*

r. secundum menses octo diversitas] Varia per menses diversos festa. *(F.)*

mini [12] immortale praemium pignusque divinitatis subeundae[s] erunt angelici adepturi homines[t], non terrestris iam oblationis offerentes munera, id est vitae carnalis sacrificia, sed caelestis gloriae participitationem quippe sperantes a Christo domino consequi salvatore. Octies enim offerentes [13] dona annua et octavi diei quippe plenitudinem cognoscentes divinique spiritus accincti fortitudine, id est summa rerum perfectione praediti, [14] de hoc exeuntes seculo resurrectionis illic promissam gloriam se posse consequi caelestisque dignitatis consortio copulari non [15] desperant, quod dominus dignatus est dicere[u], *Tunc eritis sicut angeli*; iustis omnibus et perfectis hoc praedicans, quod et David dixit pro octava[v] adnuntians.

Cap. CXLII. (Cap. CXXXVIII.) Sunt haeretici qui sicuti [1] Iudaei[a] Septuaginta duorum sanctorum sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes Aquilae cuiusdam hominis unius Pontici[b], qui post annos multos[c] interpretatus est, [2] editionem suscipiunt. Qui cum quaedam [3] praetermisisse[d] necessitate urgente tunc temporis cogerentur, disso-

12. immortale *Ac.* iam mortale *reliqui.* 13. dona et octava diei quippe dominicae plenitudinem *A.* 14. deque hoc *A.* 15. desperarent *A.*

Cap. CXLII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS SEPTVAGINTA DVORVM INTERPRETATIONEM RESPVENS. — 1. Iudaei *om. b.* 2. aedificationem *b.* 3. praetermittere *(A)b.*

s. immortale praemium pignusque divinitatis subeundae] Ita scripsi pro *iam mortale,* quod in editis erat. *Subeunda* ait pro *subiturae*, ut *pereunda* pro *periturae* cap. 80. et 131. *(F.)*

t. angelici adepturi hominis] Futuri ἰσάγγελοι, supra p. 291. *(F.)*

u. dominus dignatus est dicere] Matth. XXII. 30. „Ἐν τῇ ἀναστάσει - - ὡς ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι." *(F.)*

v. pro octava] Inscriptio psalmi VI. et XII. Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. Sine vespere et successione diem beatae aeternitatis respici a Davide ἀνέσπερον καὶ ἀδιάδοχον ἡμέραν notat Caesarius quaest. 54. Et Hieron. sive quisquis auctor de Celebratione Paschae T. V. Marcianaei p. 170. „*Octava sacramentum, qua significatur resurrectio. Nam et* Pro octava *psalmus inscribitur, et octavo die circumcidebantur infantes: et in Ecclesiaste* (XI. 2.) *ad duorum testamentorum significationem dicitur*: illis septem et illis octo reservatum est." Rufinus in Psal. VI. „*Per octavam dies iudicii intelligitur, quoniam omnia tempora septem dierum repetitione volvuntur, et quod fit in una, potest mutari in alia. Octavus autem ille aestimandus est qui varietatem istam non habebit.*" Ita etiam alii veteres apud Steph. le Moyne notis ad Varia Sacra pag. 876. *(Fabr.)*

Cap. CXLII. — a. sicuti Iudaei] Et iudaizantes Nazaraei atque Ebionitae, quos Aquilae versionem praetulisse notat Irenaeus III. 24. De Iudaeis testimonium perhibent Tryphon apud Iustinum Martyrem, Origenes, Anastasius Sinaita aliique quorum loca adduxit Humfredus Hody de Biblior. Textibus Original. p. 236. *(F.)*

b. hominis unius Pontici] Innuit indignum esse, ut unius hominis versio versioni LXXII senum praeferatur. Aquilam e Sinope Ponti civitate oriundum tradunt Epiphanius et alii, de quo sicut etiam de LXXII. interpretibus non repetam quae dixi lib. 3. Bibl. Graecae c. 12. *(F.)*

c. post annos multos] Circa A. C. 130. post duodecimum Hadriani annum. *(Fabr.)*

d. quaedam praetermisisse] Talmudici aliique Rabbini antiqui aiunt LXXII interpretes tredecim loca in versione sua immutasse, veritos ne Ptolemaeum offenderent. Vide Io. Mo-

nantia putantur dictasse, [4]et veluti plus a quibusdam, Iudaeis maxime, intellexisse [5]laudantur, cum de patre et filio, non, sicuti [6]ille prior, res de lege dictaverint. Septuaginta enim duo dixerunt: *Adversus dominum, et adversus Christum eius*[e]; Aquila autem: *Adversus dominum, et adversum unctum eius*[f]. [7]Et iterum: *Ecce virgo*[g] *in utero concipiet, et pariet filium,* [8]Septuaginta duo dixerunt, *et nomen eius, Deus nobiscum.* Aquila autem dixit: *Ecce iuvencula*[h] *concipiet, et pariet filium, et nomen eius Potens cum hominibus*[i]. Quae quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, [9]quo fortis et potens nemo nisi Christus deus [10]dei sit filius, recte intelligit: si autem de eo dubitat, abiicienda et spernenda est talis editio. Unde Iudaei non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de patre et filio et sancto spiritu bene sentientes unam substantiam divinitatem [11]maiestatemque enuntiarunt, sed illius Aquilae, qui non ita recte [12]sentit de filio dei, sed quasi de propheta nuntiaverit. Unde interpretationes eius in medio librorum nunquam ponuntur[k],

4. et veluti *A*. Is veluti *reliqui.* 5. laudantur *A*. laudatur *reliqui.* 6. ille prior, res de lege dictaverint *ego.* illi priores de lege dictaverint (dictaverit *b. et A., teste Galeardo Spicil. p. 181. At in ipsa collatione* dictaverint *reperitur) reliqui.* 7. Et iterum Septuaginta duo dixerunt, Ecce *b*. 8. Septuaginta duo dixerunt *om. b*. 9. quod *(A)b*. 10. dei *om. A*. 11. maiestatem enuntiarunt *b*. maiestatemque nuntiarunt *A*. 12. sensit *A*.

rinum Exerc. Bibl. p. 354. et Humfredum Hody p. 139. 170. *(F.)*

e. adversus Christum eius] Psal. II. 2. „Κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ." *(F.)*

f. adversum unctum eius] „Κατὰ τοῦ ἠλειμμένου αὐτοῦ." Sicut ἠλειμμένον pro Χριστῷ edidit Aquila etiam Danielis IX. 26. teste Eusebio in Demonstrat. Evangel. VIII. p. 397. Addendus hic psalmi locus fragmentis Aquilae collectis a duumviris praestantissimis Io. Drusio et Bernhardo Montfaucono. *(Fabr.)*

g. Ecce virgo] Es. VII. 14. „Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ," pro quo apud Iustinum Martyrem est in Apologia longiore pag. 74. „Καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Μεθ' ἡμῶν θεός." *(F.)*

h. Ecce iuvencula] Trypho apud Iustinum Martyrem p. 226. „Ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀλλ' ἰδοὺ ἡ νεανὶς." Irenaeus III. 24. apud Eusebium V. 8. Hist., et Nicephorum IV. 14. „*Non ergo vera est quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari scripturam:* ecce adolescentula in ventre habebit et pariet filium, *quemadmodum Theodotion Ephesius est interpretatus et Aquila Ponticus, utrique Iudaei proselyti, quos sectati Ebionaei*" etc. Eusebius VII. Demonstr. p. 316. „Προσήλυτος δ' Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος, ὅμως δ' οὖν καὶ κατ' αὐτὸν τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον - ἰδοὺ ἡ νεανὶς ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει καὶ τίκτει υἱὸν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ." *(F.)*

i. potens cum hominibus] „Ὁ δυνατός μετ' ἀνθρώπων." Incertum unde hoc hauserit Philastrius, cum Eusebius in loco, quem iam adduxi, testetur Aquilam in versione sua servasse vocabulum Hebraicum Ἐμμανουήλ. *(F.)*

k. interpretationes eius in medio librorum nunquam ponuntur] Origenes Graecas versiones in tetraplis suis et hexaplis collocaverat hoc ordine, ut constat ex fragmento antiquo in Codice Barberino duodecim prophetarum:

*Aquila. Symmachus.* LXX. *Theodotio.*

sed [13]dextrae laevaeque adsignantur, et ut [14]contraria et non plena veritatis ita leguntur a plurimis. Septuaginta vero duorum decreta atque consulta, ea legens ecclesia catholica semper habet et detinet incunctanter, illius autem quasi superflua ita aestimat esse et iudicat. Haec etenim, id est Septuaginta duorum interpretatio, sub Ptolemaeo[l] rege Aegyptiorum post Alexandrum Macedonem est edita omnibus, populoque Iudaico in Hierusalem data est, cum habitarent non multi Iudaei velut in subiectione iam positi regis Aegypti, rogatique ab ipso Ptolemaeo, ut interpretes mitterentur Alexandriam. [15]Quo cum venissent Septuaginta duo sapientes ac prudentes viri interpretes, secundum iussum regis Hebraeam linguam Graeco sermone interpretati Graecis litteris ediderunt, sicuti et factum est. Cumque suscepisset eos Ptolemaeus rex Aegypti, tentare volens si esset eorum divina scriptura quam legebant Iudaei, separatim quemque[m] iussit includi in cubiculum nullumque videre alium nisi [16]solo excepto eo[n] qui interpretem exciperet dictantem; omniumque accipiens postea interpretationem quotidie cum consentientem in unum inveniret editionem omnium, iussit conscribi atque poni in templum[o], ut venientibus de Achaia[p], [17]de Graecia atque aliis provinciis philosophis, poëtis et historiographis cupientibus legendi copia non negaretur. Unde et maxime argumenta su-

13. dextra laevaque *A*. 14. contrariae et non plenae *(A)b*. 15. Qui *A*. 16. solum exceptorem *A*. 17. de Graecia *om. c. Pro glossemate enim expunxit Fabricius.*

l. sub Ptolemaeo] Philadelpho, de quo Aristeas (Epiphanio T. 2. p. 166. Ἀρισταῖος) atque ex eo Iosephus XII. 2. et alii. *(F.)*

m. separatim quemque] Celularum sive οἰκίσκων illorum vestigia, cum Alexandriae versaretur, in vicina Pharo insula, monstrata sibi testatur Iustinus Martyr Cohortat. ad Graecos p. 14., meminit etiam Irenaeus III. 25. Clemens Alex. 1. Strom. 1. p. 342. Cyrillus Hierosol. aliique quorum loca affert, fabulamque Hieronymo etiam pridem explosam reiicit Humfredus Hody in laudato opere p. 138. seq. *(F.)*

n. nisi solo excepto eo] Sic habent editiones, at in Ms. Corbeiensi *nisi solum exceptorem qui*, quod fortasse melius. Quinam essent exceptores dixi ad Gaudentium ed. Patav. pag. 7. Glossae Veter. Magistri Isonis ad Prudentium Weitzii Hymn. 14. v. 709. in voce *Scribas* p. 821. „Exceptores, qui dicta iudicis et responsa martyris excipiebant." Ennodius V. S. Epiphanii episc. Ticinensis: „Notarum in scribendo compendia et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus in exceptorum numero dedicatus enituit, coepitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dictare." Et V. B. Antonii monachi Lirinensis: „Constantii antistitis ea tempestate florentissimi iunctus obsequiis gloriosis operibus vitae rudimenta dedicavit, qui eum inter ecclesiasticos exceptores caelestem militiam iussit ordiri." Exceptoris officium memoratur in Martyrolog. 25. Aug. (Galeard.)

o. poni in templum] Serapeum, in quo admiranda illa Bibliotheca Alexandriae sub Caesare exusta, septingenta voluminum millia si credimus Ammiano Marcellino lib. XXII. cap. 16. Ubi vide Valesii notas et Lipsium Syntagmate de Bibliothecis c. 2. *(F.)*

p. de Achaia] Priores editiones: *de Achaia, de Graecia.* Sed perspicuum esse puto verba *de Graecia* hoc loco esse glossema. *(F.)*

mentes philosophi, poëtae, oratores atque historiographi, sicuti voluerunt, ad suae paganitatis mendacia transtulerunt, aliisque nominibus rudes puerorum animos edocentes legem dei divinam irritam seculo facere properarunt, impietatisque semina in sono verborum, in periculosis sententiis confirmarunt: quorum causa dicebat et dominus fures atque latrones[q] eos fuisse, in omnibus atque ab omnibus cognoscendos.

Est haeresis quae iterum post Aquilam Triginta hominum[a] interpretationem accipit, non illorum beatissimorum Septuaginta duorum, quae integre inviolateque de trinitate sentientes ecclesiae catholicae firmamenta certissima tradiderunt interpretantes scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, unde ab ecclesia catholica et istorum non suscipitur interpretatio, quae continetur in libris authenticis. Cap. CXLIII. (Cap. CXXXIX.)

Est haeresis quae iterum Sex virorum interpretationem[a] postea editam vult sequi, non illorum priorum [1] sanctorumque Septuaginta duorum, et cum decreta consultaque Septuaginta duorum aliis mo- Cap. CXLIV. (Cap. CXL.)

Cap. CXLIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS (ALTERA *addit b.*) DE SEPTVAGINTA INTERPRETIBVS.

Cap. CXLIV. *in abc. inscriptum est* ALIA DE EADEM RE. — 1. sanctorumque LXXII. et cum decreta consultaque LXXII. aliis modis *A*. sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis *reliqui*.

q. fures atque latrones] Ioh. X. 8. *(Fabr.)*

Cap. CXLIII. — a. triginta hominum] Verisimillima mihi videtur doctissimi viri Humfredi Hody sententia, qui p. 632. operis de Bibliis Originalibus acute coniicit per triginta hominum interpretationem tangi a Philastrio editionem Graecae Bibliorum versionis quam recensuit olim Lucianus presbyter Antiochenus, quaeque in marginibus Codicum MSS. Bibliorum Graecorum per litteram Graecam Λ [ut in codice Prophetarum qui est in bibliotheca Iesuitarum Paris. Vide Rich. Simon Bibl. Crit. tom. I. p. 181. Illa vero nota non Lucianus designatur, sed οἱ λοιποὶ, ceteri interpretes. V. eruditiss. Montfauconi Praef. ad Hexapla Orig. p. 66.] denotatur, quae littera cum initialis sit nominis Luciani, etiam apud Graecos nota est numeri tricenarii. De illa Luciani editione, cuius usus longe lateque patuit, vide si placet quae notavi lib. 3. Bibl. Graecae c. 13. §. 14. et lib. 5. c. 1. p. 278. *(F.)*

Cap. CXLIV. — a. Sex virorum interpretationem] Simili hallucinatione Philastrius sex virorum interpretationem appellat quae in marginibus Hexaplorum Origenianorum, vel κοινῆς ab Origene recensitae notata fuit per litteras ϛτ. Intelligitur autem sexta, reperta ab Origene Nicopoli in Actaeo littore, quae allegatur ab Eusebio in Psalmos p. 521. Illam alii quintam appellant, quibus pro sexta habetur reperta in doliis ab eodem Origene Ierichunte. Sed haec (de qua Philastrius infra c. 142.) quinta est Epiphanio, Athanasio in Synopsi, Iosepho Hypomnestici scriptori, Euthymio etc. E quinta profert quaedam Eusebius in Psalmos p. 73. 92. 94. 106. 139. 148. et aliis locis quamplurimis, et p. 597., ubi notat eam LXX. Interpretibus accedere eo in loco, ubi Aquila et Symmachus ad Iudaicam sententiam propius erant interpretati. Etiam S. Ambrosius in loco Michae quintam traditionem laudat epistola 70. T. 3. edit. novae pag. 1065. *(Fabr.)*

diis interpretari desiderant, [2] non parvum errorem [3] incurrit, diversa itidem sentiens de fide catholica.

Cap. CXLV. (Cap. CXLI.) Sunt haeretici alii quae Theodotionis et Symmachi itidem interpretationem diverso modo expositam sequuntur, non illam beatissimorum priorum[a], quam ecclesia catholica colit et praedicat.

Cap. CXLVI. (Cap. CXLII.) Est alia haeresis quae de dolio inventos libros[a] post captivitatem postque incensionem prolatos et non consentientes interpretationi primae sanctorum virorum vult sequi, cum ecclesia catholica Septuaginta duorum interpretationem [1] legat, [2] colat et praedicet, alia autem supervacua, et contraria tantae editioni contemnit et abiicit.

Cap. CXLVII. (Cap. CXLIII.) Sunt quidam haeretici non intelligentes quod dicit scriptura: *Diis alienis non maledicetis*[a]; et ita observant, putantes [1] de vani-

2. et non *b*. 3. incurrunt *A*.
Cap. CXLV. *in abc. inscriptum est* TERTIA (QVARTA *b*.) DE EADEM RE. — Cap. CXLVI. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI IN DOLIO INVENTIS. — 1. legit, colit et praedicat *A*. 2. colat *om. b*.
Cap. CXLVII. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS QVOD DIIS ALIENIS NON SIT MALEDICENDVM. — 1. divinitatem *A*.

Cap. CXLV. — a. beatissimorum priorum] LXXII. Interpretum. (*F*.)
Cap. CXLVI. — a. de dolio inventos libros] Quintam Bibliorum Graecorum editionem ab Origene ἐν πίθοις χαλκοῖς repertam Hierichunte intelligit. Vide quae supra ad cap. 140. (*F*.)
Cap. CXLVII. — a. Diis alienis non maledicetis] „Θεοὺς οὐ κακολογήσεις" Exod. XXII. 28. Hunc locum obiicit Iulianus apud Cyrillum lib. VII. p. 238., cui Cyrillus p. 240. seq. respondet Mosen per deos intelligere magistratus principesque. Non tamen hoc ita intellectum fuit olim a Iudaeis. Iosephus IV. 8. [10. Vide Bernardi notas p. 230. ed. Amst. In Cyrilli vero sententia est et Chrysostomus in Synopsi Sacr. Scripturae tom. VI. ed. novae p. 329. Conf. Schudtii Compend. Hist. Iud. p. 248. 251. seq. Surenhus. lib. καταλλαγῆς p. 88. Ligthf. ad Matth. XII. 24. Grot. ad Act. XIX. 37. Contra vide Morini Excercitt. Bibl. p. 590. Bernardum ad Iosephum p. 288. Orig. adv. Celsum VIII. p. 404. Idem p. 402. „Ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προςτέτακται καὶ τό, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὀντιναοῦν κακολογεῖν." Adde pag. 413.] Origg. „Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς θεοὺς οὓς πόλεις ἄλλαι νομίζουσι." et 2. contra Apion. p. 1077. „Καὶ περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις ἄντικρυς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπείρηκεν, αὐτῆς ἕνεκα προςηγορίας τοῦ θεοῦ." Philo 3. de Vita Mosis: „Τῆς βλασφημίας ἀνέχειν ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐθίζηται τῶν Μωϋσέως γνωρίμων συνήθως θεοῦ προςρήσεως ἀλογεῖν." Confer interpretes ad Exod. XXIII. 13. et Levitic. XXIV. 15. Io. Seldenum de Iure Naturae lib. 2. c. 13. R. Iehuda in Chasidim n. 24. „*Cave unquam in mentem tibi veniat ut idolum aliquod contumelia afficias*," apud Io. Wulferum pag. 136. Theriac. In eandem sententiam Simon Luzzatus, Discorso circa lo stato degli Ebrei, consideratione 13., Photius, Epist. 162. p. 217. „Οὐ δεῖ οὐδὲ τὸν Ἑλληνικαῖς θρησκείαις προςανακείμενον ἐξυβρίζειν ὅπερ σέβεται." Niphon anathema dicens deo Hebraeorum, (vide Cangium ad Cinnamum p. 438.) condemnatur in decreto adversus Bogomilos A. C. 1145. apud Allatium lib. 2. de Consensu c. 12. p. 682. Anathema in deum Muhamedis, quod legitur in Sylburgii Saracenicis pag. 86., improbavit Manuel Comnenus Imperator apud Nicetam Choniatem lib. 7. cap. 6. pag. 235. seq. Inter gravissimas remoras conversionis Iudaeorum hanc esse non dubito quod a teneris docentur a parentibus suis Iesum blasphemare. Etiam suo tempore Hieronymus ad Esaiae V. 49. et 52. testatus fuit ter quotidie in synagogis,

tate paganorum dixisse, atque ita sentientes non parvum salutis suae sustinent detrimentum. Cum enim [2]Moyses dicat[b], *Templa eorum destruetis, idola frangetis*, et Abraham beatissimus[c] frangens idola iustificatus est, et Gedeon[d] nocte incendens idola et frangens [3]a deo tantum virtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos vinceret inimicos, omnesque iusti, [4]ut Helias[e], et alii itidem, quomodo ergo hic aestimat homo imprudens de idolorum dixisse vanitate, iisdemque non esse maledicendum? cum David dicat[f], *Similes illis fiant qui adorant ea.* Hic itaque diis non esse maledicendum alienis cum [5]dicit, id est [6]iustis ab origine mundi colentibus pietatem veram, id est angelis et sanctis aliis[g] verae fidei dedicatis [7]non esse maledicendum. [8]Nam omnes iusti [9]maledixerunt idolis, et [10]fregerunt ea, [11]indeque meruerunt gratiam, ut [12]Moyses[h] fecit de monte descendens: [13]sine eo quod[i] Christi [14]nuntii sunt dii, ut [15]Moyses Pharaoni et Aegyptiis, cum scriptura clamet, [16]*Ego dixi dii estis*[k]; utique qui sanctam [17]adorandamque trinitatem colentes forti fide praedicant, qui et omnes iusti vere beati et sancti sunt, et ut dii infidelium scilicet dinoscuntur, quia ait dominus, *Ad quos fuit verbum*[l] *dei*, et per eos praedicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, ut Paulus, Barnabas[m], et [18]Moy-

2. Moyses *B.* Moses *reliqui.* 3. a domino Christo tantum *A.* 4. et *A.* 5. dicit, id est *A.* dicit, est *Bac.* dicit, non est *b.* 6. iusti *A.* 7. non esse *om. (A)b.* 8. Nam quod omnes *A.* 9. maledixerint *A.* 10. fregerint *A.* 11. indeque meruerint *A.* 12. Moses *(A)abc.* 13. sive eo *b.* sine et *A.* 14. nuntii sunt *A.* nuntii hii (hi *c.* ii *b.*) sunt *reliqui.* 15. Moses *(A)abc.* 16. Ego dixi dii estis *Ac.* Ergo dii estis *reliqui.* 17. adorandam trinitatem *A.* 18. Moses *(A)abc.*

et diebus ac noctibus blasphemari a Iudaeis Salvatorem. *(F.)*

b. Moses dicat] Exod. XXIV. 13. „Τοὺς βωμοὺς αὐτῶν καθελεῖτε καὶ τὰς στήλας αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε ἐν πυρί." *(Fabr.)*

c. Abraham beatissimus] Vetus traditio, Abrahamum idola patris sui confregisse, quae refertur in Beresith Rabba cap. 38. Vide Dionysium Vossium ad Maimonidem de Idololatria c. 1. §. 7. et Gottfridi Wagneri, τοῦ μακαρίτου, dissertationem eruditam de Ur Chaldaeorum, Lipsiae 1681. 4. in lucem editam. *(F.)*

d. Et Gedeon] Iudic. VI. 28. *(F.)*

e. ut Helias] 1 Reg. XVIII. 40. *(F.)*

f. cum David dicat] Psal. CXV. 8. „Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες αὐτοῖς." *(F.)*

g. angelis et sanctis aliis] Vix cuiquam hoc Philastrius persuadebit, quod per deos alienos, quibus non est maledicendum, Moses intellexerit angelos, sanctosve homines. *(F.)*

h. Ut Moyses] Exod. XXXII. 20. *(Fabr.)*

i. sine eo quod] Praeter hoc quod de Mose attulit, nova Philastrio in mentem venit ratio, quod Christi apostoli et illorum exemplo evangelii doctores recte possint appellari dii, ut Moses Exod. VII. 1. *(F.)*

k. Ego dixi, dii estis] In editis erat vitiose „*ergo dii estis.*" Locus notus Psalm. LXXXII. 7. „Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε." Ioh. X. 34. *(F.)*

l. Ad quos fuit verbum] Ioh. X. 35. „Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος θεοῦ ἐγένετο." *(F.)*

m. Paulus, Barnabas] Actor. XIV. 12. *(F.)*

ses Pharaoni[n], qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus collaudandi atque [19]honorandi et glorificandi, ut dixit David[o]: *Timentes autem dominum [20]glorificavit*; et dominus[p]: *Glorificantes me glorificabo.* Non ergo intelligentes virtutem scripturarum ex littera paganitati consentiunt, et alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant iustis Iudaei prophetis et aliis talibus, alieni et isti sicut et pagani [21]iudicabantur[q] a domino per scripturam, atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis doctoribus et prophetis et iustis aliis.

Cap. CXLVIII. (Cap. CXLIV.) Sunt quidam [1]legentes haeretici in Genesi[a] de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem civitate, tunc temporis ita nominata sub Abraham beatissimo patriarcha, de quo ait scriptura[b], sine patre, sine matre [2]fuisse genitum eum, cum sit hoc contrarium ita sentire. Scriptura enim [3]non de carnali eum generatione editum esse negavit, sed de [4]iustis eum non genitum parentibus declaravit, qui naturali studio de mandato pristino[c] ad tantam Christi pervenire meruit scientiam, ut quae a parentibus suis non audierat, proprio tamen studio maiora Christi mysteria per mandatum agnosceret offerenda, cum dicat dominus per prophetas[d], *Ecce ego facio nova*; et[e], *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis*, et[f], *Nolite meminisse praeterita*, quae in lege carnaliter dicta sunt. Et salvator ait[g]: *Quod nascitur de carne, caro est, et quod nascitur de spiritu, spiritus est.* De hoc enim cum dicit, sine patre, [5]sine

19. orandi *A.* 20. glorificabit *A.* 21. iudicabantur *c.* iudicabuntur *reliqui.*
Cap. CXLVIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE MELCHISEDECH SACERDOTE. — 1. haeretici legentes *A.* 2. eum fuisse genitum *A.* fuisse genitum *b.* 3. non *om. A.* 4. non iustis eum genitum *b.* 5. sive *(A)b.*

n. Moyses Pharaoni] Exod. XXXII. 20. *(F.)*

o. ut dixit David] Psal. XV. 4. „Τοὺς δὲ φοβουμένους κύριον δοξάζει." *(F.)*

p. et domino] 1 Sam. II. 30. „Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω." *(F.)*

q. iudicabantur] Minus bene erat in editis *iudicabuntur*. *(F.)*

Cap. CXLVIII. — a. in Genesi] XIV. 18. „Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ." Hanc Salem Melchisedeci regiam eandem esse cum Hierosolyma, variis argumentis pugnat Ludovicus Borgesius in Historia Critica Melchisedeci cap. 7. Negat tamen Hieronymus in epistola ad Evagrium, et nostra aetate Hadr. Relandus, vir doctissimus, in Palaestina sua p. 833. et 976., cui assentiri malim. *(Fabr.)*

b. ait scriptura] Hebr. VII. 3. 'Απάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, hoc est, cuius nulli parentes ut Leviticorum sacerdotum a Mose commemorantur. *(F.)*

c. de mandato pristino] Solet Philastrius *mandatum* appellare lumen illud divinum cuius ductu deum ante legem Mosaicam coluere patriarchae. Vide c. 109. 133. 146. 148. 150. *(F.)*

d. dominus per prophetas] Es. XLIII. 19. „'Ιδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινά." *(F.)*

e. et] Es. XLVIII. 5. 6. „'Ανήγγειλά σοι πάλαι ἃ πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ σέ." Supra c. 109. *(F.)*

f. et] Es. XLIII. 18. „Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε." *(Fabr.)*

g. Et salvator ait] Ioh. III. 6. „Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι." *(F.)*

matre editum, sine traditione atque doctrina parentum eum fuisse inquisitorem[h] scriptura nuntiavit, naturaque potentem [6]ac capacem caelestis sapientiae, id est Christi mysterii, per mandatum[i] declaravit[k] advertentes. Quod sciens apostolus naturam hominum caelestis scientiae ac pietatis esse capacem in omnibus[l] praedicabat ita[m]: *Cum enim gentes, [7]quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, et cetera. Quod etiam ait dominus Petro[n]: *Quia caro et sanguis non illi revelasset, sed pater qui in caelis est;* fidem quippe domini salvatoris ostendens. Ideoque et ipse iterum dominus[o], *Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit*, inquit, *in regnum caelorum.* Et iterum in lege[p]: *Qui dixerunt patri et matri, Non novimus vos, isti custodierunt mandatum meum, dicit dominus.* Non genituram parentum odiendam[q] utique, sed impietatem eorum paganam spernendam atque damnandam esse modis omnibus collaudabat, cum dicat, *Si quis non renuntiaverit suis omnibus, non erit dignus regno caelorum*[r]. [8]Hic igitur beatus Melchisedech cum de alienige-

6. ac capacem *A*. ad panem *reliqui.* 7. quae *om. b.* 8. Ait igitur beato b.

h. inquisitorem] Συζητητὴν, scrutatorem rerum divinarum, et officii sui quod deo debebat ratiocinatorem. Infra hoc capite: „*Cum capax legis divinae caelestisque esset, et suo studio, ut dei imago, inquisito dei mysterio, contemptis impiis parentibus*" etc. *(F.)*

i. per mandatum] Sine lege Mosaica per lumen naturale accensum divinitus, ut mox e Paulo explicat. *(F.)*

k. declaravit] Inusitate dictum pro instruxit, docuit. Cf. Du Cangii Gloss. Med. et Inf. Latin. s. v.

l. capacem in omnibus] Non per solas vires naturales, sed accedente dei gratia, ut subiuncta Pauli verbis, Matthaei et Ioannis loca pulchre demonstrant. *(F.)*

m. praedicabat ita] Rom. II. 14. „Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ. Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν." Valerius Max. V. 4. Extern. 5. „*Optima rerum natura pietatis est magistra, quae nulla vocis ministerio, nullo usu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus caritatem parentum pectoribus liberorum infundit.*" *(F.)*

n. ait dominus Petro] Matth. XVI. 17. „Ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς." *(Fabr.)*

o. ipse iterum dominus] Ioh. III. 5. „Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ." Pro γεννηθῇ Philastrius videri possit legisse ἀναγεννηθῇ, ut in Clementinis: „Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι εἰς ὄνομα πατρὸς, υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰςέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν." Sed solet Philastrius e memoria adscribens loca scripturae verbum pro verbo ponere. *(F.)*

p. Et iterum in lege] Deut. XXXIII. 9. „Ὁ λέγων τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ οὐχ ἑώρακά σε -- ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου." *(Fabr.)*

q. geniturам parentum odiendam] Nativitatem ex parentibus, τὴν γέννησιν. Odiendam dixit ab antiquo verbo *odio*, unde *odientes* Petronius, et Apuleius περὶ Ἑρμηνείας: „*orationes variae species sunt, ut sunt imperandi, narrandi, succensendi, optandi, monendi, irascendi, odiendi.*" Vide Vossium lib. V. de Arte Grammatica c. 39. *(F.)*

r. non erit dignus regno caelorum] Apud Lucam XIV. 33. legitur: „*Non potest meus esse discipulus.*" „Πᾶς ἐξ

nis, id est Chananaeis impiis fuisset editus, contempta impietate parentum, cum capax legis divinae [9]caelestisque esset, et suo studio, ut dei imago, inquisito [10]dei mysterio, contemptis impiis parentibus, non solum cognoscere Christum dominum ante in mandato[s], insuper etiam eius caeleste mysterium meruit[t] intuens et intelligens celebrare. Ideoque et apostolus[u] baptizatis dicebat, *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu.* Duorum igitur populorum Melchisedech et Abrahae erat tunc in unum societatis coniunctio; [11]praeputii quippe[v] et circumsionis conveniens ratio, [12]ut Melchisedech quidem personam Christianorum [13]gereret, ita ut [14]nos [15]vivimus et celebramur in omnibus[w], Iudaeorum autem [16]in figura Abrahae circumcisio, Christi quippe fidei subdita, caelestique eius inserviens mysterio salutari, ut Abraham beatus Melchisedech sacerdoti magno[x] erat subditus, cui insuper etiam decimas[y] de suis facultatibus offerre non dubitaret, ut regi atque sacerdoti dei, quod nunc Iudaeorum [17]indocilitas[z] subiecta nobis est, cum velit[a] edi-

9. caelestisque esset suo *ego.* caelestis esset suo *A.* caelestisque esset et suo *reliqui.* 10. Christi mysterio *A.* *Cf. infra annot. Galeardi.* 11. praeputii *A.* *Cf. infra annot. Galeardi.* praecepta *reliqui.* 12. ut *om. A.* 13. gerere *A.* 14. non *b.* 15. vivimus et celebramur *ego.* novimus et celebramus *A.* vivamus et celebremur *c.* vivamus et celebremus *reliqui.* 16. in figura *A.* figuram *reliqui.* 17. indocilitas *AB.* docilitas *reliqui.*

ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής." Sed bene notavit praestantissimus vir Iohannes Millius in prolegomenis ad Novum Test. §. 831. Philastrium non pauca scripturae loca ad sensum et ex memoria citasse. *(F.)*

s. in mandato] In statu luminis naturalis. *(F.)*

t. meruit] Contigit hoc ipsi. Vide supra p. 279. [cap. 133.] *(F.)*

u. apostolus] Rom. VIII. 9. „Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι." *(Fabr.)*

v. praeputii quippe] Pro „dei mysterio" in Corbeiensi legitur „Christi mysterio," quod melius; dicit enim paulo post „insuper etiam eius caeleste mysterium." At paulo inferius insigne profecto σφάλμα exhibent editiones, ubi „praecepta quippe et circumcisionis conveniens ratio," Corbeiensis autem recte „praeputii quippe et circumcisionis conv. ratio." Nullus enim hic locus praeceptis, ubi de gentium typo et Iudaeorum disputat. Hanc porro utramque lectionem commendat etiam membrana nongentorum annorum, assuta codici Bibliothecae S. Crucis in Ierusalem Romae signato n. 279., cuius notitiam litteris ad Emmum Cardinalem Quirinum datis sub die 21. Septembris 1737. humaniter nobiscum communicavit Vir eruditissimus Iosephus Blanchinus, iampridem Veronensis ecclesiae canonicus, nunc vero Congregationis Oratorii Romae presbyter, religione aeque ac doctrina praeclarus. (Galeard.)

w. ita ut nos vivimus et celebramur in omnibus] Male Lugd. *ut non vivamus.* Et aliae editt. *celebremus.* *(F.)*

x. Melchisedech sacerdoti magno] Gen. XIV. 18. Ps. CX. 4. Hebr. VII. 1. 21. *(F.)*

y. decimas] Genes. XIV. 20. Hebr. VII. 9. De regiis decimis vide interpretes ad 1 Sam. VIII. 15. 17. et D. Carpzovium, τὸν μακαρίτην, ad Schickardi Ius Regium p. 239. De decimis sacerdotalibus Num. XVIII. 21. Deut. XVIII. 2. et scriptores de decimis laudati a me in Bibliographia Antiquaria c. 16. §. 2. *(Fabr.)*

z. indocilitas] Hoc est ruditas. Infra

scere atque a nobis de lege et prophetis Christi mysteria paulatim agnoscere, atque in eius passione caelestem sperare scientiam de lege pariter et prophetis.

Sunt quidam legentes [1] in Zacharia [a] quod dicit, *Ieiunium quarti* [b], *et ieiunium quinti* [c], *et ieiunium septimi* [d], *et ieiunium decimi* [e] *erit domui Israël in exultationem et gaudium.* Quid ergo, si quis omnem septimanam voluerit aut menses ieiunare multos, in praeiudicium incursurus est? Absit. Imo potius laudem habebit ampliorem; ut multi prophetae [f] fecerunt, et iusti homines quotidie faciunt plurimi. Sed cum dicit quatuor ieiunia, veluti dies quatuor ieiunandos decernit, non autem nobis dixit aut mensis alicuius aut anni, sed sic absolute praedicavit, ut mysteria Christianitatis [3] ipsis quatuor ieiuniis nuntiata cognosceremus. [2]Nam per annum quatuor ieiunia in ecclesia [g] celebrantur, in Natali primum [h], deinde in Pascha [i], tertium in Epiphania [k] [l], quartum in Pentecoste [m]. Nam Cap. CXLIX. (Cap. CXLV.

Cap. CXLIX. *in abc. inscriptum habet* HAERESIS DE ZACHARIA PROPHETA DE IEIVNIO. — 1. de *b.* 2. quod *Ab.* quo *reliqui.* 3. ipsius *(A)b.*

cap. 150. Iudaeos appellat „ineruditos et indoctos."

z. quod nunc Iudaeorum docilitas subiecta nobis est cum velit] Male superiores editiones post verba *nobis est* posuere στιγμήν, nam connectenda cum his sunt quae deinceps sequuntur. Iudaeorum vero docilitas accipienda de illis Iudaeis qui Christo dare nomen et Christi sacra amplecti, sive a Christianis de lege et prophetis Christi mysteria agnoscere non dedignantur. *(Fabr.)*

Cap. CXLIX. — a. in Zacharia] VIII. 19., ad quem locum conferendus praeter S. Hieronymum Iohannes Seldenus capite octavo libri de Anno Civili Iudaeorum. *(F.)*

b. Ieiunium quarti] Die 17. mensis quarti Tamuz (Iulii), ob confractas a Moyse tabulas et urbem a Nabuchodonosore captam. *(F.)*

c. ieiunium quinti] Die nono mensis quinti Ab (Augusti), ob conflagrationem templi. *(F.)*

d. ieiunium septimi] Die tertio Tisri, mensis septimi (Octobris) ob Godoliam ab Ismaëlitis trucidatum, ut tradit Iosephus in Hypomnestico inedito c. 127. *(Fabr.)*

e. ieiunium decimi] Die decimo decimi mensis (Ianuarii) Tebeth ob nunciata Babylone commorantibus Iudaeis quae Hierosolymae acciderunt mala. *(Fabr.)*

f. multi prophetae] Moyses Exod. XXIV. 18. XXXIV. 28. Deut. IX. 9. 11. et Elias 1 Reg. XIX. 8. *(F.)*

g. quatuor ieiunia in ecclesia] Quanquam non modo antiquioribus et apostolicae aetati propioribus temporibus, sed ne Philastrii quidem aevo quatuor illa ieiunia longe lateque per omnem ecclesiam obtinuisse satis constat, ut ostendit Io. Dallaeus lib. 4. de Ieiuniis cap. 7., tamen ex hoc Philastrii loco patet falli Blondellum, qui ad Pseudo-Callisti Epistolam pag. 246. notat Leonem Magnum primum quatuor temporum ieiunio consecratorum distincte meminisse. *(F.)*

h. in Natali primum] Hoc est quod Leoni hyemale, aliis ieiunium Adventus domini, de quo Theoph. Raynaudus T. XI. Opp. p. 479. *(F.)*

i. in Paschate] Hoc unum admittit Hieronymus Ep. 54. ad Marcellum: „*Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus: illi* (Montani asseclae) *tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint salvatores. Non quo et per totum annum, excepta pentecoste ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.*" *(F.)*

in Natali salvatoris domini ieiunandum est, deinde in Paschae Quadragesima, atque in Ascensione itidem in caelum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem. Id quod postea fecerunt beati apostoli post ascensionem, ieiuniis et orationibus insistentes[n], ut scriptum est, quod meruerint in Pentecoste plenitudinem divini spiritus et perfectionem consequi potestatis, ut irrigatione divini spiritus affluente iam armis instructi caelestibus omni dubitatione seposita, in qua erant ante[o], post autem doctores invicti et gloriosi martyres ipsius domini fieri quotidie properabant. Iudaeos et paganos edocentes, eisque de lege et prophetis Christum ubique dominum cum patre sempiternum prophetarum testimoniis comprobantes, eiusque praesentiam carnalem saluberrimam orbi terrarum annuntiantes. Alii autem putant secundum [4]quatuor tempora anni[p] cuiusque dixisse

4. quatuor anni cuiusque ieiunia dixisse *b*.

k. tertium in Epiphania] Quoniam post antepaschale ieiunium hocce ante Pentecosten commemorat Philastrius, atque infra illud ipse explicat de ieiunio Ascensionis, ideoque Epiphania hoc loco pro Ascensione ab eo poni est necesse. De ieiunio sive rogationibus ante Ascensionis festum a Claudiano Mamerto circa A. C. 500. demum introductis in Gallia, vide Gregorium Turonensem II. 34. Hist. Alcimique Aviti homiliam de Rogationibus et Io. Savaronis ad Sidonii Apollinaris lib. V. Ep. 14. Sane quidem Dallaeo pag. 761. iudice, sic obscure et involute hoc loco de ieiuniis scribit Philastrius, ut stridere ipsi videatur potius quam loqui, itaque illius verba fatetur se non capere: „*Septimi*, inquit, *mensis ieiunium constanter omittit; quod in Epiphania constituit, ni fallor inauditum. Quod in natale locat nisi natalem pro diebus natalem antecedentibus vel pro adventu, ut vulgo loquimur accipias, absurdissimum quoque est. Denique quid est quod iste vult, certe dicit, in ascensione ieiunandum, decemque diebus ad pentecosten usque sequentibus? Nemo praeter istum de ieiuniis sic philosophatus est, tantumque abest ut ista caeteri sequerentur, omnes tota pentecoste ieiunare nefas putabant.*" *(F.)*

l. tertium in Epiphania] Epiphania hic a Philastrio pro Ascensione sumitur, ut recte advertit Fabricius, licet alias communiter hoc nomine designetur adoratio magorum, indicante Cotelerio ad Constit. Apost. V. 13. p. 312. Quod vero ieiunium istud in Epiphania, ut ait Philastrius, hoc est in Ascensione, unum fuerit ex quatuor ieiuniis quae tunc in ecclesia celebrabantur, idem Philastrius testis est satis idoneus, quamvis Dallaeus a Fabricio prolatus hoc nomine Philastrium reprehendat vocetque rem inauditam. Caeterum Philastrius paulo infra meminit de ieiunio etiam secundum quatuor anni tempora, quod ab aliquibus servabatur, cuiusque aperta est mentio apud Leonem Magnum Serm. 18. (Galeard.)

m. quartum in Pentecoste] Hoc ieiunium alii scriptores ponunt hebdomade post Pentecosten vel post octavam Pentecostes. Vide Cotelerium ad lib. V. Constituit Apostol. c. 20. p. 326. Vicissim Pentecosten ipsam, hoc est quinquaginta totos a paschate dies ieiunare nefas habuere plerique etiam Philastrii aetate, ut iam ex Hieronymo notavi, cui adde sis insigne S. Athanasii testimonium, quod vulgavit celeberr. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 112. *(F.)*

n. ieiuniis et orationibus insistentes] Ieiuniorum nulla diserta mentio Actor. I. 14. „Προςευχῇ καὶ δεήσει προςκαρτεροῦντες." Tamen ieiunia et orationes coniunguntur Actor. XIV. 23. „Προςευξάμενοι μετὰ νηστειῶν." *(F.)*

o. omni dubitatione seposita, in qua erant ante] Respicit dubitationem, imo abnegationem, Petri Matth. XXVI. 70.

scripturam. Alii autem de Noë[q] dixerunt, quando audiit et credidit, [5] inde cum arcam confecit, postea autem cum intravit in eam, quarto quando exivit de arca. Alii autem Iudaeorum Israël dixisse scripturam[r] arbitrantur, quod cum[s] audivit populus primum in Aegypto per [6] Moysen tunc temporis et credidit, liberatur de Pharaone et Aegyptiis, deinde quod exivit de Aegypto[t], tertio quod in montem ivit[u] et accepit legem a domino salvatore, quarto quod intravit[v] in terram repromissionis; sed non omnes introierunt, sicut scriptum est, nisi duo[w] soli, Iesus et Chaleb, ut dixit scriptura. Alii autem dixerunt, quatuor ieiunia sunt ecclesiae ista in quatuor libris [7] Moysi, quia primum fecit deus omnia in Genesi, et hominem, ut scriptum est, secundo in Exodo, [8] quod de tenebris liberatus [9] exit omnis homo credens in Christum deum, tertio [10] quod in Levitico offert sacrificia diversa, quae [11] sunt ibi omnia Christianitatis mysteria, quarto post oblationem [12] spiritalium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conscribi, quod ait et dominus[x]: [13] *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro caelorum.* Ideo et David[y] [14] de Iudaeis dicit: *Deleantur* [15] *de libro, et cum iustis non scribantur.* Et ipse iterum[z]: *Et in libro tuo in te credentes conscribentur.* Haec etiam ieiunia in quatuor evangelia[a] nos oportet

5. deinde *A*. 6. Mosen *(A)abc*. 7. Mosi *(A)abc*. 8. quod *A*. quo *reliqui*. 9. exivit *A*. 10. quod *A*. quo *reliqui*. 11. sunt ibi omnia *AB*. sunt omnia *reliqui*. 12. spiritalium donorum *Bac*. donorum spiritalium *A*. spiritalem donorum *b*. 13. Gaudete et exultate, quia *b*. 14. et Iudaeis *A*. 15. de libro viventium et cum *(A)b*.

seq., et abnegationem aliorum discipulorum, id. 56. *(F.)*

p. secundum quatuor tempora anni] Leo Magnus Sermone XVIII. „*Ieiunium vernum in quadragesima, aestivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc qui est decimus* (Decembri) *celebramus.*" *(F.)*

q. de Noë] Gen. VI. 13. seq. VII. 5. et 7. VIII. 18. *(F.)*

r. Israël dixisse scripturam] Locum allatum Zachariae de quatuor ieiuniis alii ex Iudaeis putant respondere quatuor illis rebus quas Israeli contigisse mox e Moyse commemorat. *(F.)*

s. quod cum] Exod. V. seq. *(F.)*

t. quod exivit de Aegypto] Exod. XII. seq. *(F.)*

u. quod in montem ivit] Exod. XIX. seq. *(F.)*

v. quod intravit] Iosuae I. seq. *(F.)*

w. nisi duo] Num. XIV. 30. XXXII. 12. *(F.)*

x. quod ait et dominus] Luc. X. 20. „Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς;" „*in caelis,*" quod Philastrius interpretatur „*in libro caelorum.*" *(Fabr.)*

y. Ideo et David] Psal. LXIX. 28. „Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βιβλίου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν." *(F.)*

z. Et ipse iterum] Psal. CXXXIX. 16. „Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται." *(F.)*

a. in quatuor evangelia] Ut undique quaternario suo subsidium et rationem quaerat Philastrius, etiam evangelia advocat, quorum quaternionem similibus rationibus mysticis et allegoricis passim veteres commendant, ut adscriptis ipsorum verbis demonstravi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 382. et T. 2. pag. 555. 735. Addam unicum locum Rabani Mauri lib. 4. de universo c. 1. T. 1. Opp. p. 83. „*Quatuor milites qui quatuor partes sibi de Iesu vesti-*

accipere de patriarchis, prophetis, sacerdotibus et apostolis[b], quae in nobis complenda sunt. Quod primum fides patriarcharum, deinde virtus prophetarum, tertio labor sacerdotum, quarto apostolorum [16]perfectio invicti certaminis nuntiantur, quae diversae virtutes invicem cum suis virescunt connexae temporibus, et docentes homines diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et [17]capientibus[c] subministrant.

Cap. CL. (Cap. CXLVI.)

Sunt haeretici qui cum legunt in [1]Solomone[a], *Sexaginta reginae, et octoginta concubinae, et iuvenculae*[b] *quarum numerus non est*, putant eum mulierum causa et iuvencularum atque concubinarum numerum edixisse. Cumque ita sentiunt, infructuosi, imo potius ut pagani impii et Iudaei inerudti atque indocti iudicantur, ignorantes quod haec rationabilia[c] sunt et intellectibilia ab eodem nuntiata, quae in Christi maiestate et potentia diversa gratiarum munera humano generi ostendebantur adventura, diversisque temporibus voluntati hominum ac capacitati[d] desiderantium ab eodem impertita, non denegante parem gratiam, sed iuxta quod capere [2]potuissent *et* voluntas hominum nosceretur, ipso domino tribuente atque conferente quaerentibus studiose, cum dicat beatus apostolus Petrus[e], *In veritate* [3]*cognosco quod deus personarum acceptor non est.* Et Paulus apostolus itidem[f], *Deus hominis*, inquit, *perso-*

16. profectio *b.* 17. capientibus *Ac.* cupientibus *reliqui.*
Cap. CL. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE VXORIBVS ET CONCVBINIS SOLOMONIS. — 1. Salomone *(A)b.* 2. potuissent et voluntas *ego.* potuisset voluntas *libri omnes.* 3. comperi quod *A.*

*mentis fecerunt, praefigurantes quatuor partes mundi quae diviserunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est Psalm. 119., Laetabor ego super eloquia tua sicut qui invenit spolia.*" Longe plura in hanc sententiam congessit sub libri initium idem Rabanus p. 77. [Harduini Concilia tom. III. p. 1983. seq.] *(F.)*

b. patriarchis, prophetis, sacerdotibus et apostolis] De hoc quaternione vide c. 136. p. 296. atque infra c. 149. et 150. *(F.)*

c. diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et capientibus] Ita legendum pro *cupientibus.* Infra cap. 146. „*Diversa gratiarum munera diversisque temporibus voluntati hominum ac capacitati desiderantium ab eodem impertita.*" Ubi plura in hanc sententiam. Mox eodem capite: „*Diversam effusam gratiam capientibus et quaerentibus.*" *(F.)*

Cap. CL. — a. cum legunt in Solomone] Cantic. VI. 8. Postea auctus numerus: nam 1 Reg. XI. 3. reginae septingentae, et concubinae trecentae. *(Fabr.)*

b. iuvenculae] עֲלָמוֹת, virgines innumerabiles. Confer Wagenseilium p. 397. seq. ad tela ignea Satanae. *(F.)*

c. rationabilia] Νοητὰ, ad sublimiorem intellectum a sensibilibus rebus referenda. Rationem intellectibilem vocat infra c. 149. *(F.)*

d. voluntati hominum et capacitati] Capite superiore extremo: „*Diversa iocunditatis gaudia desiderantibus et capientibus subministrant.*" *(F.)*

e. apostolus Petrus] Actor. X. 34, „Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός." ex Deut. X. 17. et 2 Paralip. XIX. 7. Vide et 1 Petr. I. 17. *(F.)*

f. Paulus apostolus itidem] Rom. II. 11. „Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ." Adde Galat. II .6. *(F.)*

*nam non accipit.* Ex voluntate itaque iuxta [4]quod capit quisque et desiderat, ita [5]et a deo Christo [6]ei [7]tribuitur[g] atque impertitur quotidie. Diversae igitur dignitates ac diversae gloriae a [8]Solomone nobis nuntiatae sunt: in mandato quippe, lege et Christi gratia[h] omnia, quae [9]et primo et secundo et postremo tempore populis per diversa meritorum collata sint munera dignitatis, ut priori populo, deinde Iudaeorum, tertio Christianorum, qui ab illis [10]prioribus*que* qui ante Iudaeos fuerunt cum edocemur[i], in Christi praesentia[k] [11]et de Christi diversam[l] effusam gratiam capientibus et quaerentibus quotidie pervidemus effundi. Nam quod aliae animae ad [12]regimina, aliae ad coniunctionem, aliae ad incrementum perfectioris aetatis[m] in coniunctionem futurae fidei Christi domini [13]vocentur, manifestum est, dicente apostolo, *Qui cohaeret Christo domino, unum corpus est*[n]. Nam ubi reginae nomen dicitur, regni caelestis manifestatur excellens nobilitatis sublimitas, quod et dominus vocationem multorum praedicans paucorum [14]electionem annunciat affuturam. In quibus triplex virtutis dignitas [15]enitescit, et in evangelio dicente domino ad illum[o]. *Si vis esse perfectus, vade, [16]vende omnia quae habes et da pauperibus, et veni sequere me, et habebis*

4. quod capit quisquis et desiderat *A.* quod quisque desiderat *reliqui.* 5. et *om. A.* 6. ei *om. b.* 7. tribuetur *B.* 8. Salomone *(A)b.* 9. et *om. (A)b.* 10. prioribusque qui ante *ego.* prioribus qui *libri omnes.* 11. et de Christi *A.* itidem *c.* et de *Ba.* de *b.* 12. regimonium *A.* 13. vocarentur *A.* 14. electione annuntiat affutura *A.* 15. nitescit *b.* 16. et vende *(A)b.*

g. ei tribuitur] Helmst. *tribuetur,* vitiose. *(F.)*

h. in mandato quippe, lege et Christi gratia] Familiaris haec Philastrio divisio, per mandatum intelligente lumen naturale ante legem Mosaicam. Vide supra cap. 109. et cap. 133. et 144. 146. 148. 150. *(F.)*

i. cum edocemur] Sensus praesentis obscuri loci hic esse mihi videtur: cum edocemur quae diversa munera collata sint diversis illis tribus temporibus, ea omnia pervidemus effundi quotidie in Christi praesentia, hoc est inter Christianos, alia aliis, pro desiderio et captu cuiusque. *(F.)*

k. in Christi praesentia] Priores ed. nullo sensu pro *itidem* habent *et de.* *(Fabr.)*

l. diversam] Nescio an forte legendum sit „in Christi praesentiam et de Christi praesentia," sed magis adhuc placet Fabricii emendatio. Christi praesentia a Fabricio intelligitur tempus evangelii, ut recte monuit Fabricius ad hoc caput, quod ex aliis etiam locis apparet cap. 155. 110. 75. 139.

m. ad regimina, aliae ad coniunctionem, aliae ad incrementum perfectioris aetatis] Ut respondeant reginis, concubinis et iuvenculis apud Salomonem. Hos tres gradus infra vocat perfectorum, sequentium et secuturorum, illisque tribuit regnum, paradisum et vitam. Pro *perfectioris* priores editt. *perfectionis.* *(F.)*

n. unum corpus est] 1 Cor. VI. 17. „Ὁ κολλώμενος κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν." Ex memoria ut cap. 26. locum citans Philastrius unum corpus pro uno spiritu posuit. *(F.)*

o. dicente domino ad illum] Matth. XIX. 21. „Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι." Ordinem verborum iterum ex memoria locum citans Philastrius immutavit. *(F.)*

*thesaurum in caelo. At ille tristatus est*[p], inquit, ut scriptum est. Ergo etsi ante generaliter secundum temporis divisionem populorumque factum est, [17]tamen in Christi praesentia[q] triplex gratia resplendet ac dignitas, ut alii [18]perfecti, alii sequentes, alii postea secuturi demonstrarentur, non in uno modo dignitatis, id est regni caelestis inveniendi, sed secundum fidem ac laborem eorum atque diversa certamina, mercedem congruam adepturi, dicente domino[r], *Multae mansiones sunt apud patrem meum.* Ideo et David animam ad [19]regimen vocatam modis omnibus collaudat, edocens: *Adstitit regina a dextris tuis*[s]. Aliam etiam sequi hortatur[t], *Audi filia et vide, et obliviscere domus patris tui, et concupiscet rex speciem tuam.* Ut ergo est rationis[u], convenit cognoscere quod alii in regnum[v], alii in paradisum[w], alii in [20]vitam[x] atque remissionem peccatorum[y] in futuro erunt deputandi; quod non negatur currentibus ac volentibus[z] nunc ut oportet, dissimulantibus[a] autem et non recte currentibus a domino haec non erunt conferenda.

Cap. CLI. Est haeresis[a] quae putat quod [1]Iesus filius Nave populum Iu-

17. adtamen *A.* 18. perfecti, alii sequentes, alii *om. A.* 19. regimonium *A.* 20. veniam *b.*

Cap. CLI. *desideratur in Babc. Servavit unus Sangermanensis.* 1. Hiesus *A.*

p. At ille tristatus est] Ἀπῆλθε λυπούμενος Matth. XIX. 22. Evangelium Hebraeorum apud Origenem homilia VIII. in Matth. „*Coepit autem dives scalpere caput suum, et non placuit ei.*" (*Fabr.*)

q. in Christi praesentia] Tempore evangelii, ubi Christus colitur. Sic supra: „*in Christi praesentia itidem diversam effusam gratiam capientibus et quaerentibus quotidie pervidemus effundi.*" (*F.*)

r. dicente domino] Iohan. XIV. 2. quem locum de diversitate graduum gloriae in vita aeterna etiam laudavit noster supra c. 82., sicut diversitatem poenarum atque plagarum profitetur c. 122. (*F.*)

s. Adstitit regina a dextris suis] Ps. XLV. 9. „Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου." (*F.*)

t. Aliam etiam sequi hortatur] Ibid. 10. „Ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου." (*F.*)

u. Ut ergo est rationis] Sic haeresi 98. „*nullius rationis itaque*," et 106. „*quomodo hoc erit rationis.*" (*F.*)

v. alii in regnum] Matth. XXV. 34. (*Fabr.*)

w. alii in paradisum] Luc. XXIII. 43. (*F.*)

x. alii in vitam] Matth. XIX. 17. (*Fabr.*)

y. atque remissionem peccatorum] Luc. XXIV. 47. (*F.*)

z. non negatur currentibus ac volentibus] Alludit ad locum Rom. IX. 16. de quo supra ad cap. 125. (*F.*)

a. dissimulantibus] Vide ad c. 121. (*Fabr.*)

Cap. CLI. — a. Est haeresis] De cultris lapideis ad circumcisionem adhibitis, de quibus Philastrius loquitur nonnulla antea diximus; hic tantum observare lubet Philastrium hoc loco petrinorum cultrorum usum reiicere, dicens quod facilius ex hoc Iudaei periclitari poterant quam curari, cum tamen alibi, cap. 118., locum Exodi adducens, scribat quod Sephora uxor Mosis accepto calculo circumcidit puerum, et Ios. 5., de quo hic agit Philastrius, expresse dicatur: Fac tibi cultros lapideos. Sane utrum petra, an gladio ad circumcidendum usus fuerit Iosua, plurima apud interpretes est

daeorum cultris lapideis circumciderit; quod nec rerum natura nec virtus aut ratio persuadet. Facilius enim Iudaei periclitari poterant quam curari; etsi secundum dei potentiam [2]unquam impossibile non est aliquid, tamen rerum natura non patitur, nec ratio persuadet. Ne ergo petrinis [3]cultris, dicant circumcisos Iudaeos de paganorum durissimis mentibus ac lapideis, quae antea fuerant quidem impietati deditae, postea vero credentes in domino, amissa mente lapidea, [4]meruerint de verbo dei circumcidi mente, [5]doctrinaque iam caelesti potentes Iudaeos circumcidere, id est Christi eis insinuare scientiam salutarem, de lege et prophetis eam quippe nuntiantes atque comprobantes undique. Quamvis enim et quotidie circumcidantur Iudaei ab his qui ante erant gentiles, id est doceantur de lege et prophetis, de fide Christi domini scilicet salvatoris, qui si crediderint et ipsi salutis remedium accepturi sunt, [6]perseverantes tamen in duritia mentis lapideae, aeterno erunt iudicio detinendi. Ideoque et dominus in eorum contradictione pertinaci dicebat quod filii eorum, id est pagani ipsi, erunt iudices eorum atque doctores, id est gentium populus, qui ante in mente lapidea versabatur, postea vero per Christi fidem merebatur ad scientiam salutarem pervenire. Israël autem secundum legem currens, ut scriptum est, ad legis virtutem pervenire non potuit, quia non ex fide, sed ex operibus currere properabat. Iacob enim dicit quod ipse erit spes gentium, non Iudaeorum. Oportet ergo gentes credere

2. quam *A*. 3. *Facillima correctione reponi posset* cultris dicant, dicant circumcisos *cett. Sed non opus est.* 4. meruerit id est verbo dei *A*. 5. doctrinamque iam caelestis *A*. 6. perseverantes autem in *A*.

quaestio, de qua videndi Masius praecipue, et Drusius ad 5. Ios. 2., quorum uterque in petram potius quam in gladium inclinat; imo sententiae huic Masius etiam Mosis Maimonidis inter Iudaeos doctissimi calculum adiicit, qui duris silicibus usum esse Iosuam, non acutis gladiolis opinatur. Convenit quoque scitissima illa atque aptissima anagoge qua petra Christus dicitur, I Cor. 10., „ut significaretur per Christum futura circumcisio cordis," ait Ambrosius Praef. in Epist. ad Galatas; licet hoc loco Philastrius petrinis cultris circumcisos Iudaeos cum dicit, intelligi velit, a gentilibus eorumque durissimis mentibus ac lapideis, quae antea fuerant impietati deditae, postea vero credentes in domino factae sunt, amissa mente lapidea, quotidie circumcidi Iudaeos, id est Christi eis insinuari scientiam salutarem, quo in tropo Philastrius sibi consentientem habet Gaudentium, qui Tract. 2. p. 238. gentes ad Christum conversas „lapides quondam durissimos" vocat. Porro quo pacto saxeo cultro utentes Iudaei ad circumcisionem periclitari facilius potuerint quam curari ut hic affirmat Philastrius, fateor me prorsus ignorare cum multis, quia potius ferri vulnus atrox magis esse quam lapidis illud indicare videtur, quod siliciorum cultrorum ad difficiliores sectiones magna sit commoditas et aptitudo, ut pluribus tradit Steph. Morinus Exercit. de Linguis part. 2. cap. 9. pag. 290., et „ferro laedi horreat balsamum" ait Plinius XII. 25., quare inciditur vitro, lapide osseisve cultellis, quod confirmat et illustrat Salmas. Excercitt. Plin. cap. 35. pag. 417. (Galeard.)

universas primum, tunc demum ab ipsis gentibus [7]Iudaeos discere ac doctrinam Christi domini de lege et prophetis audire, atque ita acquiescere ut compleatur. *Donec*[b] *plenitudo gentium intret, et sic omnis Israël salvabitur,* sicut scriptum est. Et alter propheta ait: *Aufer*[c] *ab eis cor lapideum domine, et da illi cor carneum.* Et dominus: *Si isti*[d] *tacuerint, lapides clamabunt.*

Cap. CLII. (Cap. CXLVII.) Alia est haeresis quae spiramen quod accepit Adam[a] [1]putant tantum esse, quantum est a [2]Christo post resurrectionem[b] concessum apostolis, cum ignoret quod [3]spiramen est modicae virtutis aliqua gratia in audienda lege dei multorum primum, spiritus autem perfectionis est plenitudo. Spiramen itaque datur ab infantia et catechumenis, spiritus autem in incremento doctrinae fideique et salutaris baptismi plena dei gratia, ut intelligere et ad maiorem iam possit scientiam pervenire. Ideoque post baptismum[c] [4]spiritum ut apostoli iam non, sed spiramen accipit qui baptizatur in trinitate. Commune est etenim omnium spiramen, spiritus autem paucorum [5]est fidelium atque credentium et [6]discentium et veluti ab honore ad honorem et a gloria ad gloriam maiorem caelestemque scientiam et gratiam pervenientium, dicente apostolo, quod a fide in fidem[d] procedimus, et a gloria ad gloriam[e] prodire properamus. Ideoque ait ipse, *Primus homo*[f] *de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis,* ut et natura[g] non [7]exsors Christi muneris inveniatur aliena penitus, id est nec catechumenus, et fides

7. Iudaeorum *A*.

Cap. CLII. *in abc. inscriptum est* De spiramine qvod Adam accepit haeresis. — 1. putat *A*. 2. Christi *ab*. 3. spiramentum *A*. 4. iam non spiritum ut apostoli, sed spiramen *b*. 5. et *A*. 6. discedentem *A*. 7. insors *A*.

b. Donec] Rom. XI. 25.

c. Aufer] Cf. Ezech. XI. 19. XXXVI. 26.

d. Si isti] Luc. XIX. 40.

Cap. CLII. — a. spiramen quod accepit Adam] Genes. II. 7. „Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς." *(Fabr.)*

b. a Christo post resurrectionem] Iohann. XX. 22. Ἐνεφύσησε, Ciceronis verbo recte reddas, *inhalavit.* *(F.)*

c. Ideoque post baptismum] Uti ante baptismum catechumenis, sic in baptismo communem illam gratiam omnibus baptizatis tribuit, ut gradum subliniorem deinde servet sanctis apostolis piisque fidelibus. *(F.)*

d. a fide in fidem] Rom. I. 17. „Ἐκ πίστεως εἰς πίστιν." *(F.)*

e. a gloria in gloriam] 2 Cor. III. 18. „Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν." *(F.)*

f. Primus homo] 1 Cor. XV. 47. „Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ." *De caelo caelestis* similiter ut Philastrius habent Ambrosius, Hieronymus et alii, et illud κύριος longe plurimi omittunt, de quo praeter Ioan. Millium vide quae notavit D. Kortholtus, ὁ μακαρίτης, libro de Variis Scripturae Editionibus pag. 75. seq. *(F.)*

g. natura] Ut superiore capite tres gradus fecerat perfectorum, sequentium et secuturorum, ita hoc loco ponit primo naturam, cui succedit gradu secundo fides et doctrina, tertio denique studium vitaque praeclara in paucorum fidelium et cupientium (an *capientium* ut cap. 145 et 146.) voluntate exuberans. *(F.)*

atque doctrina studiumque et vita [8]praeclara in paucorum fidelium et cupientium voluntate dinosceretur exuberans, dicente domino[h], *Habenti dabitur, et plus ei adiicietur: non habenti autem et quod habere videtur*[i] [9]*aufertur ab eo.* Quod Iudaeo contigit, et aliis itidem plurimis.

Cap. CLIII. (Cap. CXLVIII.)

Est haeresis quae cum audit in Zacharia propheta de funiculo agrimensorio, de quo et [1]David[a] edixerat, quod angelus tenens ibat[b] mensurare Ierusalem, aestimat secundum litteram ita dixisse scripturam, cum non Ierusalem metiri, quae tradi debebat hostibus, sed credentium recte, atque paucorum perfecte, [2]lectio[c] nuntiabatur per angelum affutura, ut dictum est: *Multi vocati*[d], *pauci electi.* Hierusalem ergo in funiculo agrimensorio mensurabatur, id est et ante sub paucis et post fidem Christi paucorum catholicae fidei [3]gignendae electio praedicabatur in seculo. Quod et apostolus ait[e]: *Oportet haereses esse, ut probati manifestentur.* Quia ergo funiculus haereditarius triplici virtute[f] connexus est, id est patris et filii et spiritus sancti, haec connunctio cum in una eademque accipitur fide atque credulitate, aequalitatis quippe et [4]virtutis coniungenda unitas atque colenda [5]potentia cum noscitur ab ecclesia catholica, non in diversa maiestatis aut qualitatis credenda substantia praedicatur, ut quidam aestimant haeretici. Quod et dominus

8. praedicata *b*. 9. auferetur *(A)bc*.

Cap. CLIII. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DE FVNICVLO MENSORIO IN ZACHARIA PROPHETA. — 1. David propheta beatus edixerat *A*. 2. electio *c*., *cum Cotelerio Monum. Vet. Eccl. Gr. tom. III. p. 524.* 3. gignendae *A*. gignendo *reliqui.* gignendorum *coniec. Galeardus.* 4. veritatis *A*. 5. *Post vocabulum* potentia *quae sequuntur usque ad finem capitis omnia in A. desiderantur.*

h. dicente domino] Matth. XIII. 12. XXV. 29. „Ὅστις ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται." *(F.)*

i. et quod videtur habere] Ex Lucae VIII. v. 18. „Καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ." *(F.)*

Cap. CLIII. — a. de quo et David] Villalpandus T. 2. p. 179. putat Philastrium lapsum memoria, et pro Davide voluisse nominare Ezechielem, respexisseque ad XL. 3. Sed fortasse nostro erat in mente Psal. LX. 6. CVIII. 7. „Τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω." *(Fabr.)*

b. quod angelus tenens ibat] Zach. II. 1. „Ἰδοὺ ἀνὴρ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σχοινίον γεωμετρικὸν -- διαμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλήμ" etc. *(F.)*

c. credentium recte atque paucorum perfecte electio] Ita pro *lectio* apud Philastrium scribunt Villalpandus et Cotelerius III. Monument. p. 524., quanquam notum omnibus, lectionem pro electione, ut *lectum* pro *electo* et *legere* pro *eligere*, tritum esse optimis scriptoribus. Sueton. c. 35. August. „*Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus,*" et cap. 54. „*Antistius Labeo senatus lectione cum vir virum legeret.*" Tamen infra etiam *electio* apud nostrum scribitur, et facile fuit librario post *perfecte* literam *e* in *lectio* omittere. *(F.)*

d. Multi vocati] Matth. XX. 16. XXII. 14. „Πολλοί εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί." *(F.)*

e. Quod et apostolus ait] 1 Cor. XI. 19. „Δεῖ γὰρ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν." *(Fabr.)*

f. funiculus triplici virtute connexus] Τὸ σπαρτίον ἔντριτον Ecclesiastae IV. 12. *(Fabr.)*

dicere dignatus est[g]: *Putas filius hominis, cum venerit, inveniet fidem super terram?* Quia et ante [6]propheta quod nuntiarat in paucis, et post Christi praesentiam, passionem et resurrectionem eius, divinamque sententiam quod essent praevaricaturi[h], hoc ita nuntiatum sit, ut sint haeretici hodie qui a spiritu sancto aut a filio recedentes diversam maiestatis et potentiae [7]qualitatem[i] quotidie praedicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere quod funiculus, ut ait [8]Solomon[k], triplex non disrumpitur, quod et credi debet a nobis, quod et de divina substantia et propria filius et sanctus sit itidem spiritus, patri quippe connexus in omnibus, qui et cognosci debet et coli ab omnibus. In hac ergo coniunctione baptismi et salvator nos dignatus est confirmare, imperans[l]: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.* In quo coniungentes filium patri, et spiritum cum filio et patre, hanc salutem [9]cognoscimur adepturi, quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi cognoscimus [10]affuturam. Unde et in hac coniunctione sanctae adorandaeque trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster Noë, Abraham, [11]Moyses et prophetae, sacerdotes, iudices et apostoli, pariter et evangelistae [12]praedicantes[m] meruerunt consequi angelicam dignitatem[n], in qua et ecclesia catholica exultat, hoc praedicans quotidie atque edocens, eademque hanc omnem impietatem paganam et iniquitatem Iudaicam destruens quotidie omni exultat in gaudio. Nam et si triplex funiculus debet accipi primum mandati, deinde legis in

6. propheta quod nuntiarat *ego.* a propheta quod tunc erat *Galeardus.* propheta quod tunc erat *libri omnes.* 7. qualitatem *ego.* inaequalitatem *libri omnes.* 8. Salomon *bc.* 9. cognoscimus *b.* 10. affuturum *b.* 11. Moses *abc.* 12. praedicentes *Ba.*

g. dominus dicere dignatus est] Luc. XVIII. 8. „Πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἄρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;" *(Fabr.)*

h. divinamque sententiam quod essent praevaricaturi] Haec epexegesis est eorum quae praecesserant verborum „propheta quod nuntiarat."

i. qualitatem] Ita scripsi pro *inaequalitatem.* Augmentum videlicet vocabulo accreverat de terminatione praegressae vocis *potentiae.* — Supra pro „Quia et ante propheta" Galeardus reposuit „Quia et ante a propheta," sententiam indicans aliter constare non posse nisi addatur praepositio, „cum hoc velit Philastrius, ut quod tunc erat in paucis, hoc ita a propheta nuntiatum sit," idque locum inspicienti facile persuasum iri, cum et paulo antea dixerit „paucorum perfecte electio nuntiabatur per angelum affutura." Nos eis verbis aliter succurendum existimavimus. De verbi *nuntiare* usu frequentissimo apud Philastrium cf. adnott. ad cap. 134.

k. ut ait Solomon] Loco adducto Ecclesiastae IV. 12. *(F.)*

l. imperans] Matth. XXVIII. 19. „Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος." Philastrius, ut solet, verba quaedam omittit. *(F.)*

m. praedicantes] Vitiose Helmst. *praedicentes.* *(F.)*

n. angelicam dignitatem] Supra c. 134. *(F.)*

medio tempore, deinde gratia salvatoris[o], utilitatis non parvae est; aut si de fide, spe atque caritate, ut dixit beatus apostolus[p], quis velit accipere, et in hoc non parvi est intellectus prudentioribus ac spiritalia desiderantibus plurimis.

Sunt quidam haeretici[a] qui de Helia beato opinantur quod ei corvi sero carnes ad escam et mane panes adtulerint, non adtendentes quod cuncta sanctus ac beatissimus propheta non carnes [1]edebat aliquando, qui omnem talem escam contempserat, abstinendo voluntate, cuius et causa tantae dignitatis a deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei corvi adtulerint, de carnibus autem Cap. CLIV.

Cap. CLIV. *desideratur in Babc. Servavit enim solus Sangermanensis liber.* — 1. edebant *A.*

o. mandati deinde legis in medio tempore, deinde gratia salvatoris] Tres oeconomiae, Antemosaica, Iudaica et Christiana, de quibus c. 109. 133. 144. 146. 150. *(F.)*

p. ut dixit beatus apostolus] 1 Cor. XIII. 13. *(F.)*

Cap. CLIV. — a. Sunt quidam haeretici] Subdit Philastrius haeresim, ut ipse vocat, de avibus Heliae ministrantibus, qua quidam opinantur, inquit, quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes adtulerint. Hoc autem Philastrio displicet, ait quippe, quod sanctus ac beatissimus propheta non carnes edebat aliquando, qui omnem talem escam contemserat abstinente voluntate; cuius et causa tantae dignitatis a deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. Adiicit deinde: „Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei *corvi* adtulerint; de carnibus autem incongruum reperitur." Profecto corvi panem dumtaxat afferebant Paulo, ut narrat Hieronymus in Vita, et Malvenda locum istum vertens (3 Reg. 17. 6. „Et corvi facientes ei venire panem." Bibl. Max. Ioh. de la Haye tom. IV. p. 693.), ubi de corvis Heliam pascentibus agitur, panis tantum meminit. At panem et carnem habent tum Hebraicus textus, tum Versio LXX. 3 Reg. 17., panemque et carnem memorant versiones ceterae omnes, immo panem et carnes ad Heliam delatas agnoscit etiam Basilius insignis abstinentiae patronus Hom. 3. in Divites Avaros, et cum Basilio Augustin. Serm. 146. de Temp. Fuit porro Iudaica traditio cibos a corvis oblatos ex ipsa Achabi mensa angelorum ministerio desumtos fuisse, idque bis in die factum a corvis expresse narrat sacer textus l. l. „Corvi quoque deferebant ei panem et carnes mane, similiter panem et carnes vesperi;" quamvis Philastrius carnes vespere tantum ad Heliam allatos meminerit: „Sunt quidam haeretici, qui de Helia beato opinantur, quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes adtulerint." (Philastrio porro consentit etiam Augustin. tam cit. Serm. 146. de Temp. quam Hom. 18. ubi „Nonne illi panem offerebat corvus mane et ad vesperam carnes?") Illud quoque observandum, extrema huius capitis fuisse a librariis excisa, pertaesis fortasse quod Philastrius tam aperte a sacri textus historia dissideret; cui simile quippiam, non valde absimili de causa, postremis quinque Irenaei capitibus accidisse notarunt pridem viri docti ad Irenaeum, Feuardent Annot. p. 205. Grobe Prolegg. p. 16. ed. Massuet. Scilicet librarios, quia exosam posteriori aetate millenarii regni doctrinam ulterius describere nollent, idcirco filum abrupisse; cum tamen, ut recte ait Feuardentius, malo huic medendum esset praemonitione aliqua, non litura, atque adeo calamo, non scalpello. (Galeard.)

incongruum reperitur. Nam in hoc crudelitas beluina hominum [2]insequentium beatissimum prophetam ostendebatur, in avibus autem, id est corvis, tantum mansuetudo et lenitas monstrabatur, ut, a quibus avibus humana aberat ratio, qui non erant dei imagines rationabiles, sed aves sicut pecudes sensibiles creatae solummodo, in eis [3]saltem avibus, ad opprobrium hominum Iudaeorum regisque ex voluntate pessima insequentium [4]prophetam, agnitio et sensuum lenitas insita monstraretur, in opera tanti ministerii quod beato prophetae quotidie [5]monstrabatur et in eis avibus ministrabatur, ut in eis avibus magis inveniretur[b] esse ratio quaedam lenitatis motu quodammodo concessa velut rationabilis[c]. Nam omnia huiusmodi creata a domino subiecta sunt homini, ut regi ac rationabili, [6]dominusque urbium [7]universitatis, pecudum, volatilium et serpentium quippe, sicut scriptum est in libro Geneseos, demonstraretur.

Cap. CLV. (Cap. CXLIX.) Est [1]quoque haeresis quae cum legit in [2]Esaia propheta quod [3]Cherubim et Seraphim animalia duo[a] sex pennis praedita duabus faciem dei[b], duabus pedes tegebant, et duabus clamabant voce sublimi deum collaudantes, nimium [4]conturbatur, et nunc historiam [5]quaerens, nunc rationem [6]intellectibilem perscrutans, diversa ambiguitate fatigatur; cum et secundum litteram non parva sit utilitas, et secundum [7]intellectibilem rationem Christi resonet caelestis [8]scientia. Secundum litteram enim primum, quod deum invisibilem scriptura docendo impietatem ubique paganam damnabat in [9]quo scripturae illorum impiae visibilem et compositum praedicant, deinde etiam Iudaeorum: ne et ipsi pari caecitate obtecti ut gentes impiae corrupti sensibus deperirent, [10]hoc ita edocuit. Sed hic etiam erat Iudaeorum futuri temporis in Christi praesentia incredulitas et [11]coopertio annuntianda mysterii, quod caecitate operti nimia

2. insequentia *A*. 3. autem *A*. 4. propheta *A*. 5. monstrabantur ut in eis avibus ministrabantur *A*. 6. dominoque urbium *A*. 7. versitatis *A*.

Cap. CLV. *in abc. inscriptum est* HAERESIS DECERPTA EX ISAIA PROPHETA DE CHERVBIM ET SERAPHIM. — 1. quoque *om. A*. 2. Isaia *(A)abc*. 3. Cherubin et Seraphin *(A)Bab*. 4. conturbantur *A*. 5. quaerentes *A*. 6. intelligibilem perscrutantes fatigantur *A*. 7. intelligibilem *A*. 8. sententia *A*. 9. qua *b*. 10. *Reliqua huius capitis quae post haec verba* hoc ita edocuit *sequuntur, in A. desiderantur*. 11. cooperatio *b*.

b. magis inveniretur] Quam in hominibus.

c. rationabilis] Lenitatis.

Cap. CLV. — a. Cherubim et Seraphim animalia duo] Apud Esaiam VI. 2. tantum duorum Seraphim mentio, „Καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί.“ *(F.)*

b. duabus faciem dei] Imo facies suas, פניו, ut pedes suos רגליו. Sed infra quoque noster: „*Velabant autem faciem et pedes domini:*“ atque iterum: „*ne forte faciem et pedes cum dicit domini coopertos.*“ *(F.)*

nec prophetae nec ipsi domino erant postmodum credituri, cum missus ad populum praedicat manifeste: *Aure audietis, et oculo videbitis, et non*[c] *intendetis;* cooperti quippe tenebris lucem salutis aeternae, id est Christi carnalem praesentiam, non erant agnituri, sicut et factum est. Quod apostolus docens[d] velamen esse usque hodie in cordibus eorundem positum affirmavit, quod non revelabitur usque quo Christum non crediderint salvatorem. Ubi autem conversi fuerint[e], id est crediderint in Christum dominum, auferetur velamen ab eorum cordibus. Quod autem et duo animalia nuntiata sint [11]Cherubim et Seraphim, lex quippe et prophetae, testes Christi et doctores seculi, non est ambiguum. Velabant autem faciem et pedes domini[f] sive quia in parabolis et similitudinibus et aenigmatibus docebatur mysterium, ut scriptum est[g]: *Aperiam os meum in parabolis;* et David[h]: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua;* et apostolus[i]: *Filium suum,* inquit, *pater* [12]*revelavit*[k] *mihi,* id est de lege atque prophetis ostendens. Sex autem pennae erant eis, et duabus quidem faciem et duabus pedes cooperiebant, duabus autem clamabant[l], ne forte faciem et pedes cum dicit domini coopertos, quod sursum atque deorsum est, et longitudo et latitudo de deo [13]monstraretur[m], quod

12. Cherubin et Seraphin *ab. Ubique.* 13. revelavit *c.* revelabit *reliqui.* 14. monstrari *b.*

c. et non] Es. VI. 9. et Matth. XIII. 14. „Ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε." Iterum pro more suo Philastrius in verbis scriptoris sacri alia omittit alia mutat et transponit. *Intendere* pro *intelligere* positum ex usu labentis latinitatis, unde Itali suum *intender* et Galli *entendre.* *(F.)*

d. apostolus docens] 2 Cor. III. 15. „Ἀλλ' ἕως σήμερον - - κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται." *(F.)*

e. Ubi autem conversi fuerint] Non videtur alienus fuisse Philastrius ab eorum sententia, qui magnam adhuc Iudaeorum conversionem exspectandam sibi persuaserunt, cum Tertulliano, Origene, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo Alex., Theophylacto, Oecumenio, Petro Chrysologo, Primasio, aliisque quorum loca adduxerunt D. Christianus Dreierus in diss. de Conversione Iudaeorum, et D. Ioh. Guntherus, ὁ μακαρίτης, homiliis Germanice editis in Epist. ad Romanos. *(Fabr.)*

f. faciem et pedes domini] Contra Esaiae mentem, ut supra iam annotavi. *(Fabr.)*

g. ut scriptum est] Ps. LXXVIII. 2. Matth. XIII. 35. „Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου." *(F.)*

h. et David] Psal. CXIX. 18. „Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου." *(Fabr.)*

i. et apostolus] Galat. I. 16. „Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί." *(F.)*

k. revelavit] Vitiose priores editt. *revelabit.* *(F.)*

l. clamabant] Cave emendes *volabant.* Nam licet res ipsa et locus Isaiae hoc requirit, tamen Philastrius haud dubie scripsit *clamabant,* ideoque etiam infra *clamationis duarum pennarum* facit mentionem. *(F.)*

m. monstraretur] Ita sensus poscit scribendum pro *monstraret.* *(F.)*

nec[n] altitudo nec profundum nec latitudo nec longitudo dei potest cognosci aut inveniri condigne ab aliqua creatura, et maxime hominum, aut humanis quorundam sensibus comprehendi: qui etiam tantam elementorum naturam immensamque creando perfecit, quanto magis qui talia fecisse cognoscitur, modis omnibus antecellit? Solum [14] autem per fidem noscitur; quia, *Virtus*, inquit[o], *in infirmitate*, [15] in similitudine et aenigmatibus, *perficitur*, atque invenitur. Cumque tanta immensitas dei dicitur atque nuntiatur, duabus pennis, id est a Cherubim et Seraphim, lege atque prophetis canitur et praedicatur. Duarum etiam pennarum clamatio die noctuque, id est et hic et in futuro, cordis quippe credulitas hominum atque oris confessio non desinens, [16] invenitur, quotidie resonando quae et tunc canebatur ab angelis atque ab hominibus praedicabatur in seculo; ut, quod videre in excelso, profundo, lato atque longo non poterant, corde credentes atque ore confitentes indesinenti voce cantantes omni tempore laetarentur. Nam quod invisibilis et incapabilis[p] sit divinae qualitatis natura et substantia in lege et prophetis ostenditur, Ioanne dicente[q], *Deum nemo vidit umquam*. Non dixit, non [17] Credidit, sed non Vidit. Ergo dominus credendi potentiam et confitendi solum fiduciam tribuit, ut virtus eius in enarranda carnali fragilitate [18] manifesta nosceretur: quod et dominus ubique fidem suam praetendit hominibus, quam et ipse ante dederat, posteaque in sua praesentia confirmaverat. Cherubim autem et Seraphim quadriformia[r], id est leonis, vituli, hominis et aquilae, diversa sunt sanctorum pariter virtutumque certamina fortiora praecellendae eorum variaeque dignitatis, patriarcharum quippe et prophetarum, sacerdotum atque apostolorum[s] itidem cum martyribus sociata, ut, in quibus ante tanta fides et dilectio Christi exuberans[t] noscebatur, impar autem doctrina[u] in quibusdam postea

14. aut *b.* 15. in *om. b.* 16. invenit *c.*, *mendose.* 17. credit *b.* 18. manifesto *b.*

n. quod nec] Vide Iob. XI. 8. 9. *(F.)*

o. quia, Virtus, inquit] 2 Cor. XII. 9. „Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται." *(F.)*

p. incapabilis] Quae capi nullo loco, nulla comprehendi mente humana potest, ἀχώρητος. *(F.)*

q. Iohanne dicente] Ioh. I. 18. „Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε." *(F.)*

r. quadriformia] Ezech. I. 10. et Apocal. VI. 7. supra c. 136. *(F.)*

s. patriarcharum quippe et prophetarum, sacerdotum atque apostolorum] De hoc sacro tetracty supra p. 296. 323. 333. [cap. 140. 149. 153.] *(F.)*

t. tanta fides et dilectio Christi exuberans] Supra c. 147. „*Et fides atque doctrina studiumque et vita praeclara in paucorum fidelium et capientium voluntate dignosceretur exuberans.*" *(F.)*

u. impar autem doctrina] Propter persecutores, non licebat tribus primis saeculis ita publice Christianam doctrinam usque quaque praedicare, ut postea licuit: non tamen impar imo ma-

cogente causa temporis canebatur, non impar tamen fidei ac certaminis gloria in coniunctione diversae virtutis monstraretur a Christo concessa atque condonata, inque omni Christianorum populo nosceretur; ut quod videre non possumus nec humanis condigne sensibus definire, corde credentes atque ore confitentes [19] his duarum pennarum virtutibus non desinamus Iudaeis et gentibus hoc gaudii praedicare, atque [20] his sublimes virtutibus evolare, sperantes caelestia, ubi Christus est dominus[v], ut ait apostolus, inque hac sententia salutem perpetuam posse consequi non dubitantes, docente eodem[w]: *Quod si credideris in corde tuo, et confessus fueris Christum dominum salvatorem corpore crucifixum resurrexisse, salvus eris: corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem.* Unde ait de Christo domino quod eius qualitatis divina substantia non in visione et mensura aut compositione consistat aliqua, sed in fide virtutis atque confessionis nostrae exuberans [21] consummatur. *Quae latitudo et longitudo*[x], *altum atque profundum sit scire*, inquit, *eminentissimam et incomprehensibilem Christi dei gratiam*[y] atque [22] potentiam, non est humanae fragilitatis potenter expromere, sed in fide atque per fidem facile posse contingere docuit quod mens hominum non praevalet enarrare.

Sunt quidam qui aestimant quod [1] Esaias post confessionem po- Cap. CLVI. (Cap. CL.)
puli peccatoris ac precem, quam supplex ad deum effuderat, de [2] Cherubim unus[a] [3] venerit missus [4] a deo ad prophetam, et acceperit de forcipe carbonem, et tetigerit labia ipsius, aitque ei: *Ecce iam mundatus es*[b]. Putant[c] [5] autem de angelis unum venisse ad

19. hiis *Ba.* 20. hiis *Ba.* 21. consumatur *Ba.* 22. potentiam *om. abc.*
Cap. CLVI. *in ac. inscriptum est* HAERESIS DE ISAIA PROPHETA LABIA TACTA CARBONE., *in b.* HAERESIS DE ISAIAE PROPHETAE LABIIS TACTIS CARBONE. — 1. Esaias *B.* Isaias *abc.* Esaias hemius *A.* 2. Cherubin *Bab. Ubique.* 3. venit *b* 4. a domino *A.* 5. autem *c.* aut *ABab.*

ior fidei ac certaminis gloria in martyribus enituit illo maxime tempore. *(F.)*

v. caelestia, ubi Christus est dominus] „Τὰ ἄνω, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος." Coloss. III. 1. *(Fabr.)*

w. docente eodem] Rom. X. 9. „"Οτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν." Verborum primorum ordinem invertit, et verba *Christum salvatorem corpore crucifixum* de suo addidit Philastrius. *(Fabr.)*

x. Quae latitudo et longitudo] Eph. III. 18. „"Ινα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις τί το πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος." *(F.)*

y. eminentissimam et incomprehensibilem Christi dei gratiam] Exprimit verba apostoli ib. 19. „Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ." *(F.)*

Cap. CLVI. — a. de Cherubim unus] Es. VI. 6. „"Εν τῶν Σεραφίμ." Noster infra: „*Nam hic de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit.*" *(F.)*

b. Ecce iam mundatus es] Id. 7. „Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου,

eum, aut de animalibus, [6]ac de forcipe ignem accepisse [7]et mundasse prophetam. quod non est adeo [8]scientiae salutaris, cum hic, de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit, id de duobus testamentis dicit, unde patriarchae, [9]prophetae, sacerdotes edixerint[d] et apostoli, [10]qui mundo omni adventuram gratiam ostendebant, quadriformi virtute[e] fulgentia munera ad certamina caelestia capientibus ministrantes. [11]Nam Cherubim plenitudo scientiae[f] dicitur, et [12]*Seraphim* virtus ignea [13]peragrans[g] appellatur. [14]Hi itaque plenitudinem habentes scientiae spiritalis ac Christi mysterii tenentes divitias diversas doctrinas iussu domini nobis dimittunt et deferunt, omnique seculo itidem sine quadam intermissione nuntiantes; ex quibus unus missus est ad [15]Esaiam prophetam, hanc quippe Christi doctrinam annuntians, salvatorem, quod erat adventurus in carnem, spiritusque divini credentibus allaturus gratiam copiosam. Esaias itaque de patriarchis et lege et prioribus suis prophetis acceperat gratiam fortiorem, id est divini spiritus potentiam ampliorem, a prioribus scilicet, ut [16]Christi mysterium, id est [17]ut incorporationis ipsius seculo gratiam nuntiaret. Ideo et dominus ad quosdam[h]: *O duri corde, et imprudentes animo*, cur non advertitis quod lex et prophetae de filio hominis quae ante praedixerant affutura, cuncta consummari oportuerat? Decebat enim de patriarchis et lege beatum accipere Esaiam, ut ab eis doctus forti animo Christi carnalem praesentiam praedicaret. Ignem etiam

6. ac *ego.* aut *libri omnes.* 7. et mundasse *om. b.* 8. scientia *A.* 9. prophetae *om. b.* 10. qui *om. b.* 11. Nam cum de Cherubim *A.* 12. et (et *om. c.*) Seraphim virtus *c., ex coniect. I. B. Cotelerii Monum. Eccl. Vet. Gr. tom. III, p. 559.* (et *om. b.*) virtus *(A)Bab.* 13. flagrans *Cotelerius l. l.* 14. Hii *Ba.* 15. Isaiam *abc. Ubique.* 16. sancti mysterium *A.* 17. ut *om. (A)abc.*

καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ." *(F.)*

c. Putant] Priores editt. *aut*, et mox: „*Cum hic de Cherubin aut Seraphin.*" *(Fabr.)*

d. edixerint] Est qui malit *eluxerunt*, sed nihil mutandum. *(F.)*

e. quadriformi virtute] Vide c. 149. *(Fabr.)*

f. Cherubim plenitudo scientiae] Philoni p. 668. „Ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή et πλῆθος γνώσεως," Anastasio Sinaitae XII. Anagog. Contemplat. in Hexaëmeron p. 13. Dionysio de Caelesti Hierarch. χύσις σοφίας, et Chrysostomo homilia 3. in Anomoeos πεπληθυμένη γνῶσις, Origeni, Hieron., Augustino et aliis *scientiae multitudo.* Vide Petavium Dogm. Theol. de Angelis II. 3. *(F.)*

g. Seraphim virtus ignea peragrans] Nomen *Seraphim* in editis male exciderat, quod restituendum recte monuit Cotelerius III. Monument. p. 559. Idem pro *peragrans* legit *flagrans.* Hieronymo *Seraphim incendentes vel ardentes.* Dionysio ἐμπρησταί, Cyrillo Alex. θερμαίνοντες, Chrysostomo ἔμπυρα στόματα, Eusebio VII. 1. Demonstr. Evangel. ἀρχὴ στόματος αὐτῶν. Aliis πνεύματα ἀνιστάμενα, vide Hieronymum Marcianaei T. 2. p. 266. *(F.)*

h. dominus ad quosdam] Discipulos suos Luc. XXIV. 25. „Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ." *(F.)*

quod ait accepisse angelum et purgasse ipsius labia, utique divini spiritus ei gratiam ostendebat concessam a domino, ut ait[i]: *Ignem veni mittere in mundum, quam volo ut accendatur ocius.* De forcipe autem, id est de ferro, de invicta natura eius atque divina quippe dicebat potentia, quod corpus Christi divino spiritu divinaque potentia in utero sanctae virginis creatum atque consummatum est, sicut scriptum est[k]: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus dei obumbrabit* [18]*te.* [19]In quo apparens corpore vinceret omnia, a nullo autem superaretur. Sicut enim ferro domantur ac subiiciuntur omnia, a quo et gladius gignitur, ut dictum est[l], *Verbum domini* [20]*gladius bis acutus*, qui domare potest [21]omnia, domari autem ab aliquo non potest. Daturusque eis erat post passionem in resurrectione divini spiritus beatis apostolis invictam potentiam, ut scriptum est[m]: *Spiritus domini super me,* et cetera[n]. Et Petrus[o] promissione accepta a patre ad Iudaeos dicens effudit hanc gratiam, quam vos videtis atque auditis hodie. Igni etiam forcipem sicut formari cognoscimus, ita [22]et corpus domini divino spiritu[p] novimus consummatum. Itaque ita suis eum dedisse in corpore illam promissam gratiam atque invictam potentiam, ut ait[q]: *Dedi vobis potestatem calcare super omnem virtutem inimici.* Et apostolus[r]: *Quis nos separabit a caritate Christi?* Per quae eis cunctis iam in hoc credentibus seculo, ut dictum est, per impositionem manus apostolorum[s] divinus dabatur spiritus in Christum dominum credentibus salvatorem. Et sicut [23]duo animalia duo [24]haec testamenta accipiuntur, legis et prophetarum, adstantia domino, sicut viderunt in monte apostoli[t], attamen rationis erit[u] quod

18. tibi *(A)b.* 19. Inque eo *A.* 20. ut gladius *A.* 21. omnia *AB.* testimonia *reliqui.* 22. et *om. b.* 23. per duo haec animalia *b.* 24. haec *om. (A)b.*

i. ut ait] Luc. XII. 49. „Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη." [Conferendus ad h. l. Cotelerius ad Recognitt. Clementis VI. 4. p. 549.] *(F.)*

k. sicut scriptum est] Luc. I. 35. „Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι." *Virtutem dei* posuit Philastrius, verbum ut solet reddens pro verbo. *(F.)*

l. ut dictum est] Hebr. IV. 12. Apostolus ait verbum dei penetrabilius esse quovis gladio ancipiti, „τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. *(F.)*

m. ut scriptum est] Esaiae LXI. 1. „Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ." *(F.)*

n. et cetera] Sic supra c. 144. p. 315. *(Fabr.)*

o. Et Petrus] Actor. II. 17., cuius loci vim ac sensum breviter indicat Philastrius, non verba ipsa adducit. *(F.)*

p. divino spiritu] Luc. I. 35. *(F.)*

q. ut ait] Luc. X. 19. „Ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ;" *(F.)*

r. Et apostolus] Rom. VIII. 35. „Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ." *(F.)*

s. per impositionem manus apostolorum] Actor. VI. 6. VIII. 17. IX. 17. XIII. 3. XXVIII. 8. *(F.)*

t. sicut viderunt in monte apostoli]

et duo animalia intelligenda sunt, mandatum primum quod datum est[v], quod et spiritale[w] potest intelligi, ut scriptum est, quod et salvator non solvit, sed confirmavit potius[x], secundum autem animal doctrinam Christi, id est fidem eius et gratiam incorporationis et testamenti passionisque eius et resurrectionis mysterium continebat. Unde lex litterae[y] in medio est posita inter mandatum et gratiam, quae si intelligitur, de Christo consentanea in multis accipitur: si autem in carnali iustificatione quis salvari putaverit, abiicienda decernitur, cum de patre et filio et sancto spiritu ante legem, id est ante tria milia annorum et septingentos annos[z], iusti priores illi sub mandato viventes ac beatam trinitatem colentes et suis filiis tradentes cognatisque et seculi praedicabant, mysteriumque Christi domini de ipso mandato antiquissimo [25] nuntiabant. Lex itaque admonitio mandati est[a], quae et coniungitur secundum fidem[b] colendae trinitatis, et iterum separantur quaedam eius propter Iudaicam et carnalem iustificationem, cum et prophetae illa destruxerint antea et salvator abiecerit et apostoli vetuerint[c] circumcidi homines. Lex itaque de mandato causa cogente carnali[d] descendit ad tempus, gratia autem Christi, id est mysterium incor-

25. nuntiabant *A.* nuntiabatur *reliqui.*

Mosen et Eliam in monte Thabor adstantes Christo Matth. XVII. 3. viderunt apostoli Petrus, Iacobus et Iohannes, unde hanc de duplici testamento legis et prophetarum anagogen Philastrius colligit. *(F.)*

u. rationis erit] Sic supra c. 146. „*ut ergo est rationis.*" *(F.)*

v. mandatum primum quod datum est] Oeconomia Antemosaica frequenter sub mandati nomine venit nostro scriptori, ut notare me memini ad cap. 109. 133. 144. 146. et 148. *(F.)*

w. quod et spiritale] Rom. VII. 14. „Ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν." *(F.)*

x. non solvit, sed confirmavit potius] Matth. V. 17. „Οὐ καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι." *(F.)*

y. lex litterae] Lex scripta, Mosaica. [Tria tempora distinguit etiam S. Augustinus Serm. 110., unum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Sic et Auctor librorum de Promissionibus inter S. Prosperi Opera. Pelagius praef. ad Epistolas Pauli distinguit legem naturae, legem litterae, et tertiam legem veteris novique testamenti per spiritum sanctum novissime datam per Iesum Christum dominum nostrum, per quem habemus accessum in gratia ista in qua stamus et gloriamur. Idem Pelagius legem litterae pro Mosaica saepius ponit Commentar. in Rom. II. III.] *(F.)*

z. ante tria milia annorum et septingentos annos] Tot anni ex Philastrii calculo effluxere ab orbe condito usque ad datam Moysi legem. Vide quae supra ad cap. 109. et 111. *(F.)*

a. Lex itaque admonitio mandati est] Lex repetit denuo et in memoriam revocat ea quae per lumen naturale hominibus ante legem observanda deus significaverat. *(F.)*

b. quae et coniungitur secundum fidem] Pars legis Mosaicae, quae pietatem et morum innocentiam spectat, etiam Christianis sancte servanda.

c. vetuerint] Galat. V. 2. *(F.)*

d. causa cogente carnali] Haec ita coniungenda sunt, estque sententia, propter causam carnalem, duritiem cordis Iudaeorum, quaedam fuisse a Moyse superaddita legi naturali, neutiquam perpetua vero illa, sed a Christo iterum abroganda. *(F.)*

porationis et passionis et resurrectionis fideique eius et ascensionis in caelum ante legem a iustis omnibus noscebatur et quaerentibus et [26]capientibus[c] non [27]celabatur, ut Enoch, Noë, et Melchisedech, et Iacob, et aliis iustis ac beatissimis patriarchis, et ceteris qui ante legem Mosis vixerant, sub mandato scilicet constituti atque in omnibus iustificati a domino. Lex autem et fides Christi dicitur, ut ait apostolus[f], *Per legem fidei Christi;* lex carnalis iustificatio Iudaeorum est. [28]Mandatum autem etsi non putatur lex esse, tamen quod a domino servo dicitur et decernitur, legis est ratio, ut quod velit eligat, aut servare ut amicus et fidelis[g], aut contemnere ut servus sub lege subiectus. Unde et salvator apostolis mandatum dabat[h], ut amicis et fidelibus, quod et Adae patri nostro, antequam peccaret, similiter dederat; post peccatum autem non iam mandatum societatis et propinquitatis ac dilectionis erat et fraternitatis, sed timendae severitatis[i] iudicium decernebat, in contemnendis legis sententiis scilicet, ut etiam ait Moses[k]: *Maledictus omnis qui in legitimis non permanserit libri huius.* Ideo et salvator quae in lege dicta fuerant admonebat, et quae ante legem data fuerant sub illis beatissimis comprobabat, ut suam doctrinam illorum priorum coniungeret, multorumque ita credentium et circumcisorum pariter copularet, et naturalium itidem, id est gentium credentium, sociaret, ac nolentium, Iudaeorum aliorumque incredulitatem et imperitiam coniunctam utrorumque [29]condemnaret.

26. capientibus *Ac.* cupientibus *reliqui.* 27. celebratur *b.* 28. Mandatum autem *A.* Mandatum *reliqui.* 29. *Post vocem* condemnaret *in B. leguntur haec verba* PHILASTRII EPISCOPI BRIXIENSIS HAERESEΩN CATALOGI FINIS. —

c. quaerentibus et capientibus] Ita legendum pro *cupientibus* vix dubitabis, si caput 145. et 146. et ad haec a me notata contuleris. *(F.)*

f. ut ait apostolus] Rom. III. 27. „διὰ νόμου πίστεως." *(F.)*

g. ut amicus et fidelis] Vide Ioh. XV. 14. 15. Matth. XXIV. 45. XXV. 21. sq. *(Fabr.)*

h. mandatum dabat] De se invicem amandis Ioh. XIII. 34. XV. 12. 17. *(Fabr.)*

i. timendae severitatis] Legendum puto: „*Servitutis iudicium decernebatur.*" Ita enim supra: „*Quod a domino servo dicitur et decernitur.*" Et mox: „*Aut servare, ut amicus et fidelis, aut contemnere, ut servus sub lege subiectus.*" *(Fabr.)*

k. ut etiam ait Moses] Deut. XXVII. 26. „Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις τούτοις τοῦ νόμου τούτου ποιῆσαι αὐτούς." *(F.)*

# AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

DE

# HAERESIBUS LIBER.

## [1] DILECTISSIMO FILIO ET CONDIACONO [2] QUODVULTDEO
AUGUSTINUS EPISCOPUS.

Acceptis litteris caritatis tuae, ubi a me ardentissimo studio postulasti ut de omnibus haeresibus quae post domini adventum adversus eius doctrinam pullulaverunt aliquid breviter scriberem, quam sit hoc difficile continuo reperta occasione rescripsi per filium meum Hipponensium primarium Philocalum, mox autem etiam ista oblata est qua nunc rescribo et breviter difficultatem operis eius ostendo.

Philastrius quidam [3] Brixiensis episcopus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum, nec illos haereses praetermittens quae in populo Iudaeo fuerunt ante adventum domini, easque viginti octo commemoravit, et post domini adventum CXXVIII. Scripsit etiam hinc Graece episcopus Cyprius Epiphanius, in doctrina catholicae fidei laudabiliter diffamatus, sed ipse utriusque temporis haereses colligens LXXX complexus est. Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter se differant de numero interim sectarum vides: quod utique non evenisset, nisi aliud uni eorum videretur esse haeresis, et aliud alteri. Neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas noverat Philastrius, cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem invenerimus, ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tamen plures esset ille complexus, et iste pauciores. Sed procul dubio in ea quaestione, ubi disceptatur quid sit haeresis, non idem videbatur ambobus; et revera hoc omnino definire difficile est, et ideo cavendum, cum omnes in numerum redigere conamur, ne praetermittamus aliquas, quamvis haereses sint, aut annumeremus aliquas, cum haereses non sint. Vide ergo ne forte librum sancti Epiphanii tibi mittere debeam (ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum), qui possit apud Carthagi-

1. *Hac epistola, quae est CCXXII inter epistolas Augustini in eius Opp. tom. II. ed. Bened., Augustinus respondet epistolae Quodvultdeus quae est CCXXI. tom. II. Opp. Augustini ed. Bened. Quam conferas, si lubet.* 2. *Nonnulli MSS.* Quodvult deus. (Bened.) 3. *MSS.* Brixensis. (Bened.)

nem in Latinam linguam verti facilius atque commodius, ut tu potius praestes nobis quod quaeris a nobis.

Perlatorem multum commendo. Subdiaconus est de nostra dioecesi, de fundo autem viri spectabilis nobisque carissimi [4]Orontii. Pro illo autem et pro eius patre, a quo adoptatus est, etiam ad ipsum scripsi; quas litteras cum legerit Christiana benignitas tua, peto ut eas apud memoratum virum tua intercessione adiuvari digneris. Misi autem cum illo etiam hominem ecclesiae, ne ad tuam sanctitatem difficilis ei esset accessus. Non enim parum de illo sollicitus sum; a qua me sollicitudine dominus, ut spero, per tuae caritatis instantiam liberabit. Peto etiam mihi rescribere non graveris quemadmodum sit in fide catholica ille Theodosius, per quem Manichaei nonnulli sunt proditi; et ipsi quos ab eo proditos, putamus esse correctos. Si quid etiam de profectione sanctorum episcoporum forte audivisti, fac ut noverim. Deo vivas.

---

## [1]DOMINO MERITO VENERABILI AC BEATISSIMO SACRO PATRI AUGUSTINO EPISCOPO

### QUODVULTDEUS DIACONUS.

Unum quidem reverentiae tuae commonitorium, quod per ecclesiasticum dignatus es destinare, suscepi. Nam quod prius directum esse beatitudo tua significavit, per virum honorabilem Philocalum, necdum ad me pervenit. Verum quamvis conscius propriorum semper fuerim peccatorum, nunc tamen evidenter agnovi adipiscendo illi quod exoravi muneri meam toti ecclesiae impedimento esse personam. Sed omnino confido quoniam qui per unici sui gratiam humani generis dignatus est delere facinora, nec mea in perniciem cunctorum praevalere permittet, potiusque ubi abundavit peccatum gratiam faciet redundare, domine merito venerabilis ac vere beatissime pater. Difficultatem operis, quod instruendis imperitissimis nobis per tuam beneficentiam praestari suppliciter exoravi, nec ipse ignorans ante praedixi, sed de divini fontis ubertate, quam tibi dominus tribuit, veraci corde praesumpsi.

Nam etsi Philastrius et Epiphanius venerandi episcopi tale aliquid scripsisse memorantur, quod procul dubio me inter cetera, immo sicut omnia, latet, non tamen arbitror eos hanc curam diligentiamque adhibuisse, ut singulis quibusque opinionibus contra-

4. *Aliquot MSS.* Honorati. (Bened.)
1. *Est haec epistola CCXXIII inter epistt. Augustini in Opp. eius tom. II. edit. Benedictin. Cf. etiam epist. CCXXIV., qua Augustinus ei respondet.*

rias etiam [2]opiniones adiungerent ritusque subiicerent: tum denique opus illud utriusque qualecunque sit, non habet fortassis eam quam desidero brevitatem. Frustra etiam homini qui Latina non didicit Graeca facundia delegatur: quia non ego tantummodo consilium, sed et auxilium postulavi. Quid autem venerationem tuam de interpretum non solum difficultate, sed etiam obscuritate admoneam, cum ipse hoc magis ac plene diiudices? Accedit ad causam quod nonnullae etiam post illorum obitum haereses emersisse doceantur, quorum nullam illi fecerint mentionem.

Quamobrem ad peculiare patrocinium pietatis tuae confugio, et voce mea, sed universali desiderio, paratum ad misericordiam sacrosanctum pietatis pectus appello, sequestratis saporibus peregrinis, considerato textu prioris epistolae, panem Afrum, quem nostra provincia solet habere praecipuum, caelesti etiam manna conditum, sero pulsanti et famam patienti non deneges. Profecto enim nec ego pulsare cessabo, donec ipse concedas: ut quod non impetrat privilegium, ubi nullum est meritum, saltem indefessa importunitas mereatur.

2. *MSS. duo* responsiones. (Bened.)

# AUGUSTINI

## HIPPONENSIS EPISCOPI

## DE

# HAERESIBUS AD QUODVULTDEUM LIBER.

## PRAEFATIO.

Quod petis saepissime atque instantissime, sancte fili Quodvultdeus, ut de haeresibus aliquid scribam dignum lectione cupientium dogmata devitare contraria fidei Christianae et Christiani nominis obumbratione fallentia, scias me olim longe ante quam peteres facere cogitasse, atque fuisse facturum, nisi diligenter considerans quale quantumque id esset, ultra vires meas esse sentirem. Sed quoniam fateor nullum mihi ut te institisse poscendo, in ipsa tam molesta instantia tua etiam tuum nomen attendi, et dixi, Aggrediar et faciam Quod vult deus. Hoc enim deum velle confido, si me ad huius operis terminum misericordi favore perduxerit, ut per ministerium linguae meae tanta huius rei difficultas aut ostendatur tantummodo, aut ipso etiam plenius adiuvante tollatur. Quorum duorum quod priore loco posui iam diu est ut animo volvo ac revolvo et quadam meditatione contueor. Quod autem postea dixi, non me accepisse confiteor: et utrum dum hoc ago, ut efficiam, dum peto, dum quaero, dum pulso, sim forsitan accepturus ignoro; scio me tamen nec petiturum nec quaesiturum ac pulsaturum quantum sat est, nisi et hunc affectum munere divinae inspirationis accepero. In hoc igitur opere, quod te vehementer urgente in dei voluntate suscepi, cernis me ut id peragam non tam crebrescentibus ad me tuis petitionibus esse cogendum quam piis ad deum non solum tuis, verum et aliorum fratrum, quos tibi in hanc rem fideles socios potueris invenire, orationibus adiuvandum. Quod ut fiat, has

ipsas primas huius laboris mei partes, ubi est ista praelocutio, curavi tuae caritati in auxilio domini accelerare mittendas: ut propter illa quae restant noveritis quantum pro me orare debeatis, quicunque nosse potueritis a me iam fuisse susceptum hoc tam grande negotium, quod a me desideratis impleri. Petis ergo, quod tuae indicant litterae quas ad me dedisti cum primum a me petere ista coepisti, ut exponam breviter, perstricte atque summatim, ex quo Christiana religio promissae haereditatis nomen accepit, quae haereses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant, quid adversus catholicam ecclesiam senserint, sentiant, de fide, de trinitate, de baptismo, de paenitentia, de homine Christo, de deo Christo, de resurrectione, de novo et veteri testamento. Istas autem inquisitiones tuas in immensum procedere cum videres, putasti cuiusdam generalitatis adhibendum esse compendium, atque dixisti, Et omnia omnino quibus a veritate dissentiunt. Deinde addidisti, Quae etiam baptismum habeant, quaeve non habeant, et post quas baptizet nec tamen rebaptizet ecclesia, qualiter suscipiat venientes, et quid singulis lege, auctoritate atque ratione respondeat. Haec omnia cum quaeris ut exponantur a me, miror luculentum ingenium tuum tot tantarumque rerum et sitire veritatem, et fastidium iam timendo poscere brevitatem. Sed vidisti etiam ipse quid hoc loco possem tuae huius epistolae cogitare, et quasi vigilanter occurristi cogitationi meae, dicens, Nec me tantae beatitudo tua credat ineptiae, ut non inspiciam quantis et quam ingentibus voluminibus opus sit, ut possint ista dissolvi. Verum hoc ego fieri non expecto; id enim multipliciter factum esse non dubito. Et tanquam consilium subiiciens, quo modo possit et servari brevitas et veritas pandi, adiungis ea verba quae paulo ante iam posui, et dicis, Sed breviter, perstricte atque summatim opiniones rogo cuiuslibet haeresis poni, et quid contra teneat ecclesia catholica, quantum instructioni satis est subdi. Ecce iterum mittis in longum, non quia dici ista breviter sive non valent sive non debent, sed quia tam multa sunt, ut quamlibet breviter dicenda multas litteras flagitent: tu autem, ut velut quodam, inquis, ex omnibus concepto commonitorio, si quis aliquam obiectionem aut convictionem uberius, plenius ac planius nosse voluerit, ad opulenta et magnifica volumina transmittatur, quibus a diversis, et praecipue, inquis, a veneratione tua in hoc ipsum constat esse elaboratum. Quae cum dicis, unum quasi commonitorium de his omnibus te desiderare significas. Audi ergo unde commonearis quid petas. Opiniones omnium philosophorum, qui sectas varias condiderunt, usque ad tempora sua (neque enim

plus poterat) sex non parvis voluminibus quidam Celsus absolvit. Nec redarguit aliquem, sed tantum quid [1]sentirent aperuit, ea brevitate sermonis, ut tantum adhiberet eloquii, quantum rei nec laudandae nec vituperandae nec affirmandae aut defendendae, sed aperiendae indicandaeque sufficeret, cum ferme centum philosophos nominasset; quorum non omnes instituerunt haereses proprias, quoniam nec illos tacendos putavit qui suos magistros sine ulla dissensione secuti sunt. Noster vero Epiphanius Cyprius episcopus, abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta haeresibus loquens sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt libelli, et si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus. Huius brevitatem si fuero in commemorandis haeresibus imitatus, quid a me brevius postulare vel expectare debeas non habebis. Sed non ibi huius mei laboris summa consistit, quod et tibi vel me demonstrante, vel etiam te praecurrente poterit apparere, cum hoc fecero. Videbis enim in eo quod supradictus episcopus fecit quantum desit operi quod ipse vis fieri: quanto magis quod ego? Tu namque quamvis breviter, perstricte atque summatim, tamen vis etiam responderi commemoratis haeresibus, quod ille non fecit. Ego vero hoc magis volo facere, si et deus velit, unde possit omnis haeresis, et quae nota est et quae ignota, vitari, et unde recte possit quaecunque innotuerit iudicari. Non enim omnis error haeresis est quamvis omnis haeresis, quae in vitio ponitur, nisi errore aliquo haeresis esse non possit. Quid ergo faciat haereticum, regulari quadam definitione comprehendi, sicut ego existimo, aut omnino non potest aut difficillime potest: quod in processu huius operis declarabitur, si deus rexerit atque ad id quod intendo perduxerit [2]disputationem meam. Quid autem prosit ipsa inquisitio, etiamsi non potuerimus comprehendere quomodo sit definiendus haereticus, suo loco videndum atque dicendum est: nam si hoc comprehendi potuerit, quis non videat utilitas quanta sit? Erunt ergo primae partes operis huius de haeresibus quae post Christi adventum atque ascensum adversus doctrinam ipsius extiterunt et utcunque nobis innotescere potuerunt. In posterioribus autem partibus quid faciat haereticum disputabitur. Cum ergo dominus ascendisset in caelum, hi haeretici exorti sunt:

1. sentiret *libri scripti, et edd. Ioh. Amerbachii et Des. Erasmi.* 2. dispositionem *plerique libr. MSS.*

I. [4]Simoniani.
II. Menandriani.
III. Saturniniani.
IV. Basilidiani.
V. Nicolaitae.
VI. Gnostici.
VII. Carpocratiani.
VIII. Cerinthiani, vel Merinthiani.
IX. Nazaraei.
X. Hebionaei.
XI. Valentiniani.
XII. Secundiani.
XIII. Ptolemaei.
XIV. Marcitae.
XV. Colorbasii.
XVI. Heracleonitae.
XVII. Ophitae.
XVIII. Caiani.
XIX. Sethiani.
XX. Archontici.
XXI. Cerdoniani.
XXII. Marcionitae.
XXIII. Apellitae.
XXIV. Severiani.
XXV. Tatiani, vel Encratitae.
XXVI. Cataphryges.
XXVII. Pepuziani, alias Quintilliani.
XXVIII. Artotyritae.
XXIX. Tessarescaedecatitae.
XXX. Alogi.
XXXI. Adamiani.
XXXII. Elcesaei et Sampsaei.
XXXIII. Theodotiani.
XXXIV. Melchisedechiani.
XXXV. Bardesanistae.
XXXVI. Noëtiani.
XXXVII. Valesii.
XXXVIII. Cathari, sive Novatiani.
XXXIX. Angelici.
XL. Apostolici.
XLI. Sabelliani.
XLII. Origeniani.
XLIII. Alii Origeniani.
XLIV. Pauliani.
XLV. Photiniani.
XLVI. Manichaei.
XLVII. Hieracitae.
XLVIII. Meletiani.
XLIX. Ariani.
L. Vadiani, sive Anthropomorphitae.
LI. Semiariani.
LII. Macedoniani.
LIII. Aëriani.
LIV. Aëtiani, qui et Eunomiani.
LV. Apollinaristae.
LVI. Antidicomaritae.
LVII. Massaliani, sive Euchitae.
LVIII. Metangismonitae.
LIX. Seleuciani, vel Hermiani.
LX. Proclianitae.
LXI. Patriciani.
LXII. Ascitae.
LXIII. Passalorynchitae.
LXIV. Aquarii.
LXV. Coluthiani.
LXVI. Floriniani.
LXVII. De mundi statu dissentientes.
LXVIII. Nudis pedibus ambulantes.
LXIX. Donatistae, sive Donatiani.
LXX. Priscillianistae.
LXXI. Cum hominibus non manducantes.
LXXII. Rhetoriani.
LXXIII. Christi divinitatem passibilem dicentes.
LXXIV. Triformem deum putantes.
LXXV. Aquam deo coaeternam dicentes.
LXXVI. Imaginem dei non esse animam dicentes.
LXXVII. Innumerabiles mundos opinantes.
LXXVIII. Animas converti in daemones et in quaecunque animalia existimantes.
LXXIX. Liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione credentes.
LXXX. Christi de patre nativitati initium temporis dantes.
LXXXI. Luciferiani.
LXXXII. Iovinianistae.
LXXXIII. Arabici.
LXXXIV. Helvidiani.
LXXXV. Paterniani, sive Venustiani.
LXXXVI. Tertullianistae.
LXXXVII. Abeloitae.
LXXXVIII. Pelagiani, qui et Caelestiani.

4. *Haeresium indiculus ab aliquo hic adiectus est: reperitur in plerisque MSS. non hoc loco, sed in fronte libri ante praefationem collocatus, cum huiusmodi titulo:* In hoc libro istae haereses continentur. (Bened.)

Cap. I. Simoniani a Simone Mago, qui baptizatus a Philippo diacono, sicut in [1] Actibus apostolorum legitur, pecunia voluit a sanctis apostolis emere ut etiam per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus. Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem detestandam turpitudinem indifferenter utendi feminis. Nec deum fecisse mundum dicebat. Negabat etiam carnis resurrectionem, et asserebat se esse Christum, itemque Iovem se credi volebat. Minervam vero meretricem quandam [2] Helenen, quam sibi sociam scelerum fecerat, imaginesque et suam et eiusdem meretricis discipulis suis praebebat adorandas, quas et Romae tanquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat. In qua urbe apostolus Petrus eum vera dei omnipotentis virtute [3] extinxit.

Cap. II. Menandriani, a Menandro etiam ipso mago, discipulo eius, qui mundum asserebat non a deo, sed ab angelis factum.

Cap. III. [1] Saturniniani, a quodam Saturnino, qui turpitudinem Simonianam in Syria confirmasse perhibetur; qui etiam mundum solos angelos septem praeter [2] conscientiam dei patris fecisse dicebat.

Cap. IV. Basilidiani, a Basilide, qui hoc distabat a Simonianis, quod trecentos sexaginta quinque caelos esse dicebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est [1] ΑΒΡΑΣΑΞ, cuius nominis litterae secundum

Cap. I. — 1. *Actor VIII.* 2. *Editi* Selenen. *At MSS.* Helenam *aut* Helenen, *verius. Hanc enim Simon delirabat fuisse Helenam ipsam Troianam ex Tertulliano lib. de Anima c. 34., ex Philastrio etc.* Ἑλένην *etiam nominat Epiphanius, nec aliter Damascenus in opere de haeresibus.* (Bened.) 3. *Hic in editis additur:* Dixerat enim se in monte Sina legem Moysi in patris persona dedisse Iudaeis; tempore Tiberii in filii persona putative apparuisse, postea se in linguis igneis spiritum sanctum super apostolos venisse; Christum autem nec venisse, nec a Iudaeis quicquam pertulisse. (Bened.)

Cap. III. — 1. *Apud Epiphanium et Damascenum* Saturniliani *appellantur, eorumque auctor* Saturnilus. *Sic etiam vocat Iustinus in dialogo cum Tryphone, ac Theodoretus.* (Bened.) 2. scientiam *habet unus e Vaticanis codicibus.*

Cap. IV. — 1. *Sic manuscripti, Epiphanio et Damasceni consentientes. At editi* ΑΒΡΑΞΑΣ. (Bened.)

Graecam supputationem eundem numerum complent. Sunt enim septem, A et B et P et A et Σ et A et Ξ id est unum et duo et centum et unum et sexaginta et unum et ducenta, quae fiunt in summa [2]trecenta sexaginta quinque.

Nicolaitae a Nicolao nominati sunt, uno, ut perhibetur, ex illis septem quos apostoli diaconos [1]ordinaverant. Iste cum de zelo pulcherrimae coniugis culparetur, velut purgandi se causa permisisse fertur ut ea qui vellet uteretur. Quod eius factum in sectam turpissimam versum est, qua placet usus indifferens feminarum. Hi nec ab iis quae idolis immolantur cibos suos separant, et alios ritus gentilium superstitionum non [2]aversantur. Narrant etiam quaedam fabulosa de mundo, nescio quae barbara principum nomina miscentes disputationibus suis, quibus terreant auditores, quae prudentibus risum potius faciunt quam timorem. Intelliguntur autem etiam isti non deo tribuere creaturam, sed quibusdam potestatibus quas mirabili vel fingunt vanitate vel credunt. Cap. V.

Gnostici propter excellentiam scientiae sic se appellatos esse vel appellari debuisse gloriantur, cum sint superioribus omnibus vaniores atque turpiores. Denique cum ab aliis atque aliis per diversas terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas vocant, quasi coenosos, propter nimiam turpitudinem, quam in suis mysteriis exercere dicuntur. Aliqui eos a Nicolaitis exortos putant, aliqui a Carpocrate de quo post loquemur. Tradunt autem dogmata fabulosissimis plena figmentis: etiam ipsi principum vel angelorum nominibus terribilibus infirmas animas capiunt, et de deo rerumque natura fabulosa et a sanitate veritatis aliena multa contexunt. Animarum substantiam dei dicunt esse naturam, earumque adventum in haec [1]corpora et reditum ad deum iisdem suis fabulis longissimis et stultissimis secundum suos errores inserunt: et illos qui eis credunt faciunt non multa, ut putant, scientia praepollere, sed multa, ut ita dicam, fabulositate vanescere. Dicuntur quoque bonum deum et malum deum in suis habere dogmatibus. Cap. VI.

2. *Veterum MSS. auctoritate expunximus verba haec quae de Basilidianis haereticis editi addunt:* Mundum istum vel hominem non credunt a deo factum, sed a trecentesimo sexagesimo quinto caelo. Amatoria carmina studiose discunt. A Iudaeis non credunt Christum crucifixum, sed Simonem Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem eius. (Bened.)

Cap. V. — 1. *Act. VI,5.* 2. *Ed. Lovaniensium* adversantur. *Melius Erasmi editio cum MSS.* aversantur. (Bened.)

Cap. VI. — 1. *Editio Erasmi:* corpora cum aliis aëreis animabus dicunt fieri, per quas peccata in corporibus committuntur. Nam illas animas quae ex dei procedunt substantia reverti ad deum immaculatas. Dicuntur *cett. Locum ex MSS. exemplaribus redintegrarunt Lovanienses.* (Bened.)

Cap. VII. Carpocratiani sunt a Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationem, omnemque adinventionem peccati, nec aliter evadi atque transiri principatus et potestates, quibus haec placent, ut possit ad caelum superius perveniri. Hic etiam Iesum hominem tantummodo, et de utroque sexu natum putasse perhibetur, sed accepisse talem animam quae sciret ea quae superna essent atque nuntiaret. Resurrectionem corporis simul cum lege abiiciebat. Negabat a deo factum, sed a nescio quibus virtutibus mundum. Sectae ipsius fuisse traditur quaedam Marcellina, quae colebat imagines Iesu et Pauli et Homeri et Pythagorae adorando incensumque ponendo.

Cap. VIII. Cerinthiani a Cerintho idemque Merinthiani a Merintho, mundum ab angelis factum esse dicentes, et carne circumcidi oportere, atque alia huiusmodi legis praecepta servari. Iesum hominem tantummodo fuisse, nec resurrexisse, sed resurrecturum asseverantes. Mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros fabulantur, unde etiam [1] Chiliastae sunt appellati.

Cap. IX. Nazaraei cum dei filium confiteantur esse Christum, omnia tamen veteris legis observant, quae Christiani per apostolicam traditionem non observare carnaliter, sed spiritaliter intelligere [1] didicerunt.

Cap. X. Hebionaei Christum etiam tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia legis observant, circumcisionem scilicet carnis, et cetera a quorum oneribus per novum testamentum liberati sumus. Huic haeresi Epiphanius Sampsaeos et [1] Elcesaeos ita copulat, ut sub eodem numero tanquam una sit haeresis ponat, aliquid tamen interesse significans, quamvis et in consequentibus loquatur de illis, ponens eos sub numero suo. [2] Eusebius vero Elcesaitarum sectam commemorans fidem in persecutione dicit negandam docuisse, et in corde servandam.

Cap. XI. Valentiniani a Valentino, qui de natura rerum multa fabulosa confinxit, triginta Aeonas, id est secula asserens extitisse, quorum principium esse Profundum et Silentium, quod Profundum etiam Patrem [1] appellat. Ex quibus duobus velut ex coniugio processisse

Cap. VIII. — 1. Chiliastae sunt appellati.] *Vide lib. XX. de Civ. Dei cap. 7.* (Bened.)

Cap. IX. — 1. didicerunt] *Vide lib. I. contra Cresconium cap. 31.* (Bened.)

Cap. X. — 1. *In antiquis codicibus scriptum reperimus cum aspiratione* Helcesaeos, *et infra* Helcesaitarum *seu* Helceseitarum. (Bened.) 2. Eusebius] *Euseb. lib. VI, cap. 38.*

Cap. XI. — 1. *Michaëlinus, Colbertinus et Vaticanus codex addunt:* silentium matrem. (Bened.)

perhibet Intellectum et Veritatem, et protulisse in honorem patris Aeonas octo. De Intellectu autem et Veritate processisse Verbum et Vitam, et protulisse Aeonas decem. Porro de Verbo et Vita processisse Hominem et Ecclesiam, et protulisse Aeonas duodecim. Itaque octo et decem et duodecim fieri triginta Aeonas, habentes, ut diximus, primum principium de Profundo et Silentio. Christum autem a Patre missum, id est a Profundo, spiritale vel caeleste corpus secum attulisse, nihilque assumpsisse de virgine Maria, sed per illam tanquam per rivum aut per fistulam sine ulla de illa assumpta carne [3]transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solum per Christum spiritum et animam salutem accipere affirmans.

[1]Secundiani hoc a Valentinianis distare dicuntur, quod addunt opera turpitudinis. Cap. XII.

Ptolemaeus quoque discipulus Valentini haeresim novam condere cupiens quatuor Aeonas et alias quatuor asserere maluit. Cap. XIII.

Marcus etiam nescio quis haeresim condidit, negans resurrectionem carnis, et Christum non vere, sed putative passum asseverans. Duo quoque opinatus est ex adverso sibi esse principia, quiddam tale de Aeonibus quale Valentinus affirmans. Cap. XIV.

[1]Colorbasus secutus est istos, non multum aliter sentiens, vitam omnium hominum et generationem in septem sideribus consistere affirmans. Cap. XV.

Heracleonitae, ab Heracleone discipulo superiorum, duo asserunt principia, unum ex altero, et ex his duobus alia plurima. Feruntur autem suos morientes novo modo quasi redimere, id est per oleum, balsamum et aquam et invocationes, quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum. Cap. XVI.

Ophitae a colubro nominati sunt; coluber enim Graece ὄφις dicitur. Hunc autem Christum arbitrantur; sed habent etiam verum [1]colubrum assuetum eorum panes lambere, atque ita eis velut eu- Cap. XVII.

2. rimam *edit Erasmi.* 3. *Quod hic in editis fuerat additum:* De tricesimo seculo dicit diabolum genitum, et a diabolo alios natos qui fecerint hunc mundum. Et ideo malitiam non arbitrio tribuit, sed naturae mundi, id est generi diabolico *abest a MSS.* (Bened.)

Cap. XII. — 1. *Edit Lovan. et aliquot MSS.* Sevandiani. *Alii cum Erasmo* Secundiani; *quorum scilicet princeps Secundus a Philastrio, Epiphanio et aliis dicitur.* (Bened.)

Cap. XV. — 1. Colarbasum *editi appellant, multata altera vocali o in a, reluctantibus antiquis scripturis.* (Bened.)

Cap. XVII. — 1. *Ita in MSS. At in excusis describitur isthaec haeresis hoc fere modo:* Hunc autem colubrum qui decepit Adam et Evam Christum arbitrantur: sed habent etiam verum colubrum quem nutriunt et venerantur. Qui et incantante sacerdote egreditur de spelunca et ascendit super altare innixum speluncae et oblationes eorum lambit, et involvens se circa eas regreditur ad speluncam et ita confringunt oblationes in eucharistiam, quasi a serpente Christo, ut illi

charistiam sanctificare. Quidam dicunt istos Ophitas ex Nicolaitis sive Gnosticis extitisse, et per eorum fabulosa figmenta ad colubrum colendum fuisse perventum.

Cap. XVIII. Caiani propterea sic appellati, quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimae esse virtutis. Simul et Iudam traditorem divinum aliquid putant esse, et scelus eius beneficium deputant, asserentes eum praescisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, et occidendum Iudaeis propterea tradidisse. Illos etiam, qui schisma facientes in primo populo dei terra dehiscente [1] perierunt, et Sodomitas colere perhibentur. Blasphemant legem, et deum legis auctorem carnisque resurrectionem negant.

Cap. XIX. Sethiani nomen acceperunt a filio Adae, qui vocatus est Seth; eum quippe honorant, sed fabulosa et haeretica vanitate. Dicunt enim eum de superna matre natum, quam perhibent convenisse cum superno patre, unde divinum semen aliud nasceretur, tanquam filiorum dei. Ili quoque multa de principatibus et potestatibus vanissima fabulantur. Quidam eos dicunt Sem filium Noë Christum putare.

Cap. XX. Archontici a principibus appellati universitatem, quam deus condidit, opera esse principum dicunt. Operantur etiam quandam turpitudinem. Resurrectionem carnis negant.

Cap. XXI. Cerdoniani a Cerdone nominati, qui duo principia sibi adversantia dogmatizavit, deumque legis ac prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum deum esse, sed iustum, patrem vero Christi bonum, Christumque ipsum natum ex femina neque habuisse carnem, nec vere mortuum vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Quidam vero in duobus principiis suis duos deos ita eum dixisse perhibent, ut unus eorum esset bonus, alter autem malus. Resurrectionem mortuorum negat, spernens etiam testamentum vetus.

Cap. XXII. Marcion quoque, a quo Marcionitae appellati sunt, Cerdonis secutus est dogmata de duobus principiis. Quamvis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia, bonum, iustum, pravum: sed [1] Eusebius Sinerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem.

Cap. XXIII. Apellitae sunt quorum Apelles est princeps, qui duos quidem deos introducit, unum bonum, alterum malum: non tamen in duo-

putant, sanctificatas. Tradunt huius serpentis cultum a Nicolaitis sive Gnosticis ad istos deductum. (Bened.)

Cap. XVIII. — 1. *Post* perierunt *editi addunt* Chore, Dathan et Abiron; *id non est in MSS.*" (Bened.) Cf. Numer. XVI, 24. seqq.

Cap. XXII. — 1. Euseb. lib. V, cap. 13.

bus diversis atque inter se adversis esse principiis, sed unum esse principium, deum scilicet bonum, et ab illo factum alterum, qui cum malignus esset, inventus est in sua mundum malignitate fecisse. Hunc Apellem dicunt quidam etiam de Christo tam falsa sensisse, ut diceret eum non quidem carnem [1] deposuisse de caelo, sed ex elementis mundi accepisse, quae mundo reddidit, cum sine carne resurgens in caelum ascendit.

Severiani a Severo exorti vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de satana et terra germinasse asserant vitem. Etiam ipsi non sanam doctrinam suam quibus volunt inflant nominibus principum, carnis resurrectionem cum vetere testamento [1] respuentes. Cap. XXIV.

Tatiani a Tatiano quodam instituti, qui et Encratitae appellati sunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suorum numerum coniugio utentem, sive marem sive feminam. Non vescuntur carnibus, easque omnes abominantur. Prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt. Saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos et Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos [2] dicat. Cap. XXV.

Cataphryges sunt quorum auctores fuerunt Montanus tanquam paraclitus et duae prophetissae ipsius, Prisca et Maximilla. His nomen provincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt ibique vixerunt, et etiamnunc in eisdem partibus populos habent. Adventum spiritus sancti a domino promissum in se potius quam in apostolis eis fuisse asserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent, et ideo dicunt eas permisisse [1] apostolum Paulum quia ex parte sciebat et ex parte prophetabat; nondum enim venerat quod Cap. XXVI.

Cap. XXIII. — 1. *Sola ed. Lovan.* duxisse de coelo. (Bened.) *Fortasse scribendum est* desumpsisse.

Cap. XXIV. — 1. *Subiungunt editi:* Hic praeterea Philumenen quandam puellam dicebat inspiratam divinitus ad praenuntianda futura, ad quam somnia atque aestus sui animi referens divinationibus seu praesagiis eius secretim erat solitus praemoneri, eodem phantasmate eidem Philumenae pueri habitu se demonstrante, qui puer apparens Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum, a quo phantasmate sciscitans ea soleret respondere quae se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter quae illud praecipuum, quod in angustissimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, eumque extremis digitulis levare soleret illaesum, eoque solo quasi divinitus sibi cibo dato fuisset contenta. *Abest id totum a MSS., quod forte cum esset a quopiam in ora libri, non de Severo, sed de Apelle annotatum, librarii hallucinantes istuc transtulerunt. De Apelle ac eiusdem Philumene Tertullianus lib. De Praescript. Haeret. cap. 6. et 30.* (Bened.)

Cap. XXV. — 1. *Editi ferunt* a Tacio. *Sed MSS.* a Tatiano, *quo eum nomine veteres historici appellant."* (Bened.) 2. „*Editi* dicant. *Melius aliquot MSS.* dicat. *Refer ad Epiphanium, qui Encratitas* ἀπόσπασμα Τατιανοῦ *dicit in Epitome.* (Bened.)

Cap. XXVI. — 1. *I Corinth. 13, 9.*

perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum et in eius prophetissas venisse delirant. Sacramenta perhibentur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinae, panemque inde facientes: qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos [2] pro martyre, si autem vixerit, pro magno sacerdote.

Cap. XXVII. [1] Pepuziani a loco quodam nominati sunt, quam civitatem desertam dicit Epiphanius. Hanc autem isti divinum aliquid esse arbitrantes Hierusalem vocant; tantum dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillae et Priscillae in eadem civitate Pepuza Christum specie feminae revelatum; unde ab hac Quintilliani etiam nuncupantur. Faciunt et ipsi de sanguine infantis quod [2] Cataphrygas facere supra diximus. Nam et ab eis perhibentur exorti. Denique alii hanc Pepuzam non esse civitatem, sed villam dicunt fuisse Montani et prophetissarum eius Priscae et Maximillae, et quia ibi vixerunt, ideo locum meruisse appellari Hierusalem.

Cap. XXVIII. Artotyritae sunt quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerunt enim panem et caseum, dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terrae et ovium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius.

Cap. XXIX. Thessarescaedecatitae hinc appellati sunt, quod non nisi quartadecima [1] luna, Pascha celebrant, quilibet septem dierum occurrat dies, et si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant et vigilant.

Cap. XXX. [1] Alogi propterea sic vocantur tanquam sine verbo (ΛΟΓΟΣ enim Graece verbum dicitur), quia deum verbum recipere noluerunt, Iohannis Evangelium respuentes; cuius nec Apocalypsin accipiunt, has videlicet scripturas negantes esse ipsius.

Cap. XXXI. Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem, quae fuit ante peccatum. Unde et nuptias aversantur, quia nec prius quam peccasset Adam, nec prius quam dimissus esset de

2. *Colbertini codices duo et unus e Vaticanis* pro magno martyre; si autem vixerit, pro summo sacerdote. *Alii Vaticani cum antiquissimo Floriacensi, cum Becheronensi etc.* pro martyre; si autem vixerit, pro maximo sacerdote. *Michaelinus MS.* pro primo sacerdote. (Bened.)

Cap. XXVII. — 1. *In omnibus prope MSS.* Pepudiani; *et infra pro* Pepuza *constanter scriptum est* Pepudia. (Bened.) *Non aliter passim variant in veteribus libris* diabolus *et* zabulus, diaconus *et* zaconus *et alia.* 2. *Ita MSS. testibus ipsis Benedictinis editoribus, qui cum reliquis retinuerunt* Cataphryges.

Cap. XXIX. — 1. luna] *Editi hic addunt* mense Martio. (Bened.)

Cap. XXX. — 1. *In editis* Alogiani. *Restituendum ex MSS.* Alogi, *qui a Graecis haeresiographis dicuntur* Ἄλογοι. (Bened.)

paradiso, cognovit uxorem. Credunt ergo quod nuptiae futurae non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares feminaeque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta, et ex hoc paradisum suam arbitrantur ecclesiam.

Elcesaeos et Sampsaeos hic tanquam ordine suo commemorant Cap. XXXII.
Epiphanius, quos dicit a quodam pseudopropheta esse deceptos qui vocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Cetera Hebionaeis tenere similia.

Theodotiani a [1]Theodoto quodam instituti hominem tantummodo Cap. XXXIII.
Christum asseverant. Quod dicitur quidem Theodotion propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui devitare putabat opprobrium, si non deum negasse, sed hominem videretur.

Melchisedeciani Melchisedec sacerdotem dei excelsi non homi- Cap. XXXIV.
nem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur.

Bardesanistae a quodam Bardesane, qui in doctrina Christi Cap. XXXV.
prius extitisse perhibetur insignis, sed postea, quamvis non per omnia, in Valentini haeresim [1]lapsus est.

Noëtiani a quodam Noëto, qui dicebat Christum eundem ipsum Cap. XXXVI.
esse patrem et spiritum sanctum.

Valesii et seipsos castrant et hospites suos, hoc modo existi- Cap. XXXVII.
mantes deo se debere servire. Alia quoque haeretica docere dicuntur et turpia: sed quae illa sint nec ipse commemoravit Epiphanius nec uspiam potui reperire.

[1]Cathari, qui seipsos isto nomine, quasi propter munditiam, Cap. XXXVIII.
superbissime atque odiosissime nominant, secundas nuptias non admittunt, paenitentiam denegant, Novatum sectantes haereticum: unde etiam Novatiani appellantur.

Angelici, in angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius iam Cap. XXXIX.
omnino defecisse testatur.

Apostolici, qui se isto nomine arrogantissime vocaverunt eo Cap. XL.
quod in suam communionem non reciperent utentes coniugibus et res proprias possidentes, quales habet [1]catholica et monachos et

Cap. XXXII. — 1. *Ab Epiphanio in Anacephalaeosi* Ἐλκεσσαῖος *nominatur, in Panario* Ἠλξαΐ, *in Panarii Synopsi* Ἠλξά. (Bened.)

Cap. XXXIII. — 1. *Editi* Theodotione, *pauloque post* idem Theodotion. *Castigantur ex Vaticano codice.* (Bened.)

Cap. XXXV. — 1. *Post* lapsus est *adiecta erant in excusis verba haec:* ut fato ascriberet conversationes hominum: *quae in MSS. nostris non reperimus.* (Bened.)

Cap. XXXVIII. — 1. *In MSS.* Catharoe sive Novatiani, qui se ipsos *cett. Graecis sunt* Καθαροί. (Bened.)

Cap. XL. — 1. *In editis* catholica ecclesia. *Abest* ecclesia *a MSS.* (Bened.)

clericos plurimos. Sed ideo isti haeretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes nullam spem putant eos habere qui utuntur his rebus quibus ipsi carent. Encratitis isti similes sunt; nam et Apotactitae appellantur. Sed et alia nescio quae propria haeretica docere perhibentur.

Cap. XLI. Sabelliani ab illo Noëto, quem supra memoravimus, defluxisse dicuntur. Nam et discipulum eius quidam perhibent fuisse Sabellium. Sed qua causa duas haereses eas Epiphanius computet nescio; cum fieri potuisse videamus ut fuerit Sabellius iste famosior, et ideo ex illo celebrius haec haeresis nomen acceperit. Noëtiani enim difficillime ab aliquo sciuntur, Sabelliani autem sunt in ore multorum. Nam et Praxeanos a Praxea quidam vocant, et Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas et Hermogenes eadem sentientes in Africa fuisse dicuntur: nec tamen istae plures sectae sunt, sed unius sectae plura nomina, ex his hominibus qui in ea maxime innotuerunt, sicut Donatistae iidem Parmenianistae, sicut Pelagiani iidem Caelestiani. Unde ergo sit factum ut Noëtianos et Sabellianos non unius haeresis duo nomina, sed tanquam duas haereses supradictus Epiphanius poneret, liquido invenire non potui, quia si quid inter se differunt, tam obscure dixit, studio forsitan brevitatis, ut non intelligam. Loco quippe isto, quo et nos, tam longe a Noëtianis Sabellianos commemorans, Sabelliani, inquit, similia Noëto dogmatizantes, praeter hoc quod dicunt patrem non esse passum. Quo modo de Sabellianis intelligi potest, cum sic innotuerint dicere patrem passum, ut Patripassiani quam Sabelliani crebrius nuncupentur? Aut si forte in eo quod ait, Praeter hoc quod dicunt patrem non esse passum, Noëtianos hoc dicere intelligi voluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel quo modo possunt intelligi quilibet eorum patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse et patrem et filium et spiritum sanctum? Philaster autem Brixianus episcopus in prolixissimo libro quem de haeresibus condidit et CXXVIII haereses arbitratus est computandas, Sabellianos continuo post Noëtianos ponens, Sabellius, inquit, discipulus eius, qui similitudinem sui doctoris itidem secutus est, unde et Sabelliani postea sunt appellati, qui et Patripassiani et Praxeani a Praxea, et Hermogeniani ab Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui et ita sentientes abiecti sunt ab ecclesia catholica. Certe iste eosdem postea Sabellianos dixit appellatos qui ea quae Noëtus sentiebant, et alia nomina eiusdem sectae commemoravit, et tamen Noëtianos et Sabellianos sub duobus numeris tanquam duas haereses posuit; qua causa, ipse viderit.

[1]Origeniani a quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui fere omnibus notus est, sed ab alio nescio quo, de quo vel sectatoribus eius Epiphanius loquens, Origeniani, inquit, cuiusdam [2]Origenis, turpis autem sunt operationis isti: sunt [3]nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes. Alios autem Origenianos continuo subiiciens: Cap. XLII.

Origeniani, inquit, alii, qui et Adamantii [4]tractatoris, qui et mortuorum resurrectionem repellunt, Christum autem creaturam et spiritum sanctum introducentes, paradisum autem et caelos et alia omnia allegorizantes. Haec quidem de Origene Epiphanius. [5]Sed qui eum defendunt, unius eiusdemque substantiae esse dicunt docuisse patrem et filium et spiritum sanctum, neque resurrectionem repulisse mortuorum: [6]quamvis et in istis eum convincere studeant qui eius plura legerunt. Sunt et alia huius Origenis dogmata quae catholica ecclesia omnino non recipit: in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus [7]falli, maxime de purgatione et liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis universae creaturae. Quis enim catholicus Christianus vel doctus vel indoctus non vehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum, id est etiam eos qui hanc vitam in flagitiis et facinoribus et sacrilegiis atque impietatibus quamlibet maximis finierunt, ipsum etiam postremo diabolum atque angelos eius, quamvis post longissima tempora, purgatos atque liberatos regno dei lucique restitui, et rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt ad haec mala denuo relabi et reverti, et has vices alternantes beatitudinum et miseriarum rationalis creaturae semper fuisse, semper fore? De qua vanissima impietate adversus philosophos, a quibus ista didicit Origenes, [8]in libris de Civitate Dei diligentissime [9]disputavi. Cap. XLIII.

Cap. XLII. et Cap. XLIII. — 1. *Epiphanius in Panario quidem haeresib. 63 et 64. aperte profitetur nescire se an Origeniani isti turpes ab Origene Adamantio dicti sint, an ab alio Origene. Sed profecto in Anacephalaeosi, quae sola sine Panario venit in manus Augustini, de utrisque Origenianis sic dicit obscure, ut priores non ab eodem Origene Adamantio, sed ab alio profectos crederes.* (Bened.) 2. *Edit. Lovan.* Origenis discipuli. *Vox* discipuli *abest ab Erasm. et MSS., nec non a Graeco textu Epiphanii.* (Bened.) 3. nefanda facientes] *In MSS.* inenarrabilia facientes. *Graece est* ἀῤῥητοποιοῦντες. (Bened.) 4. *Editi* qui et Adamantii tractatoris illius sectatores, qui et mortuorum resurrectionem negant, Christum autem et spiritum sanctum creaturam dicunt, paradisum autem et caelos et alia non credunt esse secundum litteram, sed in allegoria. *Veteres autem libri pressius inhaerent Graeco.* (Bened.) 5. *Ante Benedictinos habebatur vulgo* Epiphanius refert. Sed defensores eius dicunt Originem patrem et filium et spiritum sanctum unius eiusdemque substantiae docuisse neque resurrectionem *cett.* 6. *Soli editi* repulisse mortuorum, sed qui eius plura legerunt, contradicunt. Sunt et alia *cett.* (Bened.) 7. *Sic MSS. At editi* ab eius defensoribus excusari. (Bened.) 8. De Civ. Dei lib. XXI. 9. *Veterum codi-*

Cap. XLIV. Pauliani, a Paulo Samosateno, Christum non semper fuisse dicunt, sed eius initium ex quo de Maria natus est asseverant, nec eum aliquid amplius quam hominem putant. Ista haeresis aliquando cuiusdam [1]Artemonis fuit, sed cum defecisset, instaurata est a Paulo, et postea sic a Photino confirmata, ut Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur. Istos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica Nicaeno concilio constitutum est. Unde credendum est eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi haeretici cum de catholica discederent abstulerunt, eamque custodiunt.

Cap. XLV. Photinus ab Epiphanio non continuo post Paulum sive cum Paulo, sed aliis interpositis ponitur. Non tacetur sane similia credidisse, secundum aliquid tamen adversatus ei dicitur, sed quid sit ipsum aliquid omnino non dicitur. Philaster autem continuatim ponit ambos sub singulis et propriis numeris, quasi haereses duas, cum dicat Photinum in omnibus Pauli secutum fuisse doctrinam.

Cap. XLVI. Manichaei a quodam Persa extiterunt qui vocabatur Manes; quamvis et ipsum, cum eius insana doctrina [1]coepisset in Graecia praedicari, Manichaeum discipuli eius appellare maluerunt, devitantes nomen insaniae. Unde quidam quasi doctiores et eo ipso mendaciores geminata littera Mannicheum vocant, quasi manna fundentem. Iste duo principia inter se diversa atque adversa, eademque aeterna et coaeterna, hoc est semper fuisse, composuit, duasque naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos opinatus est. Quarum inter se pugnam et commixtionem, et boni a malo purgationem, et boni quod purgari non poterit, cum malo in aeternum damnationem, secundum sua dogmata asseverantes multa fabulantur, quae cuncta intexere huic operi nimis longum est. Ex his autem suis fabulis vanis atque impiis coguntur dicere animas bonas, quas censent ab animarum malarum naturae scilicet contrariae commixtione liberandas,

*cum auctoritate removimus quod in excusis hic addebatur:* Dicit praeterea ipse Origenes, quod filius dei sanctis hominibus comparatus veritas sit, patri collatus mendacium, et quantum distant apostoli Christo, tantum filius patri. Unde nec orandus est filius cum patre, quia non est auctor indulgendarum petitionum, sed supplicator. (Bened.)

Cap. XLIV. — 1. *In excusis* Artemonii. *At in MSS.* Artemonis. (Bened.)

Cap. XLVI. — 1. *Sic omnino ferunt MSS. At editi* coepisset nomen praedicari: nam ante hac Urbicus (*immo* Cubricus *ex Epiphan. haer. 66.*) vocabatur. Sed in Graecia discipuli eius vitantes nomen insaniae, quasi doctiores et eo ipso mendaciores geminata N. littera Mannichaeum, quasi manna fundentem pro Manichaeo, id est insano, appellaverunt. Iste duo principia *cett.* (Bened.)

eius cuius deus est esse naturae. Proinde mundum a natura boni, hoc est a natura dei factum confitentur quidem. sed de commixtione boni et mali, quae facta est quando inter se utraque natura pugnavit. Ipsam vero boni a malo purgationem ac liberationem non solum per totum mundum et de omnibus eius elementis [2] virtutes dei facere dicunt, verum etiam electos suos per alimenta quae sumunt. Et eis quippe alimentis, sicut universo mundo, dei substantiam perhibent esse commixtam, quam purgari putant in electis suis eo genere vitae quo vivunt electi Manichaeorum velut sanctius et excellentius auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est electorum et auditorum, ecclesiam suam constare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc partem bonae divinaeque substantiae, quae mixta et colligata in escis et potibus detinetur, maximeque in eis qui generant filios, artius et inquinatius colligari putant. Quidquid vero undique purgatur luminis, per quasdam naves, quas esse lunam et solem volunt, regno dei tanquam propriis sedibus reddi. Quas itidem naves de substantia dei pura perhibent fabricatas. Lucemque istam corpoream animantium mortalium oculis adiacentem, non solum in his navibus, ubi eam purissimam credunt, verum etiam in aliis quibusque lucidis rebus, ubi secundum ipsos tenetur admixta crediturque purganda, dei dicunt esse naturam. Quinque enim elementa, quae genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum, eaque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum: in fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem censent: in tenebris serpentia, in igne quadrupedia, in aquis natatilia, in vento volatilia. His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno et substantia dei missa esse, et in illa pugna fuisse permixta fumo aëra, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquae malae aquam bonam, vento malo ventum bonum. Naves autem illas, id est duo caeli luminaria ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem vero ex igne bono. Esse autem in eis navibus sanctas virtutes, quae se in masculos transfigurant, ut illiciant feminas gentis adversae, [3] et rursus in feminas, ut illiciant masculos eius-

2. *Editi* virtutem dei. *Melius MSS.* virtutes dei; *quas nimirum infra Manichaei dicunt esse in sole et luna tanquam in duabus navibus sanctas virtutes. Concordat in Augiensi exemplari vetus ille de haeresibus liber, quem indito nomine Praedestinati publicavit Iacobus Sirmondus, qui tamen hoc loco virtutem dei edidit.* (Bened.) 3. et rursus in feminas — — gentis adversae *desideratur in editis ante Benedictinos, qui ea verba ex MSS. adiecerunt, et conferre nos iubent lib. de Nat. Boni cap. 44.*

dem gentis adversae, et per hanc illecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, et purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatumque illis navibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occasione, vel potius exsecrabilis superstitionis quadam necessitate, coguntur electi eorum velut eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de aliis cibis quos accipiunt, substantia illa divina purgetur. Sed hoc se facere negant, et alios nescio quos sub nomine Manichaeorum facere affirmant. Detecti sunt tamen in ecclesia, sicut scis [4]apud Carthaginem, iam te ibi diacono constituto, quando instante Urso tribuno, qui tunc domui regiae praefuit, aliqui adducti sunt. Ubi puella nomine Margarita istam nefariam turpitudinem prodidit, quae cum esset annorum nondum duodecim, propter hoc scelestum mysterium se dicebat esse [5]vitiatam. Tunc Eusebiam quandam Manichaeam quasi sanctimonialem, idipsum propter hoc ipsum passam, vix compulit confiteri, cum primo illa se asseruisset integram, atque ab obstetrice inspici postulasset: quae inspecta et quid esset inventa totum illud turpissimum scelus, ubi ad excipiendum et commiscendum concumbentium semen farina substernitur, quod Margarita indicante absens non audierat, similiter indicavit. Et recenti tempore nonnulli eorum reperti et ad ecclesiam ducti, sicut gesta episcopalia quae nobis misisti ostendunt, hoc non sacramentum, sed exsecramentum, sub diligenti interrogatione confessi sunt: quorum unus, nomine Viator, eos qui ista faciunt proprie [6]Catharistas vocari dicens, cum alias eiusdem Manichaeae sectae partes in [7]Mattarios et specialiter Manichaeos distribui perhiberet, omnes tamen has tres formas ab uno auctore propagatas, et omnes generaliter Manichaeos esse negare non potuit. Certe illi libri Manichaei sunt omnibus sine dubitatione communes, in quibus libris illa portenta ad illiciendos et per concupiscentiam dissolvendos utriusque sexus principes tenebrarum, ut liberata fugiat ab eis quae captivata tenebatur in eis divina substantia, de masculorum in feminas et feminarum in masculos transfiguratione conscripta sunt, unde ista, [8]quam quilibet eorum negant ad se pertinere, turpitudo defluxit.

4. apud Carthaginem] *Cf. Possidium V. Augustini cap. 16.* 5. *Sic MSS. Editi autem habent* violatam. (Bened.) 6. *Post* Catharistas *editi addunt* id est mundatores vel purgatores. (Bened.) 7. *Editi* Macarios; *quod erratum secutus est Sirmondus in suo Praedestinato, quamquam Augiense eiusdem Praedestinati exemplar praefert* Mattarios. *Sic vero habent hic etiam Augustini MSS. omnes. Nempe quia in mattis dormiunt, Mattarii appellantur, ex lib. V. c. Faust. cap. 5.* (Bened.) 8. *Sic Vaticani duo MSS. At editi* unde ista eorum, quamlibet negant *cett.* (Bened.)

Divinas enim virtutes quantum possunt imitari se putant, ut purgent dei sui partem: quam profecto, sicut in omnibus corporibus caelestibus et terrestribus, atque in omnium rerum seminibus, ita et in hominis semine teneri existimant inquinatam. Ac per hoc sequitur eos, ut sic eam etiam de semine humano, quemadmodum de aliis seminibus quae in alimentis sumunt, debeant manducando purgare. Unde etiam Catharistae appellantur, quasi purgatores, tanta eam purgantes diligentia, ut se nec ab hac tam horrenda cibi turpitudine abstineant. Nec vescuntur tamen carnibus, tanquam de mortuis vel occisis fugerit divina substantia, tantumque ac tale inde remanserit, quod iam dignum non sit electorum ventre purgari. Nec ova saltem sumunt, quasi et ipsa cum franguntur expirent, nec oporteat [9] ullis mortuis corporibus vesci, et hoc solum vivat ex carne quod farina, ne moriatur, excipitur. Sed nec alimonia lactis utuntur, quamvis de corpore animantis vivente mulgeatur sive sugatur; non quia putant divinae substantiae nihil ibi esse permixtum, sed quia sibi error ipse non constat. Nam et vinum non bibunt, dicentes fel esse principum tenebrarum, cum vescantur uvis. Nec musti aliquid, vel recentissimi, sorbent. Animas auditorum suorum in electos revolvi arbitrantur, aut feliciore compendio in escas electorum suorum, ut iam inde purgatae in nulla corpora revertantur. Ceteras autem animas et in pecora redire putant, [10] et in omnia quae radicibus fixa sunt atque aluntur in terra. Herbas enim atque arbores sic putant vivere, ut vitam quae illis inest et sentire credant et dolere cum [11] laeduntur, nec aliquid inde sine cruciatu eorum quemquam posse vellere aut carpere. Propter quod agrum etiam spinis purgare nefas habent. Unde agriculturam, quae omnium artium est innocentissima, tanquam plurium homicidiorum ream dementes accusant: suisque auditoribus ideo haec arbitrantur ignosci, quia praebent inde alimenta electis suis, ut divina illa substantia in eorum ventre purgata impetret eis veniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipsi electi, nihil in agris operantes, nec poma carpentes, nec saltem folia ulla vellentes, expectant haec afferri usibus suis ab auditoribus suis, viventes de tot ac tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis. Monent etiam eosdem auditores suos ut, si vescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in caelestibus colligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem ducere, et

9. *Aliquot MSS.* illis mortuis. (Bened.) 10. *Sola edit. Lovan.* et omnia, *omisso* in. (Bened.) 11. *In MSS.* laeditur. (Bened.)

si utuntur coniugibus, conceptum tamen generationemque devitent, ne divina substantia, quae in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in prole. Sic quippe in omnem carnem, id est per escas et potus venire animas credunt. Unde nuptias sine dubitatione condemnant et, quantum in ipsis est, prohibent, quando generare prohibent, propter quod coniugia copulanda sunt. Adam et Evam ex parentibus principibus fumi asserunt natos, cum pater eorum nomine Saclas sociorum fetus omnium devorasset, et quidquid inde commixtum divinae substantiae ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tanquam tenacissimo vinculo colligasset. Christum autem fuisse affirmant quem dicit nostra scriptura serpentem, a quo illuminatos asserunt, ut cognitionis oculos aperirent, et bonum malumque dignoscerent: eumque Christum novissimis temporibus venisse ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur. Deum qui legem per Moysen dedit, et in Hebraeis prophetis locutus est, non esse verum deum, sed unum ex principibus tenebrarum. Ipsiusque testamenti novi scripturas tanquam infalsatas ita legunt, ut quod voluerint inde accipiant, quod nolunt reiiciant, eisque [12]tanquam totum verum habentes nonnullas apocryphas anteponant. [13]Promissionem domini Iesu Christi de paraclito spiritu sancto in suo haeresiarcha Manichaeo dicunt esse completam. Unde se in suis litteris Iesu Christi apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se missurum esse promiserit, atque in illo miserit spiritum sanctum. Propter quod etiam ipse Manichaeus duodecim discipulos habuit, ad instar apostolici numeri, quem numerum Manichaei hodieque custodiunt. Nam ex electis suis habent duodecim, quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum; episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur a magistris, et presbyteros, qui ordinantur ab episcopis. Habent etiam episcopi diaconos. Iam ceteri tantummodo electi vocantur. Sed mittuntur etiam ipsi qui videntur idonei ad hunc errorem vel ubi est sustentandum et augendum, vel ubi non est etiam seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre, nec quemquam eorum quos decipiunt baptizandum putant. Orationes faciunt ad solem per diem, quaquaversum circuit, ad lunam per noctem, si apparet; si autem non apparet,

12. *Sic veteres MSS. At editi* tanquam non totum verum habentibus nonnullas *cett.* (Bened.) 13. Iohann. XVI. 7.

ad Aquiloniam partem, qua sol cum occiderit ad orientem revertitur, stant orantes. Peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiae tribuunt gentis adversae, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non dei, sed malae mentis perhibent esse opificium, quae a contrario principio deo coaeterna est. [14]Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit adversus spiritum, non ex vitiata in primo homine natura nobis inesse infirmitatem, sed substantiam volunt esse contrariam, sic nobis adhaerentem, ut quando liberamur atque purgamur, separetur a nobis, et in sua natura etiam ipsa immortaliter vivat: easque duas animas, vel duas mentes, unam bonam, alteram malam, in uno homine inter se habere conflictum, quando caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; nec in nobis sanatum hoc vitium, sicuti nos dicimus, nunquam futurum, sed a nobis seiunctam atque seclusam substantiam istam mali, et finito isto seculo post conflagrationem mundi in globo quodam, tanquam in carcere sempiterno, esse victuram. Cui globo affirmant accessurum semper et adhaesurum quasi coopertorium atque tectorium ex animabus, natura quidem bonis, sed tamen quae non potuerint a naturae malae contagione purgari.

[1]Hieracitae, quorum auctor Hieraca nuncupatur, resurrectionem carnis negant. Monachos tantum et monachas et coniugia non habentes in communionem recipiunt. Ad regnum caelorum non pertinere parvulos dicunt, quia non sunt eis ulla merita certaminis, quo vitia [2]superantur. Cap. XLVII.

Meletiani a Meletio nuncupati, nolentes orare cum conversis, id est eis qui in persecutione ceciderunt, [1]schisma fecerunt. Nunc autem dicuntur Arianis esse coniuncti. Cap. XLVIII.

Ariani, ab Ario, in eo sunt notissimi errore quo patrem et filium et spiritum sanctum nolunt esse unius eiusdemque naturae atque substantiae, aut ut expressius dicatur, essentiae, quae οὐσία Graece appellatur: sed esse filium creaturam, spiritum vero sanctum creaturam creaturae, hoc est ab ipso filio creatum volunt. In eo autem quod Christum sine anima solam carnem suscepisse arbitrantur, minus noti sunt. Nec adversus eos ab aliquo inveni de hac re aliquando fuisse certatum. Sed hoc verum esse et Epiphanius non Cap. XLIX.

14. Galat. V. 17.

Cap. XLVII. — 1. *Editi* Hierachitae. *At MSS. absque spiratione in quarta syllaba* Hieracitae. *Graeci* Ἱερακῖται. (Bened.) 2. *Sic MSS. At Lovan. edit.* separentur. *Ed. Erasmi* superentur. (Bened.)

Cap. XLVIII. — 1. *Apud Lovan.* vel schisma fecerunt. *Abest* vel *ab ed. Erasm. et a MSS.* (Bened.)

tacuit, et ego ex eorum quibusdam scriptis et collocutionibus certissime comperi. Rebaptizari quoque ab his catholicos novimus: utrum et non catholicos, nescio.

Cap. L. [1]Vadianos, quos appellat, Epiphanius schismaticos, non haereticos vult videri. Alii vocant Anthropomorphitas, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudinem hominis corruptibilis, quod rusticitati eorum tribuit Epiphanius, parcens eis ne dicantur haeretici. Eos autem separasse se dicit a communione nostra culpando episcopos divites, et pascha cum Iudaeis celebrando. Quamvis sint qui eos in Aegypto ecclesiae catholicae communicare asseverent. De Photinianis autem, quos isto loco Epiphanius commemorat, iam superius satis locutus sum.

Cap. LI. Semiarianos Epiphanius dicit qui similis essentiae [1]dicunt filium, tanquam non plenos Arianos: quasi Ariani nec similem velint, cum hoc Eunomiani dicere celebrentur.

Cap. LII. Macedoniani sunt a [1]Macedonio, quos et Πνευματομάχους Graeci dicunt, eo quod de spiritu sancto litigent. Nam de patre et filio recte sentiunt, quod unius sint eiusdemque substantiae vel essentiae, sed de spiritu sancto hoc nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Hos potius quidam Semiarianos vocant, quod in hac quaestione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum. Quamvis a nonnullis perhibeantur non deum, sed deitatem patris et filii dicere spiritum sanctum, et nullam propriam habere substantiam.

Cap. LIII. Aëriani ab Aërio quodam sunt nominati, qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod episcopus non potuit ordinari, et in Arianorum haeresim lapsus propria quoque dogmata addidisse nonnulla, dicens offerri pro [1]dormientibus non oportere, nec statuta solemniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Dicebat etiam presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. Quidam perhibent istos sicut Encratitas vel Apotactitas non admittere ad communionem suam nisi continentes, et eos qui seculo renuntiaverint, ut propria nulla possideant. Ab esca tamen carnium non eos abstinere dicit Epiphanius. Philaster vero et hanc eis tribuit abstinentiam.

Cap. L. — 1. *Floriacensis codex hoc tantum loco habebat* Adianos: *Nam supra in indiculo operi praefixo cum ceteris MSS. praefert* Vadianos. *Praedestinatus in Augiensi codice* Valdianos *constantur vocat, iis duobus locis quibus Sirmondus* Audiànos *edidit. Graecis revera dicuntur* Αὐδιανοί. (Bened.)

Cap. LI. — 1. *Lovanienses addiderunt* dicit patrem et filium. (Bened.)

Cap. LII. — 1. *Editi addunt* Constantinopolitanae ecclesiae episcopo, *quod a MSS. abest.* (Bened.)

Cap. LIII. — 1. *Sic MSS. At editi* dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere. (Bened.)

Aëtiani ab Aëtio sunt vocati, iidemque Eunomiani ab Eunomio Cap. LIV. Aëtii discipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in dialectica praevalens acutius et celebrius defendit hanc haeresim, dissimilem per omnia patri asserens filium, et filio spiritum sanctum. Fertur etiam usque adeo fuisse bonis moribus inimicus, ut asseveraret quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseverantia peccatorum, si huius quae ab illo docebatur fidei particeps esset.

Apollinaristas Apollinaris instituit, qui de anima Christi a ca- Cap. LV. tholica dissenserunt, dicentes sicut Ariani deum Christum carnem sine anima [1]suscepisse. In qua quaestione testimoniis evangelicis victi mentem, qua rationalis est anima hominis, defuisse animae Christi, sed pro hac ipsum verbum in eo fuisse dixerunt. De ipsa vero eius carne sic a recta fide dissensisse perhibentur, ut dicerent carnem illam et verbum unius eiusdemque substantiae, contentiosissime asseverantes verbum carnem factum, hoc est verbi aliquid in carnem fuisse conversum atque mutatum, non autem carnem de Mariae carne fuisse susceptam.

[1]Antidicomaritae appellati sunt haeretici qui Mariae virginitati Cap. LVI. usque adeo contradicunt, ut affirment eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam.

Postremam ponit Epiphanius [1]Massalianorum haeresim, quod Cap. LVII. nomen ex lingua Syra est. Graece autem dicuntur Εὐχῖται, ab orando sic appellati. Tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt incredibile videatur. Nam cum dominus dixerit, [2]Oportet semper orare et non deficere, et apostolus, [3]Sine intermissione orate, quod sanissime sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi, — isti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicarentur inter haereticos nominandi. Quamvis nonnulli eos dicant de purgatione animarum nescio quam phantasticam et ridiculam fabulam [4]narrare, porcam scilicet cum porcellis suis videri exire de ore hominis quando purgatur, et in eum visibili similiter specie ignem qui non comburat intrare. His adiungit Epiphanius Euphemitas, Martyrianos et [5]Satanianos, et hos omnes cum illis tanquam

Cap. LV. — 1. *In MSS.* carnem solam sine anima suscepisse. (Bened.)

Cap. LVI. — 1. *Editi* Antidicomarianitae, *secundum Graecos. Omnes vero hic Latini MSS.* Antidicomaritae. (Bened.)

Cap. LVII. — 1. *Editi* Psallianorum. *At plerique MSS.* Massalianorum. *Pauciores* Massilianorum, *qui tamen* Massalianos *et ipsi habent in indiculo ante praefationem. Concordant Graeci scriptores.* (Bened.) 2. Luc. XVIII. 1. 3. I Thessal. V. 17. 4. *In MSS.* nescio qua phantastica et ridicule fabulosa narrare. (Bened.) 5. *In impressis* Satamanos, *eorum vitio qui ediderunt; nam omnes MSS. ferunt* Satanianos. (Bened.)

unam haeresim ponit. Dicuntur Euchitae opinari monachis non licere sustentandae vitae suae causa aliquid operari, atque ita se ipsos monachos profiteri, ut omnino ab operibus vacent.

Usque ad istos ergo de haeresibus opus suum perduxit supradictus episcopus Cyprius, apud Graecos inter magnos habitus, et a multis in catholicae fidei sanitate laudatus. Cuius ego in commemorandis haereticis non modum, sed ordinem sum secutus. Nam et aliqua ex aliis posui quae ipse non posuit, et aliqua non posui quae ipse posuit; itaque alia latius quam ipse, alia etiam brevius explicavi, paremque in nonnullis exhibui brevitatem, omnia moderans sicut intentionis meae ratio postulabat. Proinde ille de octuaginta haeresibus, separatis viginti, quas ante domini adventum extitisse, sicut ei visum est, computavit, reliquas post domini ascensum natas sexaginta brevissimis libris quinque comprehendit, atque omnes sex libros totius eiusdem sui operis [6] fecit. Ego autem, quia secundum petitionem tuam eas haereses memorare institui, quae post glorificationem Christi se adversus doctrinam Christi, etiam sub velamine Christiani nominis extulerunt, quinquaginta septem ex Epiphanii ipsius opere in meum transtuli, duas in unam referens, ubi nullam differentiam potui reperire, et rursus ubi ille ex duabus unam facere voluit, sub numeris suis singulas posui. Sed adhuc commemorare debeo sive quas apud alios reperi, sive quas ipse reminiscor. Nunc ergo addo quas Philaster posuit, nec posuit Epiphanius.

Cap. LVIII. Metangismonitae dici possunt qui Metangismon asserunt, dicentes sic esse in patre filium, quomodo vas in vase, quasi duo corpora carnaliter opinantes, ita ut filius intret in patrem tanquam vas minus in vas maius. Unde et tale nomen hic error accepit, ut μεταγγισμός Graece diceretur: ἀγγεῖον quippe illa lingua vas dicitur. sed introitus unius vasis in alterum Latine uno nomine non potest dici sicut Graece potuit μεταγγισμός.

Cap. LIX. Seleuciani sunt vel Hermiani ab auctoribus Seleuco et Hermia, qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non a deo factam dicunt, sed deo coaeternam. Nec animam deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos volunt de igne et spiritu. Malum autem asserunt esse aliquando a deo, aliquando a materia. Negant salvatorem in carne sedere ad dexteram patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipientes occa-

6. *Editi* in sex libros totius eiusdem sui operis fecit concludi. *MSS. vero nec habent particulam* in, *nec verbum* concludi. (Bened.)

sionem de psalmo ubi legitur: [1]In sole posuit tabernaculum suum. Negant etiam visibilem paradisum. Baptismum in aqua non accipiunt. Resurrectionem non putant futuram, sed quotidie fieri in generatione filiorum.

Proclianitae secuti sunt istos, et addiderunt Christum non in carne venisse. Cap. LX.

Patriciani, a Patricio nuncupati, substantiam carnis humanae non a deo, sed a diabolo conditam dicunt, eamque sic fugiendam et detestandam putant, ut quidam eorum perhibeantur etiam morte [1]sibi illata carere carne voluisse. Cap. LXI.

Ascitae ab utre sic appellati sunt (ἀσκὸς enim Graece Latine uter dicitur), quem perhibentur inflatum et opertum circumire bacchantes, tanquam ipsi sint evangelici utres novi vino novo repleti. Cap. LXII.

Passalorynchitae in tantum silentio student, ut naribus et labiis suis digitum opponant, ne vel ipsam taciturnitatem voce praeripiant, quando tacendum sibi esse arbitrantur, unde etiam illis est nomen inditum: πάσσαλος enim dicitur Graece palus, et ῥύγχος nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus hoc nomen compositum est, nescio, cum Graece et dicatur digitus δάκτυλος, et possint utique Dactylorynchitae multo evidentius nuncupari. Cap. LXIII.

Aquarii ex hoc appellati sunt, quod aquam offerunt in poculo sacramenti, non illud quod omnis ecclesia. Cap. LXIV.

Coluthiani a quodam Colutho, qui dicebat deum non facere mala: contra illud quod scriptum est. [1]Ego deus creans mala. Cap. LXV.

Floriniani a Florino, qui e contrario dicebat deum creasse mala; contra id quod scriptum est. [1]Fecit deus omnia, et ecce bona valde. Ac per hoc quamvis contraria inter se dicentes, tamen ambo divinis eloquiis resistebant. Creat enim deus mala, poenas iustissimas irrogando: quod Coluthus non videbat: non autem malas creando naturas atque substantias, in quantum sunt naturae atque substantiae; ubi Florinus errabat. Cap. LXVI.

Haeresim quandam sine auctore et sine nomine Philaster commemorat, quae dicit hunc mundum etiam post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nunc est, esse mansurum, neque ita esse mutandum, ut sit caelum novum et terra nova, sicut [1]sancta scriptura promittit. Cap. LVII.

Cap. LIX. — 1. Psal. XVIII. 6.
Cap. LXI. — 1. *In MSS.* morte sibimet illata. (Bened.)
Cap. LXV. — 1. Esai. XLV. 7.
Cap. LXVI. — 1. Gen. I. 31.
Cap. LXVII. — 1. Esai. XLV. 17. 2 Petr. III. 13. Apocal. XXI. 1.

Cap. LXVIII. Est alia haeresis nudis pedibus semper ambulantium, eo quod dominus dixerit ad Moysen vel ad [1] Iosue, Solve calceamentum de pedibus tuis. Et quod propheta [2] Esaias nudis pedibus iussus fuerit ambulare. Ideo ergo haeresis est, quia non propter corporis afflictionem sic ambulant, sed quia testimonia divina taliter [3] intelligunt.

Cap. LXIX. Donatiani vel Donatistae sunt qui primum propter ordinatum contra suam voluntatem Caecilianum, ecclesiae Carthaginensis episcopum, schisma fecerunt, obiicientes ei crimina non probata, et maxime quod a traditoribus divinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in haeresim schisma verterunt, tanquam ecclesia Christi propter crimina Caeciliani, seu vera, seu, quod magis iudicibus apparuit, falsa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. Audent etiam rebaptizare catholicos, ubi se amplius haereticos esse firmarunt, cum ecclesiae catholicae universae placuerit nec in ipsis haereticis baptisma commune rescindere. Huius haeresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens, et contra Caecilianum Christianam dividens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinavit episcopum. Cui Maiorino Donatus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresim, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. Extant scripta eius, ubi apparet eum etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam, sed quamvis eiusdem substantiae, minorem tamen patre filium, et minorem filio putasse spiritum sanctum. Verum in hunc, quem de trinitate habuit, eius errorem Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisquam, qui hoc illum sensisse noverit, invenitur. Isti haeretici in urbe Roma Montenses vocantur, quibus hinc ex Africa solent episcopum mittere, aut hinc illuc Afri episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc haeresim in Africa et illi pertinent qui appellantur Circumcelliones, genus hominum agreste et famosissimae audaciae, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insana feritate parcendo. Nam per mortes varias, maximeque praecipitiorum et aquarum et ignium

Cap. LXVIII. — 1. Exod. III. 5. Ios. V. 16. *Deest in MSS.* vel ad Iosue (Bened.) 2. Esai XX. 2. 3. *Amerbachii et Erasmi editiones et plerique MSS. omittunt* Ideo ergo haeresis est, quia non propter corporis afflictionem sic ambulant, sed quia testimonia divina taliter intelligunt. (Bened.)

seipsos necare consuerunt, et in istum furorem alios quos potuerint sexus utriusque seducere, aliquando ut occidantur ab aliis, mortem nisi fecerint comminantes. Verumtamen plerisque Donatistarum displicent tales, nec eorum communione contaminari se putant, qui Christiano orbi terrarum dementer obiiciunt ignotorum crimen Afrorum. Multa et inter ipsos facta sunt schismata, et ab iis se diversis coetibus alii atque alii separarunt; quorum separationem cetera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus, et a reliquis trecentis decem, cum eis duodecim qui ordinationi eius etiam praesentia corporali interfuerunt atrocissima criminatione damnatus compulit eos nosse etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi. Nam quosdam ex eis cum eis quos extra eorum ecclesiam baptizaverant, in suis honoribus sine ulla in quoquam repetitione baptismatis receperunt, nec eos ut corrigerent per publicas potestates agere destiterunt, nec eorum criminibus per sui concilii sententiam vehementer exaggeratis communionem suam contaminare timuerunt.

Priscillianistae, quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum et Manichaeorum dogmata permixta sectantur, quamvis et ex aliis haeresibus [1]in eos sordes tanquam in sentinam quandam horribili confusione confluxerint. Propter occultandas autem contaminationes et turpitudines suas habent in suis dogmatibus et haec verba: Cap. LXX.

*Iura, periura, secretum prodere noli.*

Hi animas dicunt eiusdem naturae atque substantiae, cuius est deus, ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum, per septem caelos, et per quosdam gradatim descendere principatus, et malignum principem incurrere, a quo istum mundum factum volunt atque ab hoc principe per diversa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa caeli esse compositum, sicut hi qui mathematici vulgo appellantur, constituentes in capite arietem, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore, et cetera nominatim signa percurrentes ad plantas usque perveniunt, quas piscibus tribuunt, quod ultimum signum ab astrologis nuncupatur. Haec et alia fabulosa, vana, sacrilega, quae persequi longum est, haeresis ista contexit. Carnes tanquam immundas escas etiam ipsa devitat: coniuges, quibus hoc malum potuerit per-

Cap. LXX. — 1. *Sola editio Lovan.* in eas sordes. (Bened.)

suadere disiungens, et viros a nolentibus feminis, et feminas a nolentibus viris. Opificium quippe omnis carnis non deo bono et vero, sed malignis angelis tribuunt: hoc versutiores etiam Manichaeis, quod nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum apocryphis legentes omnia et in auctoritatem sumentes, sed in suos sensus allegorizando vertentes, quicquid in sanctis libris est quod eorum evertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eundem ipsum esse dicentes, non solum filium, sed etiam patrem et spiritum sanctum.

Cap. LXXI. Dicit Philaster esse alios haereticos qui cum hominibus non sumunt escas: sed utrum cum aliis qui eiusdem sectae non sunt, an etiam inter seipsos id faciant, non exprimit. Dicit etiam eos de patre et filio recte, de spiritu autem sancto non catholice sapere, quod eum opinentur esse creaturam.

Cap. LXXII. A Rhetorio quodam exortam haeresim dicit nimium mirabilis vanitatis, quae omnes haereticos recte ambulare et vera dicere affirmat; quod ita est absurdum, ut mihi incredibile videatur.

Cap. LXXIII. Alia est haeresis quae dicit in Christo divinitatem doluisse, cum figeretur caro eius in cruce.

Cap. LXXIV. Est alia quae triformen sic asserit deum, ut quaedam pars eius sit pater, quaedam filius, quaedam spiritus sanctus, hoc est quod dei unius partes sint, quae istam faciunt trinitatem, velut ex his tribus partibus compleatur deus, nec sit perfectus in se ipso vel pater vel filius vel spiritus sanctus.

Cap. LXXV. Alia est quae dicit aquam non a deo creatam, sed ei semper fuisse coaeternam.

Cap. LXXVI. Alia dicit corpus hominis, non animam esse imaginem dei.

Cap. LXXVII. Alia dicit esse innumerabiles mundos, sicut opinati sunt quidam philosophi gentium.

Cap. LXXVIII. Alia sceleratorum animas converti in daemones dicit, et in quaeque animalia suis meritis congrua.

Cap. LXXIX. Alia descendente ad inferos Christo credidisse incredulos, et omnes exinde existimat liberatos.

Cap. LXXX. Alia sempiterne natum non intelligens filium putat illam nativitatem sumpsisse a tempore initium; et tamen volens coaeternum patri filium confiteri, apud illum fuisse antequam de illo nasceretur existimat, hoc est semper eum fuisse, verumtamen semper eum filium non fuisse, sed ex quo de illo natus est filium esse coepisse. [1]Has haereses putavi in hoc opus meum de Philastri opere trans-

Cap. LXXX. — 1. *Hic editi perperam addunt* H. h. quae absque auctorum nominibus sunt. (Bened.)

ferendas. Et alias quidem ipse commemorat, sed mihi appellandae haereses non videntur. Quascunque autem sine nominibus posui, nec ipse earum nomina commemoravit.

Luciferianos, a Lucifero Caralitano episcopo exortos et celebriter nominatos, nec Epiphanius nec Philaster inter haereticos posuit, credo tantummodo schisma, non haeresim eos condidisse credentes. Apud quendam tamen cuius nomen in eodem eius opusculo non inveni, in haereticis Luciferianos positos legi per haec verba: Luciferiani, inquit, cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hunc errorem stultissimum prolabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari, eademque dicunt et de carne et de carnis esse substantia. Utrum ergo iste propter hoc quod de anima ita sentiunt (si tamen vere ita sentiunt), eos inter haereticos ponendos esse crediderit, recteque crediderit, an etiam si id non sentirent, sive non sentiunt, ideo tamen sint haeretici, quia dissensionem suam pertinaci animositate firmarunt, alia quaestio est, neque hoc loco mihi videtur esse tractanda. Cap. LXXXI.

Iovinianistas quoque apud istum reperi quos iam noveram. Cap. LXXXII. A Ioviniano quodam monacho ista haeresis orta est aetate nostra, cum adhuc iuvenes essemus. [1]Hic omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariae destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium et continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus caelibem vitam coniugiorum castorum atque fidelium meritis adaequabat, ita ut quaedam virgines sacrae provectae iam aetatis in urbe Roma, ubi haec docebat, eo audito nupsisse dicantur. Non sane ipse vel habebat vel habere volebat uxorem, quod non propter aliquod apud deum maius meritum in regno vitae perpetuae profuturum, sed propter praesentem prodesse necessitatem, hoc est ne homo coniugales patiatur molestias, disputabat. Cito tamen ista haeresis oppressa et extincta est, nec usque ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit pervenire.

Cum Eusebii historiam perscrutatus essem, cui Rufinus a se in Cap. LXXXIII. Latinam linguam translatae subsequentium etiam temporum duos libros addidit, non inveni aliquam haeresim, quam non legerim apud istos, nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam extitisse in Arabia. Itaque hos haereticos, quoniam nullum eorum

Cap. LXXXII. — 1. *V. Admonit. in lib. de Bono Coniug. tom. VI.* (Bened.)

ponit auctorem, Arabicos possumus nuncupare; qui dixerunt animas cum corporibus mori atque dissolvi, et in fine seculi utrumque resurgere. Sed hos disputatione Origenis praesentis et eos alloquentis celerrime dicit fuisse [1]correctos. Iam nunc illae commemorandae sunt haereses quae a nobis, non apud istos repertae sunt, sed in recordationem nostram quomodocunque venerunt.

Cap. LXXXIV. Helvidiani, exorti ab Helvidio, ita virginitati Mariae contradicunt, ut eam post Christum alios etiam filios de viro suo Ioseph peperisse contendant. Sed mirum [1]ni istos praetermisso Helvidii nomine [2]Antidicomaritas Epiphanius appellavit.

Cap. LXXXV. Paterniani inferiores partes humani corporis non a deo, sed a diabolo factas opinantur, et omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime vivunt. Hos etiam Venustianos quidam vocant.

Cap. LXXXVI. Tertullianistae a Tertulliano, cuius multa leguntur opuscula eloquentissime scripta, usque ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquiis durare potuerunt in urbe Carthaginensi: me autem ibi posito ante aliquot annos, quod etiam te meminisse arbitror, omni ex parte consumpti sunt. Paucissimi enim qui remanserant in catholicam transierunt, suamque basilicam, quae nunc etiam notissima est, catholicae tradiderunt. Tertullianus ergo, sicut scripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, sed eam corpus esse contendit, neque hanc tantum, sed ipsum [1]etiam deum. Nec tamen hinc haereticus dicitur factus. Posset enim quoquo modo putari ipsam naturam substantiamque divinam corpus vocare, non tale corpus cuius partes aliae maiores, aliae minores valeant vel debeant cogitari, qualia sunt omnia quae proprie dicimus corpora; quamvis de anima tale aliquid sentiat: sed potuit, ut dixi, propterea putari corpus deum dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est corporis vel animae qualitas, sed ubique totus, et per locorum spatia nulla partitus, in sua tamen natura atque substantia immutabiliter permanet. Non ergo ideo est Tertullianus factus haereticus, sed quia transiens ad Cataphrygas, quos ante destruxerat, coepit etiam secundas nuptias contra [2]apostolicam doctrinam tanquam stupra damnare, et

Cap. LXXXIII. — 1. V. Euseb. lib. VI. cap. 37. (Bened.)
Cap. LXXXIV. — 1. *In mss.* Sed nimirum istos. (Bened.) 2. Ἀντιδικομαριανίτας Epiphanius appellavit. (Bened.)
Cap. LXXXVI. — 1. *Editi* sed eam effigiatum corpus esse contendit: neque hanc tantum, sed ipsum etiam deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc *etc. Expunximus quae absunt a MSS.* (Bened.) 2. I. Timoth. IV. 3.

postmodum etiam ab ipsis divisus sua conventicula propagavit. Dicit sane etiam ipse animas hominum pessimas post mortem in daemones [3]verti.

Est quaedam haeresis rusticana in campo nostro, id est Hipponensi, vel potius fuit; paulatim enim diminuta in una exigua villa remanserat, in qua quidem paucissimi, sed omnes hoc fuerunt. Qui omnes modo correcti et catholici facti sunt, nec aliquis illius supersedit erroris. [1]Abelonii vocabantur, Punica declinatione nominis. Hos nonnulli dicunt ex filio Adae fuisse nominatos, qui est vocatus Abel; unde Abelianos vel Abeloitas eos nos possumus dicere. Non miscebantur uxoribus, et eis tamen sine uxoribus vivere sectae ipsius dogmate non licebat. Mas ergo et femina sub continentiae professione simul habitantes puerum et puellam sibi adoptabant in eiusdem coniunctionis pacto successores suos futuros; morte praeventis quibusque singulis alii subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Utrolibet quippe parente defuncto, uno remanenti, usque ad eius quoque obitum filii serviebant. Post cuius mortem etiam ipsi puerum et puellam similiter adoptabant. Nec unquam eis defuit unde adoptarent, generantibus circumquaque vicinis, et filios suos inopes ad spem haereditatis alienae libenter dantibus. Cap. LXXXVII.

Pelagianorum est hoc tempore omnium recentissima a Pelagio monacho exorta. Quem magistrum Caelestius sic secutus est, ut sectatores eorum Caelestiani etiam nuncupentur. Hi dei gratiae, qua praedestinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum Christum [1]in ipsum, et qua eruimur de potestate tenebrarum, ut in eum credamus atque in regnum ipsius [2]transferamur, propter quod ait, [3]Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo, et qua diffunditur caritas in cordibus [4]nostris, ut fides per dilectionem [5]operetur, in tantum inimici sunt, ut sine hac posse hominem credant facere omnia divina mandata: cum si hoc verum esset, frustra dominus dixisse videretur, [6]Sine me nihil potestis [7]facere. Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratiae dei ad eius mandata facienda, correptioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio praeponeret, sed infideli Cap. LXXXVIII.

3. *Hinc rursum auctoritate manuscriptorum removimus quod excusi libri addebant* statum autem animae credit per traducem propagari. (Bened.)

Cap. LXXXVII. — 1. *In MSS.* Abeloitae. (Bened.)

Cap. LXXXVIII. — 1. Ephes. I. 5. 2. Coloss. I. 13. 3. Ioann. VI. 66. 4. Rom. V. 5. 5. Galat. V. 6. 6. Ioann. XV. 5. 7. *In plerisque MSS. deest* cum si hoc verum esset, frustra dominus dixisse videretur, Sine me nihil potestis facere. (Bened.)

calliditate supponeret dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quae facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Dicendo utique, Ut facilius possint, voluit credi, etiamsi difficilius, tamen posse homines sine gratia divina facere iussa. Illam vero gratiam dei sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis praecedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum in ipso adiuvante per suam legem atque doctrinam, ut discamus quae facere et quae sperare debeamus, non autem ad hoc, ut per donum spiritus [8] sui, quae didicerimus esse [9] facienda, faciamus. Ac per hoc divinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur; caritatem autem dari negant, qua pie vivitur: ut scilicet, cum sit dei donum scientia quae sine caritate inflat, non sit dei donum ipsa caritas, quae ut scientia non inflet [10] aedificat. Destruunt etiam orationes quas facit ecclesia, sive pro infidelibus et doctrinae dei resistentibus, ut convertantur ad deum: sive pro fidelibus, ut augeatur in eis fides, et perseverent in ea. Haec quippe non ab ipso accipere, sed a seipsis homines habere contendunt, gratiam dei qua liberamur ab impietate dicentes secundum merita nostra dari. Quod quidem Pelagius in episcopali iudicio Palaestino damnari metuens damnare compulsus est, sed in posterioribus suis scriptis hoc invenitur docere. In id etiam progrediuntur, ut dicant vitam iustorum in hoc seculo nullum omnino habere peccatum et ex his ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et [11] ruga: quasi non sit Christi ecclesia, quae in toto terrarum orbe clamat ad deum, [12] Dimitte nobis debita nostra. Parvulos etiam negant secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod eis oporteat secunda nativitate dimitti, sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem dei, sed tamen aeternam et beatam quandam vitam suam. Ipsum quoque Adam dicunt, etiam si non peccasset, fuisse corpore moriturum, neque ita mortuum merito [13] culpae, sed conditione naturae. Obiiciuntur eis et alia nonnulla, sed ista sunt

8. *Sic MSS. Editi vero* spiritus sancti. (Bened.) 9. *Sic legendum ex auctoritate manuscriptorum* non autem ad hoc per donum spiritus sui, ut quae didicerimus esse facienda *cett.* (Bened.) 10. 1 Corinth. VIII. 1. 11. Ephes. V. 27. 12. Matth. VI., 12. 13. *Edit Lovan.* neque mortuum merito culpae, *omisso* ita. (Bened.)

maxime ex quibus intelliguntur etiam illa vel cuncta, vel paene cuncta pendere.

Ecce quam multas commemoravimus haereses, nec tamen modum tuae postulationis implevimus. Ex quo enim Christiana religio, ut verbis tuis utar, haereditatis promissae nomen accepit, quae haereses ortae sint quo modo commemorare omnes potui, qui omnes nosse non potui? Quod ideo existimo, quia nullus eorum, quorum de hac re scripta legi, omnes posuit: quandoquidem inveni apud alium quas apud alium non inveni, et rursus apud istum quas ille non posuit. Ego autem propterea plures quam ipsi posui, quia collegi ex omnibus quas omnes apud singulos non inveni, additis etiam quas ipse recolens apud ullum illorum invenire non potui. Unde merito credo nec me posuisse omnes, quia nec omnes qui de hac re scripserunt legere potui, neque hoc quemquam eorum video fecisse quos legi. Postremo etiamsi omnes forsitan posui, quod non puto, utrum omnes sint utique nescio. Et ideo quod vis me loquente finiri, non saltem potest me cognoscente comprehendi. Audivi scripsisse de haeresibus sanctum Hieronymum, sed ipsum eius opusculum nec in nostra bibliotheca invenire potuimus, nec unde possit accipi [14] scimus. Quod si tu scieris, perveni ad illud, et forsitan habebis melius [15] aliquid quam hoc nostrum, quamvis nec ipsum, licet hominum doctissimum, omnes haereses arbitrer indagare potuisse. Et certe Abeloitas nostrae regionis haereticos, quantum existimo, ille nescivit: sic forte et alibi alios in obscurissimis locis reconditos eius notitiam ipsa locorum suorum obscuritate fugientes. Iam vero illud quod habent tuae litterae, ut omnia omnino dicamus quibus haeretici a veritate dissentiunt, etiamsi omnia scirem, facere non possem: quanto minus possum, qui omnia scire non possum? Sunt enim haeretici, quod fatendum est, qui singulis, vel non multo amplius, dogmatibus oppugnant regulam veritatis, sicut Macedoniani vel Photiniani, atque alii quicunque ita se habent. Illi autem, ut ita dixerim, fabulones, id est qui fabulas vanas easdemque longas perplexasque contexunt, tam multis falsis dogmatibus pleni sunt, ut ipsi quoque illa numerare non possint, aut difficillime possint. Nec ulli alieno ulla

14. *Hoc loco plerique MSS. ista interponunt:* Certissimus homo, studiosus librorum eius cognitor, de hoc interrogatus ait nescio quem qui hanc famam disseminavit nescisse quid dixerit. Nam de haeresibus, inquit, nullum opusculum sanctus Hieronymus condidit. *Et prosequuntur* Quod si tu scieris *etc. Extat haeresium indiculus Hieronymi nomine per Claudium Menardum post Augustini opus imperfectum vulgatus; sed eruditorum sententia ipsi abiudicatur.* (Bened.) 15. *Sic Erasm. et prope omnes MSS. At Lovan. edit.* perveni, et ego per te ad illud perveniam, et forsitan habebis melius aliquid. (Bened.)

haeresis facile sic innotescit ut suis; unde nec earum quas commemoravi omnia dogmata me dixisse vel didicisse profiteor. Quis enim non videat quantam res ista operam, et quam multas litteras flagitet? Nec ideo tamen parum prodest errores istos, quos huic operi intexui, lectos cognitosque vitare. Quid enim contra ista sentiat catholica ecclesia, quod a me dicendum putasti, superfluo quaeritur, cum propter hoc scire sufficiat eam contra ista sentire, nec aliquid horum in [16]fidem quemquam debere recipere. Quomodo autem, quae contra haec veritas habet, asserenda ac defendenda sint, modulum operis huius excedit. Sed multum adiuvat cor fidele nosse quid credendum non sit, etiamsi disputandi facultate id refutare non possit. Omnis itaque Christianus catholicus ista non debet credere, sed non omnis, qui ista non credit, consequenter debet se Christianum catholicum iam putare vel dicere. Possunt enim et haereses aliae, quae in hoc opere nostro commemoratae non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, Christianus catholicus non erit. Quid ergo faciat haereticum deinceps requirendum est, ut, cum hoc domino adiuvante vitamus, non solum ea quae scimus, verum etiam quae nescimus, sive quae iam orta sunt, sive quae adhuc oriri potuerunt, haeretica venena vitemus. Huius autem sit iam voluminis finis, quod propterea vobis, antequam totum hoc opus perficerem, credidi esse mittendum, ut illud quicunque legeritis, ad id quod restat implendum, quod tam magnum esse cernitis, me orationibus [17] adiuvetis.

16. *Plures MSS.* in fide. (Bened.) 17. *Hic certe, inquiunt Benedictini editores, finitur Augustini liber; tametsi in codicibus MSS. plerisque addantur Nestoriani et Eutychiani (haereses utique non ante Augustini obitum nominatae)*, et in *quibusdam etiam Timotheani, hoc ordine:*

Timotheani dicunt filium dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam reddidisse personam, ut non in unam sit redactus naturam, conflatorium quoddam volentes fuisse interiora virginis, per quod duae naturae, id est deus et homo, in unam resolutae et compactae massam unam dei et hominis exhibuerint formam, immutata videlicet naturarum proprietate efficientium coitionem. Et ad confirmandam huiusmodi impietatem, quae deum asserit a sua versum natura, cogunt evangelistae testimonium dicentis, Et verbum caro factum est: quod ita interpretantur, Divina natura in humanam versa est. O abolitionem, illi inviolabili impingentem substantiae! Huius impietatis initium Timotheus, apud Bizam Bithyniae modo exsulans civitatem, continentis et religiosae vitae imagine multis illudit.

Nestoriani, a Nestorio episcopo, qui contra catholicam fidem dogmatizare ausus est, dominum nostrum Iesum Christum hominem tantum *(plerique MSS.* dogmatizare ausus est Christum dominum nostrum deum hominem tantum), nec id quod mediator dei hominum effectus est, in utero virginis de spiritu sancto fuisse conceptum, sed postea deum homini fuisse permixtum: nec deum hominem passum sepultumque dicebat, vacuare contendens omne nostrum remedium, quo verbum dei sic hominem suscipere dignatus est in utero virginis, ut una persona fieret dei et hominis, propterea sic singulariter et mirabiliter natus, mor-

tuus etiam pro nostris peccatis, cum ea quae non rapuerat persolveret, deus homo a mortuis resurgens ascendit in caelum.

Eutychiani ab Eutyche quodam Constantinopolitanae ecclesiae presbytero (*addit quidam codex* monacho) exorti sunt, qui cum videretur refutare Nestorium, in Apollinarem Manichaeumque transivit, et humanitatis in Christo denegans veritatem, quicquid a verbo nostrae proprietatis receptum est, divinae tantummodo ascribit sententiae, ut sacramentum salutis humanae, quod non nisi in utraque substantia est nostram, in Christo naturam negando dissolveret, stulta impietate non sentiens universo corpori auferri quod capiti defuisset.

*Harum haeresium certe Timotheanos infra quoque deprehendimus, in quatuor Gennadianis, in appendice libelli Pseudo-Hieronymiani. In cod. ms. saec. VIII. vel IX. olim Bobiensi, nunc Vindobonensi n. CCCXII. capitula spuria de Nestorianis et Eutychianis iam fol. 20. r. epistolis Quodvultdeus praemissa sunt, ab alia vetusta manu, cum hac nota:* „hoc adiungendum est in fine sequentis libelli." *Cf. Endlicher Catal. Codd. Philol. Latin. Bibl. Palat. Vindob. p. 216. In cod. ms. Veneto S. Marci (cf. Zanetti Catal. tom. II. p. 42.) hae duae haereses in fine libelli sunt additae cum hac nota:* „Explicit liber de Haeresibus. Haec duo capitula quae sequuntur, scilicet Nestoriani, Eutychiani a S. Vinadio *(sic)* episcopo Marsiliensi *(sic)* dicuntur apposita. Aliqui tamen libri habent ista duo capitula ante illum locum superius positum: Ecce quam multas commemoravimus haereses." *In ante-Maurinis Augustini editionibus et quartam de Praedestinatianis additam inveniri me docent verba Sirmondi Hist. Praedestin. c. 6., et Th. Ittigii de Haeresiarchis Dissert. Praef. pag. 11.*

# PRAEDESTINATI

## LIBER PRIMUS

QUI EST DE

# HAERESIBUS.

# PRAEDESTINATI
## DE HAERESIBUS

SIVE

OPERIS SUB PRAEDESTINATI NOMINE A IAC. SIRMONDO EDITI
LIBER PRIMUS.

## PRAEFATIO.

Quotienscumque ad te, o amator dei, verba doctorum adtingunt, illico sunt domini praecepta memoranda, quibus iubere dignatur, ut adtendamus ab his qui veniunt ad nos in vestitu ovium, ne sub hoc tegmine luporum rabies occultata ovilem simplicitatem invadat. Utinam mihi verbis ista dixisse sufficeret, et non, quod est cum suspirio memorandum, manifestum sit miscuisse belluas gregi dominico: qui tanta subtilitate clandestino hiatu sese catholicis immerserunt, ut ipsi magis cives sanctorum et domestici fidei aestimentur, qui inimici ecclesiae et hostes dolosissimi comprobantur. Dicentes iam homines ita praedestinatos ad mortem per dei praescientiam, ut illis nec passio Christi nec baptismatis redemptio nec fides nec spes possit nec caritas subvenire. Orent et ieiuniis ac eleemosynis occupentur, nulla, inquiunt, poterunt ratione liberari, quia non sunt praedestinati ad vitam. Econtra hi quos praedestinatio praescia futurorum dispunxit, neglegant, contemnant, et iustitiam fugiant. Sic isti etiam nolentes trahuntur ad vitam, sicut illi volentes ad vitam pertingere expelluntur in mortem. Sic istis non petentibus datur, sicut illis petentibus denegatur. Et isti quidem non quaerentes invenient, illi autem quaerentes invenire non possunt. Istis pietatis ianua non pulsantibus reseratur, illis autem nulla ratione poterit, etiam pulsantibus, etiam clamantibus, aperiri. Quis hanc fidem habens sacerdotum benedictionibus caput inclinare desideret, et eorum sibi precibus et sacrificiis credat posse

succurri? Si enim haec nec prodesse volentibus nec obesse nolentibus incipiant credi, cessabunt omnia dei sacerdotum studia, et universa monitorum adminicula vana videbuntur esse figmenta: atque ita unusquisque suis erit vitiis occupatus, ut criminum suorum delectationem dei praedestinationem existimet, et ad bonum a malo transitum, nec per sacerdotem dei, nec per conversionem suam, nec per legem dominicam, se posse invenire confidat. Silerem, fateor, et nequaquam stilo percurrente ista detegerem, si totiens ut tacerent admoniti saltim mediocriter contentionis suae impetum temperassent, non etiam audacter sub Augustini nomine libros ederent, et scriptorum suorum iaculis membra immaculatae matris nostrae ecclesiae vulnerarent. Quis filius matrem suam caedi non doleat? quis genetricem suam vulnerari non plangat? An tacebimus illa laborante? Sed silentium nostrum reatus docebitur, et taciturnitas videbitur esse consensus. Quam enim tu patientiam taciturnitatis putas, hanc alius conscientiam perversitatis existimat; praesertim si et ipse taceas, et eum, qui loqui voluerit pro defensione matris communis, forsitan silere compellas: cum tempus tacendi et tempus loquendi in id sapientia divina instituerit, ut et modestia in silentio, et ratio esset in verbo; ne ultra honestatis terminum unusquisque linguam vel promeret vel teneret, essetque loquacitas importuna aut taciturnitas obstinata, cum utrumque veniret in vitium, loqui velle cum non debeas, et nolle cum debeas. Istud igitur in alterutrum custodisse habita ratione perdoceo, cum contra librum matri ecclesiae tendentem insidias divini oris arma corripio, et ut Goliae ex suo sibimet gladio confidens in domino eius cervicem abscido. Qui tristis fuerit, suo quasi mus prodetur indicio, cum sui murmure Philistaeum se esse detexerit: mecum autem gratulabitur omnis qui allophylus non est. Igitur cum sollicite celatur, et occulte legitur, et caute conscribitur, tandem aliquando, non tam editus quam deprehensus, ad manus nostras pervenit liber qui Augustinum mentitur in titulo, cum se haereticum ostendat in textu. Quis enim nesciat Augustinum orthodoxum semper fuisse doctorem, et tam scribendo quam disputando omnibus haereticis obviasse? Volentes ergo inimicum fidei nostrae inter fratres dogma inducere catholicum supraliminare libri sui titulum posuerunt. Qui liber, velut sepulcrum foetens, a foris quidem Augustini nomine dealbatur, intus vero scaturit vermibus mortuorum. Hunc librum aliquando sibi oblatum beatissimae memoriae summus pontifex Caelestinus ita execrationi habuit, ut eum perpetuo iuberet damnari silentio. Eo magis haereticorum animus

inflammatus clanculo eum per diversas domos tradidit lectitandum, quique quanto legi publice vetabatur, tanto ab eis adserebatur insuperabili aequitate conscriptus. Sicque perfidum iniere consilium, ut in modum symboli, non discutiendus traderetur aliquibus, sed credendus. Ita contra hunc suscepimus, ut adversum singula blasphemiorum eius dicta, tam rationabili veritate, quam legali auctoritate pugnemus. Quem librum non discerpentes, sed integrum eum ab initio usque ad finem perscribentes, nonagesimae haereseos proiecimus silvae arborem eum nequissimam detegentes, ad cuius radicem securis est posita, ad hoc, ut excidatur et in ignem mittatur. Ubicumque autem eiusdem libri sunt dicta, lineis a tergo versuum iacentibus deteguntur. Quae licet pro ipsa sui perversitate ultro se legentibus prodant, tamen egimus ut veritas a mendacio non solum verbis rationabilibus, sed etiam alogiis increpantibus discernatur. Sane Graecorum nos legis catholicorum scripta contra haereticorum sectas dimicantia idcirco memoramus, et omnes haereses singillatim per ordinem licet strictim perscribimus, ut sciant novae huius haeresis inventores, omnium nos haereticorum definitionibus adversari, et nullius eorum contra se uti consensu. Cesset omnis tergiversatio, et calliditas oblatrantium in modum canis vomitus suos ipsa iterum sorbeat. Omnes a Simone coeptas haereses detegimus, arguimus, condemnamus, et tam ratione quam auctoritate superatas ostendimus. In detectione igitur falsitatis et in defensione veritatis catholicorum sumus secuti vestigia, et id gessimus, ut in primo libro veterata haereseos superstitio perpatescat, in secundo vero novae adinventionis venena non lateant, tertius vero liber haereseos devictae tumulum fideique trophaeum cunctis ecclesiis tradat. Clemens itaque Romanus episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus martyr, Simonis haeresim a Petro apostolo cum ipso Simone superatam edocuit. Hunc secuti sunt sancti quique orthodoxi viri, et suo quisque tempore uniuscuiusque haeresis ortum et certamen et exitum per plurimos libros et multa millia versuum conscripserunt, quae nos epitomantes iuvante domino hoc uno libello conclusimus. Orabunt pro nobis sancta studia, quae ad requiem curarum suarum per hunc nostrum laborem attingunt.

# ELENCHUS HAERESUM

QUAE COMMEMORANTUR.

I. Simon.
II. Menandriani.
III. Basilidiani.
IV. Nicolaitae.
V. Saturniniani.
VI. Gnostici.
VII. Carpocratiani.
VIII. Cerinthiani.
IX. Nazareni.
X. Ebionaei.
XI. Valentiniani.
XII. Secundiani.
XIII. Ptolemaitae.
XIV. Marcosii.
XV. Colorbasiani.
XVI. Heracleonitae.
XVII. Ophitae.
XVIII. Cainiani.
XIX. Sethiani.
XX. Archontici.
XXI. Marcionitae.
XXII. Apellitae.
XXIII. Cerdoniani.
XXIV. Severiani.
XXV. Tatiani.
XXVI. Cataphryges.
XXVII. Pepuziani.
XXVIII. Artotyritae.
XXIX. Tessarescaedecatitae.
XXX. Alogii.
XXXI. Adamiani.
XXXII. Elcesei.
XXXIII. Theodotiani.
XXXIV. Melchisedechiani.
XXXV. Bardesanitae.
XXXVI. Noëtiani.
XXXVII. Valesii.
XXXVIII. Cathari.
XXXIX. Angelici.
XL. Apostolici.
XLI. Sabelliani.
XLII. Origeniani.
XLIII. Origeniani alii.
XLIV. Pauliani.
XLV. Photiniani.
XLVI. Manichaei.
XLVII. Hieracitae.
XLVIII. Meletiani.
XLIX. Ariani.
L. Audiani.
LI. Eunomiani.
LII. Macedoniani.
LIII. Aëriani.
LIV. Aëtiani.
LV. Apollinaristae.
LVI. Antidicomaritae.
LVII. Messaliani.
LVIII. Metangismonitae.
LIX. Seleuciani.
LX. Proclianistae.
LXI. Patriciani.
LXII. Ascitae.
LXIII. Passalorynchitae.
LXIV. Aquarii.
LXV. Coluthiani.
LXVI. Floriani.
LXVII. Satanniani.
LXVIII. Gymnopodae.
LXIX. Donatistae.
LXX. Priscilliani.
LXXI. Adilophagi.
LXXII. Rhetoriani.
LXXIII. Theoponitae.
LXXIV. Triscilidae.
LXXV. Hydrotheïtae.
LXXVI. Homuncionitae.
LXXVII. Ametritae.
LXXVIII. Psychopneumones.
LXXIX. Adecerditae.
LXXX. Metagenetae.
LXXXI. Luciferiani.
LXXXII. Ioviniani.
LXXXIII. Arabici.
LXXXIV. Helvidiani.
LXXXV. Paterniani.
LXXXVI. Tertullianistae.
LXXXVII. Abeloitae.
LXXXVIII. Pelagiani.
LXXXIX. Nestoriani.
XC. Praedestinati.

# LIBER PRIMUS

## QUI EST DE HAERESIBUS.

Epitome ecdicesios Hygini contra haeresiarchas, et categoricorum Epiphanii contra sectas, et expositionum Philastri, qui hos transferens in latinum sermonem de graeco, cum Ariani damnarentur, edidit. Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Africanus, Hesiodus, Epiphanius, Philaster: hi diversis temporibus diversas haereses pertexuerunt.

Prima haeresis a Simone sumpsit exordium, qui dicebat castitatem ad deum non pertinere, deum mundum non fecisse, et his similia. Hic a beato et sancto apostolo Petro ita est publice superatus, ut ante pedes eius cadens ultra surgere minime potuisset. Cap. I.

Secunda haeresis a Menandro Menandrianorum, qui mundum non a deo, sed ab angelis factum esse testantur. Hos sanctus Linus episcopus, secundus apostoli Petri, a consortio conversationis nostrae eiectos aeterna damnatione multauit, docens rationabiliter secundum sanctas scripturas veteris testamenti, deum, qui cum Moyse locutus est, hunc esse omnium creatorem, et nihil in creaturis omnibus esse, quod possit pro sui natura esse vituperabile. Omnia enim quae culpabilia iudicantur, actu, non conditione culpantur. Cap. II.

Tertia haeresis a Basilide Basilidianorum. Hi trecentos sexaginta et quinque caelos esse dicentes contra Moysem suscipiunt, et deum horum caelorum Abrasax commemorant. Quod nomen [1]Graeca ratio litterarum in hanc summam supputando pertingit. ΑΒΡΑΣΑΞ, id est Α unum, et Β duo, et Ρ centum, et Α unum, et Σ ducenta, et Α unum, et Ξ sexaginta, fiunt in summa CCCLXV. Cap. III.

Cap. III. — 1. Graeca ratione *emendavit I. B. Cotelerius ad Constit. Apost. lib. VI, cap. 8, n. 9. In cod. ms. Dunensi, hodie Brugensi, legitur* Quod nomen Graeca ratio ABRACAZ litterarum, in hanc summam supputando pertingit. *Pro* pertingit, *quod interim omnes libri tuentur, fortasse rescribendum est* perfingit.

Hos ecclesia ut energumenos computans, non altercando, sed proiciendo damnavit.

Cap. IV. Quarta Nicolaitarum a [1]Nicolao haeresis est adinventa, qui unus ex septem diaconibus ab apostolis ordinatus est. Iste cum de zelo pulcherrimae coniugis culparetur, docere coepit indifferenter debere uti coniugibus, non solum laicis, sed etiam his qui sacerdotii fungerentur officio. Hos damnavit sanctus Ioannes apostolus et evangelista, et iussit ut quicumque cum eis vel sermonem conloquii miscuissent, ex hoc ipso communione privarentur, docens rationabiliter a mundi origene deo castitatem plurimum placuisse, nunc autem etiam in seipso Christum dei filium castitatis gloriam dedicasse, cum virginem possidens matrem virgo mansurus nullum discipulorum suorum commixtionem etiam legitimi coniugii uti permisit, dicens: [2]*Si quis vult venire post me, abneget seipsum sibi, et tollat crucem suam, et sequatur me.*

Cap. V. Quinta haeresis Saturninianorum est, a Saturnino. Hic docuit septem angelos mundum fecisse; quibus cordi fuit libidines inserere, ut alterutro diversitas sexus, mundus a sui fine refrenatus possit esse perpetuus. Hos anathematizavit beatus Thomas Christi apostolus, docens rationabiliter mundum initium habuisse, et quia initium habuit, ad finem esse venturum. Angelos autem omnipotentiam habere non posse, et ideo mundum eos non potuisse constituere. Conditorem autem mundi unum esse deum, quem Moyses praedicavit fecisse caelum et terram et mare, et omnia quae in eis sunt.

Cap. VI. Sexta haeresis Gnosticorum: qui Gnosticos se [1]appellare voluerunt, quasi propter scientiam excellentem, cum miseriores superioribus esse, quos memoravimus, haberentur. Docens eos rationabiliter beatus Paulus apostolus non deo servire, sed suo ventri et libidini inflatos esse, et nihil scire, et aegrotare circa quaestiones et verborum pugnas.

Cap. VII. Carpocratianorum septima est haeresis, a Carpocrate inventa, qui docebat potestates tenebrarum transire non posse, nisi solos eos qui omni se turpitudini miscuissent. Hi dominum nostrum Iesum de utroque sexu genitum adserebant, sed talem animam accepisse quae superna caelorum sciret. Resurrectionem corporis denegantes prophetas testamenti veteris condemnabant. Habebant autem Marcellinam quandam, quae imagines Iesu et Pauli et Pythagorae philosophi ponebat in medio populi quem decipiebat, et

Cap. IV. — 1. *Cf. Coteler. l. l. n.* 16. 2. Matth. XVI, 24.
Cap. VI. — 1. appellari *MS. Augiense.*

faciebat eos his imaginibus honorem deitatis exhibere, et incensum ponere. Hos damnavit apud Cyprum beatus Barnabas Christi discipulus, docens eos ministros esse Satanae, et non debere constituit Christianum penitus cum his habere sermonem.

Octava haeresis Cerinthianorum, a Cerintho. Dicebant mundum ab angelis factum, [1] carne circumcidi debere, veteris testamenti secundum litteram debere praecepta servari. Iesum hominem tantummodo fuisse; [2] nec resurexisse, sed adhuc resurrecturum esse memorabant. Hos in Galatia aeterno anathemate beatus apostolus Paulus condemnavit. Hos denique tangit in sua epistola quam ad Galatas misit. Cap. VIII.

[1] Nona haeresis Nazarenorum. Filium quidem dei confitentur, omnem autem ritum veteris testamenti Iudaico more conservant. Hos docuit beatus apostolus Paulus debere spiritaliter scripturas advertere, et hos in ecclesiis [2] Galatiae deprehendit, atque non consentientes doctrinae suae anathemati esse constituit. Cap. IX.

[1] Decima haeresis Ebionaei. Hominem solum fuisse dominum Iesum Christum adserunt, et legis mandata more Iudaico custodienda constituunt. Hos Lucas evangelista apud Antiochenam ecclesiam inveniens condemnavit, docens angelum dixisse ad Mariam, [2] *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te. Ideo et id quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei.* Cap. X.

Undecima haeresis Valentinianorum, a Valentino. Hi per orientem dispersi graviter dei ecclesiam vulnerarunt, dicentes Profundum et Altum secum commixta. Ex quibus duobus, velut ex coniugio, mundum processisse. Altum dicentes patrem, Profundum filium, eumque nihil adsumpsisse de Maria virgine, sed illum, tanquam aquam per rivum aut fistulam, sine ulla carnis adsumptione transisse; carnis autem resurrectionem omnimodis denegantes. Hos anathematizavit beatus Zacchaeus Caesariensis episcopus, docens dominum nostrum Iesum Christum deum verum verumque hominem per virginea secreta transisse, ex semine David secundum carnem, sed hominem [1] vere natum, vere passum, vere mortuum, vere resurrexisse a mortuis, et vere ascendisse in caelis. Cap. XI.

Cap. VIII. — 1. carnem *MS. Augiense.* 2. non *edit. Galland.*

Cap. IX. — 1. *Hoc caput in MS. Augiensi decimum est, ac sic legitur:* Decima haeresis est Nazarenorum: cum filium dei confiteantur, omnia tamen veteris legis observant; quae Christiani per apostolicam traditionem non observant carnaliter, sed spiritualiter intelligere didicerunt. *Cod. ms. Dunensis conspirat cum cod. Rem. et ed. Sirmondi.* 2. *Gallandius edidit* Galatia, *et in adnot. coniicit* Galatiae, *uti ediderat Sirmondus.*

Cap. X. — 1. *Hoc caput in MS. Augiensi nonum est.* 2. Luc. I, 35.

Cap. XI. — 1. verum natum *MS. Augiense.*

Cap. XII. Duodecima haeresis [1] Secundianorum. Hoc solum a Valentinianis distant, quia addunt huic sectae etiam turpitudinem corporis quam [2] quasi illi pseudocasti declinare se simulant. Hos damnavit Diodorus episcopus Cretensis.

Cap. XIII. Tertiadecima haeresis [1] Ptolemaitae, a Ptolemaeo Valentini discipulo, qui hanc eandem haeresim acrius disputando dispersit: qui eodem tempore a sancto Zacchaeo supramemorato episcopo Caesariensi damnatus est. Haeresem tamen pessimam per multa spatia orientis dispersit.

Cap. XIV. Quartadecima haeresis a Marco quodam est adinventa, qui negans resurrectionem carnis Christum non vere passum, sed putative, conabatur adstruere. Hunc sanctus Clemens, episcopus Romanus et dignissimus martyr, fixis et integris adsertionibus confutans et coram omni plebe in ecclesia detegens aeterna damnatione punivit, docens vere natum et passum dominum nostrum Iesum Christum, nihil ab eo in phantasia factum commemorans, et evidenter ostendens quod veritas inimica falsitatis falsum in se nihil penitus habere potuerit, sicut nec lux in se tenebras habere potest, nec benedictio maledictionem, et si ista commisceri possent, deum tamen docuit mendacio impossibile esse misceri.

Cap. XV. Quintadecima haeresis [1] Colorbasiana a Colorbasio adinventa. Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam adfirmabat: et has esse septem ecclesias, et septem candelabra aurea conabatur adstruere. Hunc sanctus Theodotus de Pergamo episcopus habita synodo septem episcoporum anathematizavit, docens septem ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Una forma est, inquit, cum in forma quam primus homo amiserat revocatur; secunda, cum immaculatus qui erat peccator efficitur; tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur: quarta, cum anima de inferni claustris eruitur; quinta, quod anima paradisi habitatione laetatur, quousque corpus suum incorruptibile recipiat; sexta, quod filios [2] dei facit qui erant filii Adae: septima, quod facit hominem regni caelorum esse participem. Has esse sancti spiritus formas in se-

Cap. XII. — 1. Evandrianorum *MSS. Remens., Aug., Dunens. Haec scriptura orta est de scriptura* Sevandiani, *quam pars librorum Augustini tuetur De Haeres. cap.* 12. *pro* Secundiani. 2. illi quasi *reponit I. B. Cotelerius Eccl. Gr. Monum. tom. I, p.* 768.

Cap. XIII. — 1. Ptolemaitae *MS. Aug.* Ptolemeitae *edd. Sirm. et Galland.* ptholomeite a ptolomeo *habet cod. ms. Dunensis.*

Cap. XV. — 1. Colobrasiana a Colobrasio *MSS. Remens., Dunens. et Aug.* 2. dei *habet MS. Aug.* deo *edd. Sirm. et Galland.*

ptem ecclesiis, in septem oculis, et in septem candelabris aureis conlocatas.

Sextadecima haeresis Heracleonitarum ab Heracleone adinventa est, quae baptizatum hominem, sive iustum sive peccatorem, loco sancti computari docebat, nihilque obesse baptizatis peccata memorabat, dicens, sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives quantaecumque iuxta sint, sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus eius peccata permixta. Hic in partibus Siciliae inchoavit docere. Contra hunc susceperunt episcopi Siculorum, [1]Eustachius Lilybaeorum et Panormeorum Theodorus, quique omnium qui per Siciliam erant episcoporum synodum exorantes [2]gestis eum audire decreverunt, et universas adsertiones eius dirigentes ad sanctum Alexandrum urbis episcopum rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quaeque capita hydri singulos gladios dei verbi de vagina divinae legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum [3]ingenio Sabinianum presbyterum destinavit, qui et scriptis [4]episcopi et adsertione sua ita eum confutaret, ut nocte media navis praesidio fugeret, et ultra ubinam devenisset penitus nullus sciret. Cap. XVI.

Septimadecima haeresis Ophitarum. Hi a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ophis dicitur. Habent ergo colubrum adsuetum eorum panes lingua lambere, atque ita ex se velut eucharistiam sanctificare. Quem colubrum suum Christum appellant. Contra hos susceperunt Bithyniae provinciae sacerdotes, id est civitatis Calchedoniae et Nicomediae episcopi Theocritus et Evander, et confutantes eos publice superarunt, atque superventum facientes eis per collegia eorum in Bithyniae, ut dixi, partibus per possessiones clanculo ubi haec ipsa perpetrabant, et sacerdotes eorum eliminarunt, et serpentes eorum occiderunt, ac rationem reddentes omni populo maximam partem plebis ab hoc periculo liberarunt. Cap. XVII.

Octavadecima haeresis [1]Cainiani. Propterea sic appellati sunt, Cap. XVIII.

Cap. XVI. — 1. Eustasius *MS. Aug.* Eustachius *habet etiam cod. ms. Dunens.* 2. *Emendandum puto:* Theodorus, hique omnium - - exorantes testes eum audire decreverunt, *cett. Cod. ms. Dunensis conspirat cum editis.* 3. in ingenio *Sirmondus ediderat.* 4. episcoporum *MS. Aug.* — *Synodi huius Siculae meminit in sua Nova Collectione Conciliorum Baluzius ad annum CXXV. (tom. I. Concil. p. 555. ed. Ven-Labb.) auctoritatem scriptoris nostri secutus. Qua de re Pearsonii censura excutienda in eius Opp. Posth. p.* 231. (Gall.)

Cap. XVIII. — 1. Caiani *MSS. Rem. et Aug. At cod. ms. Dunensis praebet* Caini.

quoniam Cain honorant, dicentes eum fortissimae esse virtutis. Simul et Iudam traditorem divinum aliquid putant esse, et scelus eius beneficium deputant, adserentes eum praescisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, et occidendum Iudaeis propterea tradidisse. Hos ortos esse [2]Mesopotamiae ecclesiarum Syriae sacerdotes ad ceteros suos coëpiscopos conscripserunt. Quos triginta et duo episcopi apud Antiochiam residentes cum eiusdem urbis episcopo Theodoro in praesenti confutatos damnarunt, dicentes eis illud quod sanctus spiritus locutus est per prophetam: [3] *Vae his qui dicunt de bono malum, et de malo bonum, qui ponunt tenebras lucem, et pro luce tenebras:* constat ergo vos a vobis ipsis esse damnatos, qui eos vultis magnos et iustos adscribi, quos pro facti sui qualitate deus perpetuae gehennae incendio destinavit.

Cap. XIX. Nonadecima haeresis Sethianorum. Ili nomen acceperunt a filio Adae qui vocatus est Seth, de supera matre eum natum esse iactantes, quam convenisse dicunt cum superno patre, unde divinum semen aliud nasceretur, ex quo semine sibi deus iustos eligeret et suos filios appellaret. Ili orti sunt in partibus Achaiae. Contra quos suscepit sanctus Perigenes Argus civitatis antistes, ostendens eis de uno sancto vero et iusto Isaac duos natos geminos uno pariter utero editos; unum ad superiora divinae gratiae penetrase, alium ad inferiora inferi devenisse. Unum itaque e duobus, inquit: aut naturae malae sunt filii, et ambo [1]sic quod sunt nati, [2]damnandi sunt, aut naturae bonae sunt, et pro facti sui qualitate iuste alium benedictio coronavit, alium maledictio condemnavit. Haec et his similia adserente sancto Perigene aliquanti credentes conversi sunt ab errore hoc pessimo: non credentes autem, nec convertentes, gladio sunt anathematis amputati.

Cap. XX. Haeresis vicesima apud Cretam Archonticorum a principibus nomen accepit. Principes enim se colere iactant, quos dicunt condidisse hunc mundum. Hos sanctus Dioscorus Cretensis episcopus condemnavit, docens unum et verum deum in partes substantiales penitus dividi omnino non posse: hunc esse deum qui se et prophetis ostendit et in se credentes ab omnibus periculis liberavit, sicut Noë, sicut Abraam, Isaac, Iacob filiosque Israël, Ionam, Susannam, tres pueros; et innumerabilia erga credentes in se quae

2. Mesopotamiae *MS. Aug.* Mesopotamiani *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* in Mesopotamia *habet cod. ms. Dunensis.* 3. Esai. V, 20.
Cap. XIX. — 1. sic quod *MS. Aug.* pro id quod *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. damnati *MS. Aug.*

ostendit deus signa virtutum, quibus se solum deum ostenderet. Adquiescentes veritati recepit, dissentientes vero aeterna abominatione punivit.

Prima et vicesima haeresis a Marcione orta est. Duo principia fuisse confirmat boni et mali. Quem Epiphanius tria dicebat principia docuisse, boni, iusti, et pravi: sed Eusebius [1] Synerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem. [2] Marcionitae, cum universalem orientis ecclesiam macularent, ab Origene superati, confutati et per singulas sunt civitates damnati. Item post aliquantos annos iam devicti atque detecti in Africanis partibus pullulabant; quos Tertullianus modis omnibus ita obtinuit, ut ipsos faceret contra sectam suam publice praedicare. Cap. XXI.

Vicesima secunda haeresis Apellitarum est, quorum est princeps Apelles, qui duos quidem introducit deos, sed unum fatetur principium, hoc est [1] bonum, et ab ipso factum alterum, id est ab ipso uno principio alterum factum est. Quod cum malignum esset inventum, a bono abiectum est: abiectum vero a bono principio hoc principium, quod malignabatur contra boni principii voluntatem, in sua malignitate mundum fecit. Inde est quod ad malum nos promptiores quam ad bonum natura consequitur, et plus in vitiis, inquit, quam in virtutibus delectatur. Dominum nostrum Iesum Christum adserunt carnem ex elementis suscepisse, quam aëri reddidit dum ascenderet, et sine ea intravit in caelum. Hos Origenes ita perfecte superavit, ut eorum causa periodeutes fieret, et per singulas quasque urbes per orientem eundo praedicaret. Et quia innumerabilia sunt tractatorum eius volumina, haeretici superati libros eius ad suos libitus callidissima argumentatione mutarunt, ut quos vellent decipere dicerent ita Origenem suis expositionibus definisse. Unde quicumque usque hodie Origenem legit, si prudenti eum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab haereticis maculata. Quod ita esse sanctus [2] Pamphilus martyr in suo apologetico declaravit. Cap. XXII.

Vicesima tertia haeresis Cerdonianorum a Cerdone cepit exordium, qui duo principia sibi adversantia dogmatizavit, deumque Cap. XXIII.

Cap. XXI. — 1. Synerum *MS. Aug., ut et apud Eusebium. Vide sis Cotelerium ad Constit. Apostol. lib. VI, cap.* 8. *not.* 12., *et Huetium in notis ad exegetica Origenis tom. II, pag.* 7. (Galland.) Syrinum *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Marcionistae *MS. Aug.*

Cap. XXII. — 1. *Verba* bonum, et ab ipso factum alterum, id est *omissa sunt a Gallandio.* 2. *Apologeticus Origenianus sancto Pamphilo martyri asscritur ab auctore tum hic, tum infra cap.* 43. *Qua de re alibi verba fecimus, nimirum in Prolegomenis ad tom. IV. Bibl. Patr. cap. I.* §. 4. *pag.* 4. (Galland.)

legis ac prophetarum non esse patrem Christi, nec bonum esse deum, sed iustum, patrem vero Christi bonum. Christumque ipsum nec natum ex femina neque habuisse carnem nec vere mortuum vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Contra hunc suscepit sanctus Apollonius episcopus Corinthiorum, [1] eumque omni cum synodo orientali damnavit, reddens rationem, hunc esse deum patrem domini nostri Iesu Christi de quo Moyses in capite libri sui dicit: [2] *In principio fecit deus caelum ac terram.* Omnes veteris testamenti irreprehensibiles secundum apostolum adprobavit, dicens, [3] *Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?* Haec autem et his similia hac de causa condemnatis haereticis rationabili sermone videbantur satisfacere sacerdotes, sive ut a praecipitio revocarent, sive ut se ostenderent sectas damnare, non homines, homines autem seipsos damnare qui damnatas sectas amplectentes a veritate discedunt.

Cap. XXIV. Vicesima et quarta est haeresis Severianorum, qui sunt a [1] Severo exorti. Vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de semine satanae terram germinasse adserunt vitem. Carnis quoque resurrectionem cum veteri respuunt testamento. Hos damnavit S. Euphranon episcopus Rhodius; apud Rhodum enim horum superstitio orta est. Quos convicit scripturarum ratione sanctarum, in quibus [2] legitur deus educere de terra panem ad confirmandum cor hominis, et vinum ad laetificandum. Vini autem non usus necessarius, sed nimietas inimica saluti culpanda est. Carnis vero resurrectionem ab illo promissam esse qui in praesenti mortuos suscitabat; qui si mentitus fuisset, mortuos utique suscitare non potuisset. Sanctos esse apices testamenti veteris, sicut fundamenta domus, praeclare docuit, dicens, Fundamenta domus circa squalida loca sunt posita, ut ea quae sunt superius nullam contumeliam stercorum patiantur. Superiora ergo domus laquearibus auratis, parietibus pictis, et vario marmorum metallo sunt edita, inferiora vero, humori terreno vicina, digesta etiam superiorum universa suscipiunt. Quid ergo nunc faciemus? si auferimus inferiora, superiora corruunt. Tamen si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat nisi dei filius facere. Videamus ergo utrumnam ipse destruxerit hoc quod nos dicimus permanere. [3] *Putatis,* inquit, *quia veni legem destruere, aut prophetas? Non veni legem solvere, sed adimplere.* Haec et his similia dicens sanctus Euphranon episcopus mul-

Cap. XXIII. — 1. eumque omnis ecclesia cum synodo *MS. Aug.* 2. Gen. I, 1. 3. Rom. VIII, 33.
Cap. XXIV. — 1. Severiano *MS. Aug.* 2. Psalm. CIII, 15. 16. 3. Matth. V, 17.

tos convertit, in errore vero perseverantes perpetua sanctione a communione privavit.

Vicesima et quinta haeresis est Tatianorum, a Tatiano quodam instituta, qui et Encratitae appellati sunt. Hi nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suo numero coniugio utentem marem vel feminam. Non vescuntur carnibus, easque omnino abominantur. Contra hos suscepit sanctus Epiphanius Ancyrae Galatiae episcopus, obiiciens eis [1]Pauli apostoli epistolam ad Timotheum primam, eo quod habeant cauteriatam conscientiam, prohibentes nubere et abstinere docentes a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem: quia omnis creatura dei bona est, et nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Abstinentes autem nostros catholicos idcirco laudamus, [2]quia non accipiunt cibos, quasi qui dicant malum esse accipere, sed bonum dicunt et optimum, quod se asserunt esse ad percipiendum indignos. Sic fit ut et illud statutum apostoli conservetur, quod ait, [3]*Non manducans manducantem non iudicet, et manducans non manducantem non spernat.* Non enim creaturam accusat, sed se esse talem pronuntiat [4]qui se dicat huius epulis refici non mereri. Cap. XXV.

Vicesima et sexta haeresis Cataphryges orti sunt, qui hoc nomen a provincia non a dogmate adsumpserunt. Quorum auctores fuerunt Montanus, Prisca et Maximilla. Hi itaque adventum spiritus sancti a domino promissum in se potius quam in apostolis fuisse adserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent, et ideo dicunt eas permisisse apostolum Paulum, quia ex parte sciebat et ex parte prophetabat. Nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum et in eius prophetissas, quas supra diximus, venisse delirant. Hactenus dixerim de Cataphrygis. Cetera quae dicuntur quasi incerta praetereo, de infantis sanguine eos accipere; quod ideo dicimus, ne videamur ignorare omnia quae de eis dicuntur. Hi enim qui contra eos scripserunt, nihil hinc penitus memorarunt. Scripsit contra eos librum sanctus [1]Soter papa Urbis, et Apollonius Ephesiorum antistes. Cap. XXVI.

Cap. XXV. — 1. I. Timoth. IV, 2—5. 2. quia non *MS. Aug., et I. B. Coteler. Eccl. Gr. Monum. I, p.* 772. quia quando non *Ms. Rem., Dunens. et edd. Sirm. Galland.* 3. Rom. XIV, 3. 4. qui *MS. Aug., et I. B. Coteler. l. l.,* quo *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

Cap. XXVI. — 1. *Auctoris nostri testimonium de Sotere adversus Cataphrygas scribente probatur Dodwello in Dissertat. singul. de Success. Rom. Pontif.*

Contra quos scripsit Tertullianus presbyter Carthaginensis. Qui cum omnia bene et prime et incomparabiliter scripserit, in hoc solum se reprehensibilem fecit, quod Montanum defendit, agens contra Soterem supradictum urbis papam, asserens falsa esse de sanguine infantis, trinitatem in unitate deitatis, paenitentiam lapsis, mysteriis eisdem unum pascha nobiscum. Hoc solum discrepamus, inquit, quod secundas nuptias non recipimus, et prophetiam Montani de futuro iudicio non recusamus. Obiiciunt quidam Tertulliano quod animam ex traduce, id est animam dixerit ita gigni ex anima sicut ex corporibus corpus; quod catholica fides vehementer execratur.

Cap. XXVII. Vicesima septima haeresis Pepuzianorum, qui a loco quodam nominati sunt, quam desertam civitatem dicit Epiphanius. Hanc autem isti divinum aliquid esse arbitrantes Hierusalem vocant; tantum dantes mulieribus principatum, ut sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim duas ecclesias, Quintillae et Priscillae, in eadem civitate Pepuza. Unum sunt cum Cataphrygis. Contemptui autem eos habent quod se isti Pepuziani ceteris aestiment meliores. Dicunt enim hanc Pepuzam villam fuisse Montani, Priscae et Maximillae, et quia ibi coeperunt praedicare, et ibi vixerunt, ideo locum appellari Hierusalem. Et quia habitatores loci sunt, ideo ceteris se esse meliores adscribunt. Hos Apollonius superavit Ephesiorum episcopus.

Cap. XXVIII. Vicesima octava haeresis Artotyritas suos vocat, quibus hoc nomen oblatio dedit. Offerunt enim panem et caseum, dicentes a primis hominibus oblationes deo de fructibus terrae et ovium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius. Contra quos nullus dignatus est nec loqui.

Cap. XXIX. Vicesima nona haeresis Tessarescaedecatitae dicuntur eo quod quartadecima luna pascha celebrant, quilibet septimanae occurrerit dies, et si dies dominicus incurrerit, ipso die ieiunant et vigilant. Hoc tantum a nobis discrepant, nihil aliud. Hos sanctus Ioannes Constantinopolites episcopus tali ratione in multis civitatibus obtinuit. Abiit cum clero suo, et cum eis pascha celebravit, dicens, Sicut nos vobiscum celebravimus pascha, venite et vos nobiscum suscipite. A quibus cum hoc impetravit, coeperunt unum sapere et nobiscum celebrare diem. Probaverunt enim totam fidei regulam sic nos sicut se tenere, sic illos sicut nos credere.

Cap. XXX. Tricesima haeresis Alogiorum. Propterea sic vocantur, quia

*cap. XIV. §. 2. Neque omittendus cl. Abbas de Longuerue in Dissertat. de Haeresi Montani §. VIII, p.* 259. (Gall.)

verbum dei esse filium accipere nolunt, in tantum, ut evangelium sancti Ioannis dicant ipsius non esse: nec Apocalypsim accipiunt eiusdem Ioannis. Quid multa? Omnia nobiscum sapiunt, [1] verbum dei filium dei penitus quasi blasphemiam execrantur. Hos Philo episcopus saepe superavit.

Tricesima prima haeresis Adamianorum, qui ex Adam nomen acceperunt, cuius imitantur in paradiso nuditatem, qualis fuit ante peccatum. Unde et nuptias aversantur, quia nec prius quam dimissus esset de paradiso, cognovit uxorem. Credunt ergo quod nuptiae futurae non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares feminaeque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta. Et ex hoc paradisum suam arbitrantur ecclesiam. Hos sanctus presbyter Polycarpus detexit, obtinuit, eliminavit. Cap. XXXI.

Tricesima et secunda haeresis Helceseorum. Hos quidam [1] Helchi nomine pseudopropheta decepit, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibetur adoratas. Cetera Hebioneis similia tenere ab Epiphanio adseruntur. Hos Papias presbyter Achaiae obtinuit. Cap. XXXII.

Tricesimum et tertium locum haeresis tenent Theodotiani, a quodam [1] Theodoto instituti, hominem tantummodo Christum dei filium adserentes. Quod dicitur idem [2] Theodotus propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui devitare putabat opprobrium, si non deum negasse, sed hominem videretur. Hos obtinuit Craton episcopus Syrorum. Cap. XXXIII.

Tricesimam quartam haeresem Melchisedechiani invenerunt. Melchisedech, sacerdotem dei excelsi, non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur, illum locum sequentes apostoli ad [1] Hebraeos quo ait, *Sine patre, sine matre, sine genealogia.* His occurrit Dionysius Hierosolymorum episcopus, dicens hunc et patrem habuisse et matrem, et hoc ideo dixisse apostolum, quia et genealogia ipsius et materna paternave prosapia non haberetur in eo ordine in quo lex Hebraeorum adscripta est, cum deo utique placuerit generatio Hebraeorum. Cap. XXXIV.

Tricesima quinta haeresis sunt Bardesanitae, a quodam Barde- Cap. XXXV.

Cap. XXX. — 1. *Wesseling. Probabil. cap.* 30. *pag.* 266 *proposuit* nisi quod verbum dei cett. *Quod minime opus est.*

Cap. XXXII. — 1. *Cf. de hoc nomine I. B. Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I, pag.* 775.

Cap. XXXIII. — 1. Theodotione *MS. Aug.* 2. Theodotion *MS. Aug.*

Cap. XXXIV. — 1. Hebr. VII, 3.

sane perversi. Qui [1] Bardesanes dicitur perfectus fuisse catholicus, sed postea in id per Valentini discipulum incurrisse ut malam diceret carnis humanae creaturam, animae bonam. Hunc in Cappadocia damnavit Theocritus episcopus, docens deum bonum utraque fecisse, utraque copulasse, et carnis humanae non naturam sed praevaricationem esse culpandam.

Cap. XXXVI. Haeresis tricesima et sexta [1] Noëtianorum est, qui dicunt [2] Christum eundem ipsum esse patrem et spiritum sanctum, non per substantiam, sicut nos, sed per personam, ut putative dicatur spiritus sanctus, non veraciter. Hic damnatus est a Tranquillo episcopo Chalcedoniorum Syriae. Ostendit enim patrem verum, filium verum, spiritum sanctum verum, unum quidem deum per unam substantiam, sed tres per distinctionem personas credi debere confirmans.

Cap. XXXVII. In tricesimam et septimam haeresim Valesii incurrunt, qui infelices et seipsos castrant et hospites suos. Hoc modo dicunt illud impleri, [1] *Qui se castraverunt propter regnum caelorum.* Alia quoque haeretica docere dicuntur, et turpia, sed quae illa sint nec ipse Epiphanius commemorat nec uspiam potui reperire. Hi a synodo sunt damnati Achaiae.

Cap. XXXVIII. Tricesima octava haeresis est Catharorum, qui seipsos isto nomine quasi propter munditiam superbissime appellarunt. Secundas nuptias non admittunt. Paenitentiam denegant, Novatum sectantes haereticum; unde etiam Novatiani appellantur. Contra hunc beatus Xystus martyr et episcopus, et venerabilis Cyprianus martyr Christi, tunc Carthaginiensis pontifex, scripsit contra Novatum librum de lapsis, quod possint per paenitentiam recuperare gratiam quam labendo perdiderant, quod Novatus adserebat fieri omnino non posse.

Cap. XXXIX. Tricesima et nona haeresis Angelicorum est. Hi Angelicos se vocari voluerunt. Dicunt enim angelos debere adorari et excoli animo, et ipsis preces effundi, ut [1] ipsi quem sciunt posse plus a se ipsi faciant votis hominum et petitionibus subvenire. Hos Epipha-

Cap. XXXV. — 1. Bardesanes *MS. Aug.* Bardesan *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

Cap. XXXVI. — 1. Anoetorum *MSS. Aug. et Rem.* 2. eundem esse Christum et spiritum sanctum, non per substantiam *MS. Aug.*

Cap. XXXVII. — 1. Matth. XIX, 11.

Cap. XXXIX. — 1. *Ita habent libri Rem. Aug. Dunens., et editi. Dicit:* ut ipsi angeli deum, quem sciunt posse plus, a se ipsi faciant votis hominum subvenire.

nius iam omnino defecisse testatur, victos a Theophilo Apameo episcopo.

Quadragesimo loco apparuerunt apostolici, qui se hoc nomine adroganter appellari voluerunt eo quod in suam communionem non recipiunt utentes coniugibus et res proprias possidentes, quales habet catholica et monachos et clericos plurimos. Ideo ergo isti haeretici sunt, quia se ab ecclesia separantes nullam spem eos putant habere qui utuntur his rebus quibus ipsi carent. His in eo testimonio occurrit ecclesia, in quo dicit [1] apostolus, Etiamsi corpus meum non solum abstinentiis macerem, sed etiam tradam eum igni ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Cap. XL.

In quadragesimam et primam haeresim Sabelliani a Sabellio incurrerunt, ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi sanctum spiritum confitentes. Hi sunt qui et Praxeani dicuntur, qui habuerunt inter initia Praxeam quendam doctorem. Dicuntur et Hermogeniani, quia Hermogenem habuerunt in Sabellii contubernio. His occurrit Dositheus episcopus Seleuciae, docens eum totam trinitatem negare, dum se aestimat unitatem defendere. Pater enim ingenitus, filius genitus, spiritus sanctus procedens ex patre, coaequalis per omnia patri et filio. Deitas enim sic recipit unitatem substantiae, ut distinctionem personae non perdat. Cap. XLI.

Quadragesimam et secundam haeresim Origeniani inchoaverunt, a quodam [1] Origene, non illo qui fere omnibus notus est, sed alio Syro quodam sceleratissimo, de quo dicit Epiphanius quod tam turpia docuerit, ut nec debeant per scripturam ad nostros posteros destinari. Cap. XLII.

Quadragesimam et tertiam haeresim alii Origeniani continuo subsecuti sunt, ut dicit Epiphanius, qui et mortuorum resurrectionem negant, Christi autem creaturam esse sanctum spiritum dicunt, paradisum autem et caelos allegorice dicta firmantes. Hi duo Origenes [1] prava quaeque quae scripserunt haeretici et perversi doctores nostro Origeni catholico tractatori miscuerunt, ut adimpleretur quod dicitur a domino in evangeliis, [2] *Nonne bonum semen* Cap. XLIII.

Cap. XL. — 1. I. Corinth. XIII, 3.

Cap. XLII. — 1. *Hunc scriptorem duos confingentem Origenes, hic et paulo post, acriter perstringit Huctius lib. I. Origenian. cap. I. §. VII, pag. 5., qui et animaduertit diserte negasse id Baronium, simulque causas cur duplex fingeretur Origenes acute pervestigasse ad ann. 256. §. XLVII. Post Huetium idem adnotarunt Cotelerius Monum. Eccl. Gr. tom. I, p. 778., et Fabric. Bibl. Gr. tom. V, pag.* 213. *not. a.* (Gall.)

Cap. XLIII. — 1. *Ita habet cod. ms. Dunensis.* prava quae scripta sunt. Haeretici *MS. Aug.* prava quaeque scripserunt. Haeretici *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Matth. XIII. 27.

*seminasti in agro tuo? unde ergo* [3] *haec zizania? Qui respondens ait, Inimicus homo haec fecit.* Ideo enim Origenem legentes invenimus catholicum, et contra haereses dimicantem et vincentem, identidem legentes Origenem invenimus haereticum et adversa fidei adstruentem. Litterae verba tradunt et sensus. Si possent et facies loquentium demonstrare, errorem nullus poterat de persona doctoris incurrere. Nam et illud cavendum est, quod Ampullianus quidam haeresiarches Bithynius, qui docebat post Origenem ecclesiam dei. Hic incurrit talem haeresem, ut diceret omnes criminosos cum diabolo et daemoniis eousque in gehenna decoqui, usque quo puri redditi possint inde mundi et immaculati egredi, ad hoc quod antea fuerant alieni a culpa suo iterum creatori restitui. Hic dum argueretur ab universali ecclesia, coepit proferre libros Origenis, quos ipse vitiaverat, et dicere. Ecce quia Origenes ita sensit, et praecipue in quatuor [4] Περὶ Ἀρχῶν libris. Sed qui sani sensus est et [5] habet splendidos oculos, sic videt addita in Origenis opusculis mala ista atque cognoscit, sicut si in stragulo coccineo pannos albos aut cuiusque alterius coloris cernat adsutos. Quod ita esse sanctus martyr Pamphilus docet, qui antequam ad martyrii coronam adtingeret, inreprehensibiliter [6] cathedram episcopatus obtinuit, et sanam doctrinam dei populis ministravit. Hic edidit apologeticum, et omnia quae de Origene [7] catholico ignorantes mentiuntur, exclusit, ostendens ea quae reprehensibilia inveniuntur in eius opusculis Origenis non esse, sed eorum quos ipse superaverat, alia vero, quae tota perversa sunt, aliorum duorum haereticorum esse, qui Origenis nomen, non fidem nec conscientiam habuerunt.

Cap. LXIV. Quadragesima et quarta haeresis, a Paulo Samosateo inventa, Paulianum sibi populum fecit. Christum non semper fuisse, sed a Maria coepisse, nec amplius eum aliud quam hominem dicunt. Haec haeresis antea fuit Artemonis; quae cum defecisset, ab isto Paulo Samosateo restaurata est. Item contra hunc suscipiens ecclesia, licet post multos annos, dum defecisset cum adsertoribus prava defensio, a Photino nostro episcopo renovata iterum Photinianum populum pullulavit. Sive ergo Artemonianos audias, sive Paulianos, sive Photinianos, unum scias: sicut Donatistas et [1] Montenses et Parmenianos vocamus, Donatistas a Donato, [2] Montenses a mon-

3. habet haec zizania *MS. Aug.* 4. periarchon *edd. Sirm. Galland.* 5. habet mentis splendidos oculos *MS. Aug.* 6. *Episcopum fuisse Pamphilum martyrem perperam tradit auctor.* (Gall.) 7. catholico *MS. Aug.* catholici *MS. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

Cap. XLIV. — 1. Monteses *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.* 2. Monteses *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

tis latebra, Parmenianos a Parmeniano, qui per totam Africam libros contra nos conficiens et novos psalmos faciens circumibat, contra quem noster scripsit Optatus. Sed redeamus ad [3]Paulianos. Omnibus notum est nos haereticos venientes non rebaptizare, sed manum reconciliationis accedere, et ita divino populo tradere sociandos. De Paulianis autem sancta synodus Nicaena hoc constituit, ut prorsus baptizentur, et ita demum catholico populo socientur. Unde ego credo regulam eos baptismatis integram non tenere: et ideo hoc decretum a Christi pontificibus constitutum.

Quadragesima et quinta haeresis Photinianorum est a Photino, quem sic dixi nostrum episcopum fuisse, sicut fuit noster Iudas Scariotes apostolus. Hic suum populum fecit. Hominem quidem purum fuisse Christum docebat, et a Maria coepisse cum Paulo Samosateo sentiebat, sed spiritum sanctum semper fuisse memorabat, hoc solum quadragesimae quartae haeresi dissimilis, quod populum a se perversum suo nomine nuncupavit. Cap. XLV.

Quadragesima et sexta haeresis a Mane inchoata Manichaeorum contubernium fecit. Hic Manes, cum esset civis Persa, et in Perside docens se apostolum dei diceret, etiam ad Graeciam devolutus est. Quem Graeci discipuli eius, devitantes nomen insaniae, [1]Mannicheum vocari decreverunt, id est quasi manna fundentem. Iste duo principia inter se diversa et adversa eademque aeterna et coaeterna, hoc est semper fuisse, composuit, duasque naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos opinatus est. Quorum inter se pugnam et commixtionem, et boni a malo purgationem, et boni quod purgari non potuit cum malo in aeternum damnationem, secundum sua dogmata adseverantes multa fabulantur, quae cuncta intexere nimis longum est. Dicunt animas bonas et eiusdem cuius est deus esse naturae. Proinde mundum a natura boni, hoc est a natura dei factum confitentur quidem, sed de commixtione boni et mali, quae facta est quando inter se utraque natura pugnavit. Ipsam vero boni a malo purgationem ac liberationem non solum per totum mundum et de omnibus eius elementis virtutem dei facere dicunt, verum etiam electos suos per alimenta quae sumunt. Et eis quippe alimentis, sicut Cap. XLVI.

3. Paullinianos *MS. Aug. Sed rectius utique, a Paullo scilicet Samosateno,* Paullianos, *ut et Augustinus lib. de Haeresibus ad Quodvultdeum; ex quo libro hanc suarum haereseon enarrationem prope ad verbum exscripsit auctor Praedestinati.* (Galland.)

Cap. XLVI. — 1. Mannicheum *rescripsit Fabricius Bibl. Gr. tom. I, p.* 171. *not. ** Cf. Augustin. et Haeres. cap.* 46. Manichaeum *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Galland.*

universo mundo, dei substantiam perhibent esse commixtam; quam purgari putant in electis suis eo genere vitae quo vivunt electi Manichaeorum, velut sanctius et excellentius auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est electorum et auditorum, ecclesiam suam constare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc partem bonae divinaeque substantiae, [2]quae mixta et colligata in escis et potibus detinetur, maximeque in eis qui generant filios, arctius et inquinatius conligari putant. Quicquid vero undique purgatur luminis, per quasdam naves, quas esse lunam et solem volunt, regno dei tanquam propriis sedibus reddi. Quas naves de substantia dei pura perhibent fabricatas, lucemque istam corpoream, animantium mortalium oculis adiacentem, dei dicunt esse naturam. Quinque enim elementa, quae genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum eaque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. In fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem censent; in tenebris repentia, in igni quadrupedia, in aquis natatilia, in vento volatilia. His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno et substantia dei missa esse dicunt, et in illa pugna fuisse permixta, fumo aërem, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquae malae aquam bonam, vento malo ventum bonum. Naves autem illas, id est duo caeli luminaria, ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem vero ex bono igni. Esse autem in eis navibus sanctas virtutes, quae se in masculos transfigurant, ut inliciant feminas gentis adversae, et per hanc inlecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris fuis permixtum tenebant, et purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatumque in illis navibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occasione coguntur electi eorum velut eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de aliis cibis quos accipiunt, substantia illa divina purgetur. Sed hoc se dum facere negant, detecti sunt. Nam et apud ecclesiam Carthaginensem ita sunt manifestati. Denique in conventu episcoporum coram omni populo confessa est puella, nondum annorum duodecim, istam nefariam turpitudinem, et [3]multa prodidit, seipsam adserens ob hoc [4]scelestum sacramentum eorum vim esse perpessam. Cui cum primo non crederetur uni puellae et soli, plurimas nominavit huius facinoris conscias, quas solatio Ursi tribuni, qui tunc domui

2. quae maxime colligata *MS. Aug.* 3. *Ita ed. Galland. At Sirmondus ediderat* multas. 4. scelesto sacramento *MS. Aug.*

regiae praefuit, de diversis domibus, ubi latebra fovebantur, eiectas a clericis ad ecclesiam restitutam adductas id ipsum propter hoc ipsum passas vix et compulsas constat esse confessas. Tunc totum illud turpissimum scelus, ubi ad excipiendum et commiscendum concumbentium semen farina substernitur, profertur in medium; et, quod cum infinito rubore dicitur et auditur, recenti tempore nonnulli eorum ad ecclesiam adducti sunt, sicut gesta episcopalia ibidem confecta testantur. Tria ergo genera eorum sunt, Catharistae, [5] Mattarii, et Manichaei. Omnes tamen has tres formas ab uno magistro, ipso scelerato Mane, constat esse conscriptas. Omnes denique Manichaeum legunt, et omnes libri eius sunt eis sine dubitatione communes. In quibus libris agitur, ut per concupiscentiam dissolvatur utriusque sexus princeps tenebrarum, et fugiat ab eis liberata divina substantia, quam in hominis semine teneri existimant inquinatam; unde etiam Catharistae appellantur, quasi purgatores. Qui cum carnes non comedant, tam polluti sunt, ut cum omnibus suis etiam humanum semen adsumant, cum nec ova ipsa accipiant; aiunt enim, Et ipsa dum franguntur expirant. Sed nec alimonia lactis utuntur; non quia putent divinae substantiae nihil ibi esse permixtum, sed quia sibi error ipse non constat. Nam et vinum non bibunt, dicentes fel esse principis tenebrarum, et tamen uvas comedunt, cum de musto nec digitum intinctum adsumant. Animas auditorum suorum in electos revolvi arbitrantur: ceteras autem animas, quae eorum non sunt auditorum, in pecora redire adserunt, et in omnia quae radicibus fixa sunt atque aluntur in terra. Herbas enim, et arbores, [6] ita in eis vitam esse putant, ut sentire ea cum laeduntur aestiment, et dolere. Unde et agriculturam, quae omnium artium est innocentior, tanquam plurimorum homicidiorum ream dementes accusant, et praecipue cum agrum ab spinis viderint repurgari suisque auditoribus ideo arbitrantur ignosci, quia praebent inde alimenta electis suis, ut divina illa substantia in eorum ventre purgata impetret eis veniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipsi electi nihil in agris operantes, nec poma carpentes nec folia ulla vellentes, expectant haec afferri usibus suis ab auditoribus suis, viventes tot et tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis. Monent etiam eosdem au-

5. Mattari *MSS. Aug. Rem. Cf. Augustinus.* Macarii *ed. Sirm.* Macharii *ed. Galland.* 6. *Structurae neglegentiam et demonstrat et illustrat Augustinus:* Herbas enim atque arbores sic putant vivere, ut vitam, quae illis inest, et sentire credant et dolere cum laeduntur, nec aliquid inde sine cruciatu eorum quemquam posse vellere aut carpere.

ditores suos, ut si vescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in caelestibus conligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem [7] ducere, et sic utantur coniugibus ut conceptum generationemque devitent, ne divina substantia, quae in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in [8] prole. Sic quippe in omnem carnem, id est per escas et potus, venire animas credunt. Unde et nuptias sine dubitatione condemnant, et quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent, propter quod sunt copulanda coniugia. Adam et Evam ex princibus fumi adserunt natos, quorum pater aiunt nomine Saclas. Quem sociorum suorum fetus omnium adserunt devorasse, et quicquid inde commixtum divinae substantiae ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tamquam tenacissimo vinculo conligasse. Christum autem fuisse adfirmant quem dicit nostra scriptura serpentem; a quo inluminatos adserunt eorum adspectus, ut bonum malumque dinoscerent, eumque Christum novissimis temporibus advenisse, ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur. Deum, qui legem per Moysen dedit, et in Hebraeis prophetis locutus est, non esse deum verum, sed unum ex principibus tenebrarum adfirmant. Ipsiusque testamenti novi scripturas tamquam falsatas ita legunt, ut quod volunt inde accipiant, quod nolunt reiiciant; eisque tamquam totum verum habentes nonnullas apocryphas anteponunt. Promissionem domini nostri Iesu Christi de paraclito in suo haeresiarche Manichaeo dicunt esse completam. Unde se ipse in suis litteris Iesu Christi apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se eum missurum esse promiserit; et ideo eius apostolus, quia in eo missus sit spiritus sanctus. Propter quod etiam ipse Manichaeus duodecim discipulos habuit, instar apostolici numeri, quem numerum Manichaei hodieque custodiunt. Nam et ex electis suis habent duodecim quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum, episcopos autem LXXII qui ordinantur a magistris, et presbyteros, qui ordinantur ab episcopis, numeri indefiniti. Habent etiam episcopi diaconos. Iam ceteri tantummodo electi vocantur. Sed mittuntur etiam ipsi, qui videntur idonei, ad hunc errorem, vel ubi est augmentandum, vel ubi non est seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent sa-

7. ducere, et sic utantur *MS. Aug.* ducere. Et sic utuntur *edd. Sirm. et Galland.* 8. prolem *MS. Aug.*

lutis adferre; nec quemquam eorum quos decipiunt baptizandos putant. Orationes faciunt ad solem per diem, quaqua versum circuit: ad lunam per noctem, si apparet; si autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua sol cum occiderit ad orientem revertitur. Stant orantes. Peccatorum autem originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiae tribuunt gentis adversae, quam dogmatizant esse hominibus mixtam. Omnem vero carnem non divinitatis, sed malae mentis adserunt esse opificium, quae contrario deo coaeterna est. Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit adversus spiritum, substantiam volunt esse contrariam, sic nobis adhaerentem, ut quando liberamur atque purgamur, iterum reparetur, et in sua natura etiam ipsa immortaliter vivat. In uno homine duas dicunt animas esse, et duas mentes, easque per naturam contrarias, bonas et malas, easque dicunt inter se habere conflictum. Finito autem isto saeculo, post conflagrationem mundi, istam substantiam mali in globo quodam dicunt tamquam in carcere esse victuram. Cui globo adfirmant accessurum et semper adhaesurum [9]quasi coopertorium atque tectorium ex animabus natura quidem bonis, sed tamen quae non potuerint a naturae malae contagione mundari.

Quadragesimus septimus haereticus Hieraca Hieracitas instituit. Hi resurrectionem carnis negant. [1]Monachos tantum et monachas, et eos qui coniugia non habent, in communionem recipiunt. Ad regnum caelorum non pertinere parvulos dicunt, quia non sunt eis merita ulla certaminis quo vitia superantur. Contra hunc suscepit sanctus Aphrodisius Hellesponti episcopus, adserens resurrectionem carnis et novo et veteri testamento esse firmatam. Infantes autem iam homines esse: et sicut si quis eos occidat, homicidae suscipit crimen, sic qui eos baptismate consecraverit, mercedem sibi de hominis salute adquirit. Communionem nulli negandam nisi his qui praetermissis coniugibus propriis alienas requirunt. Cap. XLVII.

Quadragesima octava haeresis est Meletianorum, a Meletio quodam. Nolentes orare cum his qui in persecutione ceciderant, schisma fecerunt. Quibus restitit sanctus Basilius episcopus Cappadociae, dicens maiorem spei et fidei caritatem, quae omnia tolerat, et manum lapsis magis porrigendam. Hortatur etiam desperantes recuperatione provocandos ut redeant; si quidem etiam [1]angelis in caelo Cap. XLVIII.

9. et quasi *MSS. Aug. Rem., et edd. Sirm. Gall. Cf. Augustinus.*
Cap. XLVII. — 1. Monachos autem tantum *MS. Aug.*
Cap. XLVIII. — 1. Luc. XV, 10.

gaudium faciat unus paenitens quam nonaginta novem qui non peccaverunt.

Cap. XLIX. Quadragesimus et nonus haeresiarches [1]Arius ortus est. Hic populos [2]Arianos instituit, qui patrem et filium et spiritum sanctum nolunt esse unius eiusdemque substantiae, sed esse filium creaturam, spiritum vero sanctum creaturam creaturae, hoc est ab ipso filio creatum volunt. [3]In eo autem quod Christum sine anima carnem suscepisse arbitratur, Epiphanius prodidit. Et ideo patrem maiorem filii sic dicit, quasi creatorem, et filium maiorem spiritu sancto, quasi creatorem eius. Nostros, id est catholicos, ad se venientes rebaptizant: utrum hoc etiam aliis, id est non catholicis, faciant, nusquam legitur. Primus contra hos suscepit sanctus Hesiodus episcopus Corinthiorum, vir qui etiam mortuos suscitasse adseritur. Unde factum est ut plus sanctitatem quam disputationem adtendentes homines [4]Arium execrarentur. Siquidem eius orationibus adseritur ipse [5]Arius in secessum sedens universa simul interanea cum stercoribus profudisse. Iam contra sectam eius tam orientales quam etiam occidentales episcopi scripserunt. Quibus eum per singula capita dogmatum suorum adserunt blasphemantem.

Cap. L. Quinquagesimos [1]Vadianos memorat Epiphanius, non quidem haereticos, sed schismaticos. Quos alii Anthropomorphitas vocant, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudine imaginis corruptibilis hominis, dicentes, [2]*Oculi domini super iustos.* [3]*Caelos opera digitorum dei*; et, [4]*Deus sedet super sedem sanctam suam*; et, [5]*Deus stetit in synagoga deorum*, et cetera quae possunt de visibili cogitari. Quia ergo in nullo alio errant, [6]mitius in eos agens Epiphanius noluit haereticos nominare, dans veniam rusticitati. Quod autem nobis non communicant, divitias habere nostros episcopos clamant, quas Christus etiam laïcos contemnere iubet. Pascha cum Iudaeis celebrant. Egit contra hos Zenon Syrorum episcopus.

Cap. LI. Quinquagesima prima haeresis Eunomianorum, ab Eunomio. Hi serpentis antiqui spiritu pleni non solum minorem filium, sed nec similis essentiae esse filium adseverant. Egit contra hos Ammonius presbyter.

Cap. XLIX. — 1. Arrius *edd. Sirm. Galland.* 2. Arrianos *edd. Sirm. Galland. Ita omnes libri.* 3. In eo, *h. e. in spiritu sancto.* 4. Arrium *edd. Sirm. Galland.* 5. Arrius *edd. Sirm. Galland.*

Cap. L. — 1. Vadianos *ego, ex Augustino.* Valdianos *MSS. Aug. Rem. Dunens.* Audianos *edd. Sirm. Gall.* 2. Psalm. XXXIII, 16. 3. Psalm. VIII, 4. 4. Psalm. XLVI, 9. 5. Psalm. LXXXI, 1. 6. mitius in eos *MS. Aug.* mitius eos *edd. Sirm. Gall.*

Quinquagesima secunda haeresis Macedonianorum, a Macedonio. Hos Pneumatomachos appellant per orientem nostri, eo quod de spiritu sancto litigent. Nam de patre et filio recte sentiunt, spiritum vero sanctum nolunt credere deum, creaturam eum dicentes. [1]Philaster scribit Macedonium spiritum sanctum deitatem patris et filii dicere. Quo dicto [2]videntur proprietatem suam sancto spiritui denegare. [3]Egit contra hos synodus Nicaena. Cap. LII.

Quinquagesima tertia haeresis Aërianorum, ab Aërio quodam: qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod non esset episcopus ordinatus. Coepit docere non debere pro dormientibus offerri, nec statuta celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit ieiunandum, ne videatur esse sub lege. Presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni, et non admitti ad communionem suam nisi a coniugio abstinentes. Cap. LIII.

Quinquagesima et quarta haeresis Aëtiana, ab Aëtio vocata. Hi cum Eunomio dissimilem per omnia patri filium [1]confitentur, et dicunt, quicumque nostrae fidei consentiunt, sciant sibi [2]nulla obesse peccata, quaecumque ab eis fuerint perpetrata. Contra hos synodus XX episcoporum egit in Achaia. Cap. LIV.

Quinquagesima et quinta haeresis Apollinaristarum est, ab Apollinare inchoata. Negant hominem perfectum in Christo, sed adsumptionem carnis ita factam, ut intus in homine pro anima divinitas esset. Carnem autem et verbum unius eiusdemque voluit docere substantiae. Contentiosissime adserentes [1]*Verbum caro factum est*, volunt docere aliquid de verbo in carnem conversum. Insuper etiam de Mariae carne nihil esse susceptum in incarnatione domini nostri Iesu Christi confirmant. Egit contra hunc synodus in Antiochia. Cap. LV.

In quinquagesima sexta haeresi Antidicomaritae appellati sunt haeretici, qui Mariae virginitati usque adeo contradicunt ut adfirment eam post Christum natum viro fuisse commixtam. Egit contra hos Theodotus Cyprius episcopus. Cap. LVI.

Quinquagesimam et septimam haeresem Messalianorum invenimus. Quod nomen ex lingua Syra est, Graece autem dicuntur Euchitae, ab orando sic appellati. [1]Non psallunt, iugiter orant. Cap. LVII.

Cap. LII. — 1. *Immo Augustinus de Haeresibus cap.* 52. 2. videntur *Cotelerius Monum. Eccl. Gr. tom. I, p.* 783. videtur *edd. Sirm. Galland.* 3. *Verba* Egit contra hos synodus Nicaena, *quae absunt ab edd. Sirm. Galland., adieci ex MS. Aug.*

Cap. LIV. — 1. confitentes dicunt *MS. Aug.* 2. nulla posse obesse *MS. Aug.*

Cap. LV. — 1. Ioh. I, 14.

Cap. LVII. — 1. Nam *rescribit I. B. Cotelerius Monum. Eccl. Gr. I, p.* 784.

Sed quia hoc solum faciunt, non habentes caritatem nec alloquii nec humanitatis inter haereticos sunt a sancta synodo confutati. Condemnant etiam eos monachos qui aliud praeter legendi orandique opera aliquid fuerint operati vel artis vel agriculturae. Usque ad istos Epiphanius pervenit, et siluit. Credo eum usque ad id temporis vixisse. Praeterita enim et praesentia indicare humana curiositas potest, deus autem solus potest futura praedicere. Verum quia [2]Philaster in suis et ipse libris, quibus diversorum retexit historias, etiam haereses quae ortae fuerint ceteris quibusque temporibus, ex eius nunc libris discerpendo solas haereses in medium exhibemus. Egit contra hos Ephrem presbyter Syrorum.

Cap. LVIII. Quinquagesimam et octavam haeresem Metangismonitae inchoaverunt. Ἀγγεῖον Graeco sermone vas dicitur: μεταγγισμὸς autem vas intra vas advertitur. Ex isto ergo articulo hoc sibi nomen adsumunt, dicentes, Sic est filius in patre, quomodo vas minus intra vas maius. Quos ideo repudiat ecclesia, quia de incorporeo carnaliter sentiunt, et de incomprehensibili [1]liniatis agunt, et de aequalitate divinitatis gradus statuunt. Egit contra hoc Diodorus episcopus Nicomediae.

Cap. LIX. In quinquagesima et nona haeresi Seleuciani sunt, orti a Seleuco, qui elementorum materiam, de qua factus est mundus, non a deo factam dicunt, sed deo coaeternam, nec animam deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos volunt de igni et de spiritu. Malum autem adserunt esse aliquando a deo, aliquando a materia. Negant salvatorem in carne sedere ad dexteram patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse, accipientes occasionem de psalmo, ubi legitur, [1]*In sole posuit tabernaculum suum.* Negant visibilem paradisum; baptismum in aqua non accipiunt; resurrectionem non credunt futuram, sed cotidie adserunt in generatione filiorum. Hos non admittit disciplina fidei nostrae nobiscum disceptationem adsumere, sed pro definitionibus suis eos praecepit anathemati mancipari.

Cap. LX. Sexagesimam haeresim [1]Proclinianistae a Proclino fecerunt. Dicunt isti, dei filium sic paruisse in terris, sicut Raphaëlem angelum, aut Gabrielem, non carne adsumpta, sed visa. Sic se miscent populo dei, ut non intelligantur. Denique quia nullum alium errorem patiuntur, communicant nobiscum; et hoc est quod peius est,

2. *Immo Augustinus.*
Cap. LVIII. — 1. limitate *MS. Aug.*
Cap. LIX. — 1. Psalm. XVIII, 6.
Cap. LX. — 1. Proclianitae (*vel* Proclianistae) a Proclo *qui rescriberent non defuerunt. Cf. August. de Haeres. cap.* 60. *Philast. cap.* 56.

quia quoscumque simplices invenerint, ita eos faciunt sentire et credere. Hoc scelus valde inimicum salutis nostrae ita adstruunt: Ergo deus illas sordes habuit sustinere, quas naturalis conceptio partus et parientis infligit? habuitque dei filius habere alvum degesta sua abluentem, humorem de naribus, salivam ex ore, sordem in aure, in ventre stercora, putorem in exhalatione? et his similia, quae insania mentis excogitat. His Tertullianus vehementer occurrit, ostendens dei filium impassibilem esse, et ista divinitati non iniuriam, sed laudem adferre. Sicut rex, qui volens anulum aureum cum gemma de cloaca levare, induit se servilem tunicam, et sic descendit ad cloacam, ut stercoreas iniurias tunica illa suscipiat, et mittens manum et anulum aureum cum gemma eripiens aqua abluit, et digito suo regali induit, posteaquam inde ascenderit: ita procul dubio dei filius formam servi suscipiens venit non solum ad inferos caelorum, ubi nos sumus, qui videmur vivere in mundo, sed etiam ad inferos inferiores, qui tanto a nobis sunt profundius, quanto nos sumus caelo, et ut inde humanum genus eriperet, cunctarum sordium, non suarum, sed nostrarum, est squalorem perpessus. Pro viventibus sic vixit sicut nos qui vivimus, nihil aliud distans nisi hoc quod immaculatam vitam exercuit, habens intra se deum: pro mortuis sic mortuus, nihil distans nisi hoc, quod tertia die resurrexit a mortuis, et quod propterea sic descendit, ut sanctos inde erueret et mortis principem religaret. Quod autem anulum aureum cum gemma posuit, hoc in sequenti lectione edocuit, quod anulum corpus posuerit, gemmam vero inclusam esse animam declaravit. Hunc ergo anulum de stercoribus antiquis et de cloaca huius mundi Christus elevans ac baptismatis unda perfundens, ab omni squalore abluens, in suis fecit sanctis manibus radiare. Siquidem ita legitur: [2] *Iustorum autem animae in manu dei sunt;* et iterum: [3] *Pone me sicut anulum in manu tua;* et: [4] *In manus tuas commendo spiritum meum:* et infinita sunt his similia in sacris apicibus, quae nos causa brevitatis omittentes ad sexagesimam et primam haeresem accedamus.

Sexagesimam et primam haeresim Patriciani fecerunt, a Patricio sumentes exordium. Hi substantiam carnis humanae non a deo, sed a diabolo conditam dicunt: eamque sic detestantur, ut hunc dicant esse perfectum qui se potuerit constanter occidere. Ex his sunt aliquanti qui etiam rogant eos quos invenerint ignotos ut ab eis occidantur. Haec insania in partibus Numidiae superioris et Cap. LXI.

2. Sap. III, 1. 3. Cant. VIII, 6. 4. Psalm XXX, 6.

Mauritaniae coepit olim. Hos miseri Donatistae postea secuti coeperunt se montis praecipitio quasi futuri martyres tradere, ut qui vitam aeternam catholicae fidei derelinquunt, [1] biothanati aeternam mortem inveniant. Contra hos Optatus legitur egisse.

Cap. LXII. Sexagesima secunda haeresis Ascitarum est. Ascitae ergo ab utre appellantur. Ἀσκὸς enim Graece uter dicitur. Isti cum in trinitate nihil mali habeant, utrem tamen ingentem iuxta altare ponunt umque vacuum inflant et linteaminibus velant et adorant, [1] quia confectum cruoris domini ibi adiiciunt, illud dicentes evangelicum, [2] *Vinum novum in utres novos adiiciunt, et utraque conservantur.*

Cap. LXIII. Sexagesima tertia haeresis est Passalorynchitae. Omnes, quando ad ecclesiam suam conveniunt, tanto silentio student, ut et naribus et labiis suis digitum adponant, ne vel ipsam taciturnitatem flatibus laedant. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus hoc nomen compositum est, nescio, cum Graece πάσσαλος palus dicatur, et digitus δάκτυλος, et ῥύγχος nasus. Melius autem mihi videtur, si Dactylorynchitae vocitentur. Invenit sibi diabolus in lege dei quos faceret Pythagoras, illud observantes apostoli: [1] *Orabo spiritu, orabo et mente: psalmum dicam spiritu, psalmum dicam et mente.* Docent ergo homines foras ecclesiam quid dicant in cordibus suis intra ecclesiam positi. Quasi non idem apostolus dixerit, [2] *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Vanum dico ego eum laborem arripere qui dignatur talibus respondendo tempus consumere, iustumque iudico ut tacentes tacendo vincamus.

Cap. LXIV. Sexagesima quarta haeresis Aquariorum, qui ex hoc appellati sunt Aquarii quod aquam offerunt in poculo sacramenti. Dicunt enim vinum ebrietatis esse rem, per quam homicidia et fornicationes et cetera scelera perpetrantur, cum constet omnia excedentia modum crimen facere et vitium procreare. Non ergo vini haustu, sed nimietate crimina committuntur. Quid est enim quod nimis sumptum non culpam incurrat? Bibatur nimis aqua, videamus si non laedat, comedatur nimis panis, videamus si non crapulam faciat. Optimum ergo in rebus omnibus modum tenentes etiam hos anathematizamus, cur cruorem Christi a fonte separantes praeiudicio fornicatorum et homicidarum regulam a Christo fundatam audacter [1] infringant.

Cap. LXI. — 1. viothanati *edd. Sirm. Galland.*
Cap. LXII. — 1. *Fortasse rescribendum est* quasi confertum *cett, recisis eis quae sequuntur verbis* ibi adiiciunt. 2. Matth. IX, 17.
Cap. LXIII. — 1. I. Corinth. XIV, 15. 2. Rom. X. 10.
Cap. LXIV. — 1. infringunt *MS. Aug.*

Sexagesima quinta haeresis [1]Coluthianorum a quodam Colutho emersit. Hi dicunt deum creasse mala et bona, secundum litteram sentientes quod dicitur, [2]*Ego deus creans mala et faciens bona;* cum deus hoc per prophetam promiserit, quod faceret eos sine gladio hostium vivere, et faceret terram dare germen suum, abundantiamque omnium frugum, si eius mandata servassent, si vero praevaricatores essent, gladium et famem paterentur, et his dictis adiunxerit, *Ego deus creans mala, et faciens bona,* illi hoc ad substantiam ab specie transferentes malorum deum adserunt creatorem. Cum creatura nulla sit mala, possunt, ut video, deum blasphemare perversum, quia dicit ad populum, [3]*Si ambulaveritis recti, et ego vobiscum ambulabo rectus: si autem ambulaveritis perversi, et ego incedam vobiscum perversus.* Cap. LXV.

Sexagesima sexta haeresis Florianorum, a Floriano, qui dicit malas animas et bonas a deo creari. Ideo, inquit, qui malitiosi sunt, mali sunt et non mutantur, et boni simpliciter viventes non in audaciam iniquorum hominum protrahuntur. Quod dictum a Theodoro breviter vincitur ita: Iudas bonus fuit, et factus est traditor. Ipso tempore quo meretrix pessima lacrymis rigabat pedes eius misericordiam quaerens, si animam malam habuit mulier, quare in meretricio crimine non eo tempore perduravit? Constat ergo animas bonas a deo conditas: quibus per naturam hoc inesse creator indulsit, ut cum sint bonae, non solum actu suo meliorentur, sed etiam in ipsa possint malignitate converti, dum illud diligentia invenit, hoc incurrit negligentia. Cap. LXVI.

Sexagesima et septima haeresis est Satannianorum, a Satannio. Hi dicunt post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nunc sumus, nos esse mansuros, neque ita esse mutandos, ut sit caelum novum et terra nova, sicut sancta [1]scriptura promittit. Contra hos utriusque testamenti scripta luctantur. Cap. LXVII.

Sexagesima et octava haeresis est Gymnopodarum. Hi nudis pedibus semper ambulant, eo quod dixerit dominus ad Moysem, [1]*Solve calceamentum de pedibus tuis*; et quod sanctus [2]Esaias legitur nudis pedibus ambulasse. Ideo hi schisma faciunt, quoniam calceatos condemnant. Cap. LXVIII.

In sexagesimam et nonam haeresem Donatistae a Donato exorti sunt, qui propter ordinatum contra suam voluntatem Caecilianum, ecclesiae Carthaginiensis episcopum, schisma fecerunt, obii- Cap. LXIX.

Cap. LXV. — 1. Colutanorum a quodam Coluthano *MS. Aug.* 2. Esaias XLV, 7. 3. Levit. XXVI, 23.

Cap. LXVII. — 1. II Petr. III, 13.

Cap. LXVIII. — 1. Exod. III, 5. 2. Esai. XX, 2.

cientes ei crimina non probata, et maxime quod a traditoribus divinarum scripturarum fuerit ordinatus. At ubi hinc mentiri convicti sunt, schisma in haeresim converterunt. Quasi etiam si vera fuissent crimina in Caeciliano, statum suum de toto orbe terrarum ecclesia amittere potuisset propter unius hominis culpam, seu veram, seu quod magis apparuit iudicibus, falsam, et in parte Africana solus Donatus potuerit statum ecclesiae conservare, de toto autem orbe terrarum sit deletus sanctorum apostolorum labor et passio martyrum. Immo ipse salvatoris nostri cruor ad conservandum coetum catholicae fidei defecit, quem solus Donatus cum aliquantis [1]asellionibus Byzacenis obtinuit. Et ideo ausi sunt rebaptizare catholicos. In quo opere et praesumptores se et damnabiles comprobarunt, cum ecclesiae universali sciant placuisse nec in ipsis haereticis baptismatis violare virtutem. Huius haeresis principem legimus Donatum, qui de Numidia veniens Carthaginem, et contra Caecilianum Christi dividens plebem, adiungens sibi eiusdem factionis episcopos, [2]Maiorinum nomine in sua parte apud Carthaginem ordinavit episcopum. Cui Maiorino Donatus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresim, ut multi existiment de ipso potius Donatistas initium haereseos adsumpsisse. Extant hodie scripta eius, ubi [3]probatur in trinitate contra fidem catholicam suscepisse. Et quamvis unius substantiae dicat in trinitate deum patrem, tamen maiorem filio, filium maiorem spiritu sancto confirmare tentavit. Sed in hunc errorem ideo nullus de populo eius adtendit, quia alia erat intentio inter partes. Hi haeretici in partibus Italiae [4]Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistae. In utriusque Numidiae partibus habent veluti monachos, quos Circumcelliones vocamus, agrestes et audacissimos daemonum famulos, qui non solum in alios acriter saeviunt, verum etiam sibi ipsis miseri omnino non parcunt. Nam per mortes varias, maximeque praecipitiorum et aquarum et ignium, sese interficere consuerunt, et ad hunc exitum ex utroque sexu quantos potuerint seducunt. Aliquando etiam quos invenerint rogant, ut ab eis occidantur, mortem nisi fecerint comminantes. Quod verum est, multis Donatistarum displicent tales, sed hoc verbo, non opere. Nam si vere displicerent, utique talibus non communicarent, qui per totum orbem ecclesiis unius Caeciliani crimen impingunt. Nam et inter se frequenter habuere

Cap. LXIX. — 1. *Quod Byzaceni ararent asino. Testis Plinius lib. XVII, cap.* 5. (Galland.) 2. Maiurinum *MS. Aug. Ita infra quoque.* 3. probatur integritatem *(id est fortasse* defensionem, *inquit Gallandius)* eius contra *MS. Aug.* 4. Monteses *edd. Sirm. Gall., consentientibus vett. libris. Cf. supra cap.* 44.

discidia. Denique apud Carthaginem, temporibus Heracliani comitis, cum Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus a reliquis trecentis decem episcopis, qui ordinationi eius crimina impingebant, fuisset damnatus, docuit populum qui eum sequebatur etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi. Denique, quicumque aut a Primiano ad Maximianum abiit, aut a Maximiano ad Primianum, non est iterum baptizatus ab eo qui contra voluntatem eorum ordinatus est. Comprobantur ab eo quem utique damnaverunt: non abiiciunt, non renuunt, non mutant baptismatis sacramentum, et seu a Primiano, sive a Maximiano quis aut baptizetur aut clericus ordinetur, quasi ab uno factum sit, non a duobus contrariis, in ea dignitate, qua ab uno venerit quis ad alterum, perseverat. Non mutatur baptisma, nec dignitas tollitur; quia non de baptismatis altercatione, sed de ordinationis contentione facta divisio comprobatur. De Caeciliani enim ordinatione dissentire coeperunt, non de baptismatis aut fidei transgressione sese ab ecclesia absciderunt.

Septuagesimam haeresim Priscillianorum apud Hispanos Priscillianus legitur inchoasse. Hi animas divinae naturae adfirmant. Quas ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum per septem caelos et per quosdam gradatim dicunt descendere principatus, et in malignum principem incurrere, a quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diversa carnis corpora seminari. Adserunt etiam fatalibus stellis homines conligatos, ipsumque corpus nostrum secundum duodecim signa caeli esse compositum. Prorsus sicut ii qui mathematici vulgo appellantur, constituunt in capite arietem, taurum in cervice, geminos in humeris, cancrum in pectore, et cetera nominatim signa percurrentes ad plantas a signo Christi ad signa [1] astrologi migraverunt. Haec et alia fabulosa et vana multa confingunt. Uxores a viris quas potuerint separant. Carnes sicut Manichaei fugiunt. Apocryphas simul cum canonicis scripturis accipiunt, et in sensus suos allegorizando convertunt. Trinitatem autem, sicut Sabelliani, ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi sanctum spiritum confitentur. Cap. LXX.

Septuagesimam et primam haeresim Adelofagi inchoarunt, dicentes non decere ita cibum sumere Christianum, ut ab alio videatur dum comedit. Et haec sola causa eos ab ecclesia separare dinoscitur. Trinitatem enim eiusdem substantiae confitentur. Egerunt cum eis episcopi de Epheso. Cap. LXXI.

Septuagesimam et secundam haeresim Rhetorianorum a Rhe- Cap. LXXII.

Cap. LXX. — 1. astrologiae *MS. Aug.*

torio inchoatam [1]Philastro scribente invenimus. Hi ad tantam vanitatem devoluti sunt, ut dicant omnes haereticos recte apud deum incedere, quia hoc in eorum mentibus datum est: sic colunt deum sicut possunt. Error eorum nobis videtur reprehensibilis; apud deum autem nec error est nec vituperatio. Hi hoc docentur a suis doctoribus, ut praeter templa et synagogas, ubicumque invocatur Christus natus ex virgine, introeant et participes se faciant haereticorum.

Cap. LXXIII. Septuagesima et tertia haeresis est Theoponitarum. Hi dicunt in Christo, dum pateretur, divinitatem sic doluisse sicut potest dolere anima dum corpus suppliciis agitur. De quibus ait Gregorius episcopus: Infelices et miseri non vident in arboribus, quando ferro caeduntur, solem quidem esse in arboribus: numquid [1]omnino dolet solis splendor, quem utique, antequam ad lignum perveniat, priorem ictus ferri contingit? Deus ergo lux est, et quomodo caedi potest lux? Nam quod anima sit quae doleat in corpore, hinc advertimus, quod recedente anima de corpore nulla potest corpus sentire, nec adversa nec prospera. In corpore ergo domini nostri Iesu Christi anima humanitatis sensit, quam cum corpore adsumpsit, non ipse qui adsumpsit, sicut nec sol, qui in arbore quam memoramus inluxit. Etiamsi solis lux in arbore possit a verberante concidi, in Christo divinitas non possit a cruciante contingi, quia solis lux creatura est, hic autem creator agnoscitur et probatur. Nam quod anima humanitatis senserit passionem ipse dominus ait ad discipulos suos, dicens, [2]*Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et hinc dixisse sufficiat. Accedamus ad reliquos.

Cap. LXXIV. Septuagesimam et quartam haeresim [1]Triscelidae incurrerunt, qui triformem deum ita adserunt, ut quaedam pars eius sit pater, quaedam filius, quaedam spiritus sanctus, et hinc sit trinitas in unitate. De quibus ait Gregorius: Infelices et miseri non vident quia totam ipsam trinitatem blasphemant. Non est enim deus nisi qui in seipso perfectus est. Perfectus ergo pater perfectum ex se genuit filium, perfectus ex patre procedit spiritus sanctus. Ecce tria perfecta non faciunt tres deos, sed unum, quia una est deitas. Non enim sicut sunt tres personae, sic tres deitates, sed sunt tres, pater et filius et spiritus sanctus, sed una deitas, una maiestas, una virtus, una voluntas et una substantia confitenda.

Cap. LXXII. — 1. *Immo Augustino. Cf. supra cap.* 52. *et cap.* 57. *ubi item Philastrum pro Augustino citavit.*

Cap. LXXIII. — 1. omnino *ego.* non *edd. Sirm. Gall., consentientibus haud dubie vett. libris.* 2. Matth. XXVI, 38.

Cap. LXXIV. — 1. Triscilidae *edd. Sirm. Galland.*

Septuagesimam et quintam haeresem Hydrotheitae fecerunt, Cap. LXXV.
aquam deum dicentes, non habentem nec initium nec finem, sordes luentem, peccata dimittentem, et habentem spiritum sanctum. Quos iuste damnat fides catholica quasi caecos et non videntes aquam quibus spurcitiis servit et potest deus servire, quibus etiam squaloribus, aut cuius momenti est aqua sine concecratione? Illam sermo vivus vivificat, sermo sanctus sanctificat, ut sanctus spiritus in ea dignetur habitare, aut ut possit credentibus peccata mundare. Et sic, quomodo accipit vim huius rei per benedictionem, ut possit omnia mundare peccata, non potest mundare peccata eius qui fidem suam non ex integro prius deo crediderit offerendam. Non ergo per solum abluentem, sed magis per credentem, spiritus sanctus infunditur in homines, et peccatorum venia condonatur.

Septuagesimam et sextam haeresim fecerunt Homuncionitae, Cap. LXXVI.
qui dicunt in corpore hominis esse imaginem dei, non in anima. Unde Gregorius: Cum imago dei in rebus magnis et primis quae sunt in homine debeat quaeri, in memoria, in intellectu, in scientia, et in illis locis unde homo ad pietatem movetur, haec statuta in anima sunt, non in corporis liniamentis instructa, et tanto plus similis deo est, quanto plus haec quae memoravimus purius potuerit obtinere.

Septuagesimam et septimam haeresim Ametritae instituerunt, Cap. LXXVII.
dicentes innumerabiles esse mundos. Hoc eos dicere novum putat qui non legit philosophos. Hoc enim olim aliquanti philosophorum dixere gentiles. Nos autem Moysem a deo missum suscipimus, et de mundo quid sentiamus et quid credamus ab ipso didicimus.

Septuagesimam et octavam haeresim Psychopneumones occu- Cap. LXXVIII.
parunt, dicentes animas hominum bonas in spiritus angelorum converti, animas vero hominum malas in spiritus daemonum mutari.

Septuagesimam et nonam haeresem [1]Adecerditae tenent, dicen- Cap. LXXIX.
tes, Christo descendenti ad inferos omnis animarum multitudo occurrit, et credidit ei, et liberata est.

[1]Octogesima haeresis dicit filium dei postea genitum, postea- Cap. LXXX.
quam voluit pater; si noluisset pater, non genuisset. Esto, confiteamur aequalem filium patri: ut aequalis sit, non est res naturae, sed gratiae. Pater hoc voluit, ac per hoc totum patris est, non filii.

Cap. LXXIX. — 1. Adicerditae *MS. Aug.* — Ἀδηκερδῖται, *propter lucrum salutis in inferno Philastr. Haer. CXXII:* „Alii sunt haeretici qui dicunt dominum in infernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem se nuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur.“ *Hanc observationem acceptam referimus Cotelerio in notis ad Hermam Simil. IX, §. XVI. tom. I. PP. AA. p.* 120. *ed. Cler.* (Galland.)

Cap. LXXX. — 1. *His nomen in Elencho* Metagenetae, *in MS. nullum.* (Sirm.)

Nos e contrario dicimus, Sicut fons ex eo genuit flumen ex quo est, ita pater ex eo genuit filium ex quo est: et sicut fons non volendo et nolendo genuit fluvium, sed gignendo, ita pater non disputando, aut volendo, aut nolendo, sed sicut natura fontis hoc extat ut de plenitudine sua emanet, ita pater de plenitudine sua effundens filium genuit. Et sicut fluvius circuit totum mundum, et mare ingreditur, et tamen de sinu fontis non recedit, ita et filius de sinu patris nunquam discessit, nec tunc quando se humiliavit factus obediens usque ad mortem. Sic ergo inter nos per adsumptionem apparuit, sed per maiestatem suam de sinu patris nunquam discessit. Ut enim hoc ita fieret, nec possibilitas deo defuit nec voluntas. Unum horum si deo defuit, deus non potest nuncupari. Qui enim bonum non vult, malus est: qui non potest quod vult facere, omnipotens non est. Hanc blasphemiam damnantes in haeretico quem diximus ad ceteros accedamus.

Cap. LXXXI. Octogesimam et primam non haeresim [1] accusamus in Lucifero, sed schisma arguimus. [2] Catholicus quidem per omnia, sed Luciferianos faciendo populos, et dividendo se ab ecclesia, a fide sua [3] caritatem exclusit, dicente apostolo, [4] *Si fidem habeam ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Gloriantur quidem a fide non deviasse, sed non parvum crimen arguimus eos incurrere, qui cum dei ecclesia noluerint habere caritatem.

Cap. LXXXII. Iovinianistae a Ioviniano quodam octogesimam et secundam haeresem arripuisse detecti sunt. Qui, sicut Stoïci philosophi putant, paria dicunt esse universa peccata, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia vel a cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem sanctae Mariae destruunt, dicentes eam pariendo fuisse violatam. Virginitati etiam sanctimonialium, continentium castitati, et viris eligentibus caelibem vitam, coniugium castorum atque fidelium meritis adaequant, ita ut quaedam virgines sacrae provectae iam aetatis, in urbe Romana, ubi haec docebat, eo audito nupsisse dicantur. Non sane ipse Iovinianus vel habebat vel habere volebat uxorem; quod factum non futurae vitae profuturum dicebat, sed praesenti commodo adplicabat. Contra hunc suscepit sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus, [1] quique edidit librum ad destruenda omnia commenta adinventionum eius. Quo lecto in media Romana, id est

Cap. LXXXI. — 1. accusamus in Lucifero *MS. Aug. et Dunens.* accusamus Luciferum *MS. Rem., edd. Sirm. Gall.* 2. Catholicus *MS. Aug.* Catholicos *edd. Sirm. Gall.* 3. caritatem *MS. Aug.* caritas *edd. Sirm. Gall., consentiente haud dubie MS. Rem.* 4. I Corinth. XIII, 2.
Cap. LXXXII. — 1. *Repono* qui quoque.

ecclesia Lateranensi, una voce et populus Romanus et sacerdotes in eisdem Iovinianistis et ipso Ioviniano anathema clamaverunt, in ipso initio quadragesimae, sancto Anastasio episcopo antistite. Denique in ipsa authentica hebdomada paschae inventi sunt epulantes et porcorum carnibus trahentes convivia, ita ut assum porcum, quem in mensa eorum invenerant, populi collo eius suspenderent, et ita eum per totam civitatem facerent circuire. Scripsit etiam contra hos Hieronymus presbyter certos libros, quos qui plenius legerit, et quanta bona virginitas et continentia et abstinentia habeat discit, et quanta mala edacitas et luxuria habeat perhorrescit. Cap. LXXXIII.

Octogesimam et tertiam haeresim in sexto libro historiographus noster ponit Eusebius, quam nec Epiphanius alicubi memoravit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus, qui Graeco sermone universas haereses describentes volumina multorum condidere librorum. In sexto itaque, ut dixi, libro narrat Eusebius, esse in Arabia haereticos, quorum quia auctorem non memorat, nos possumus eos nuncupare Arabicos: Hi, inquit, dicunt animas cum corporibus mori atque dissolvi, et in fine saeculi utrumque reparari. Sed hos disputatione Originis magna memorat ex parte revocatos. Cap. LXXXIV.

Octogesimam et quartam haeresem Helvidianos occupasse ab Helvidio memoramus. Qui ita virginitati sanctae Mariae contradicunt, ut eam dicant de Ioseph post nativitatem Christi alios filios peperisse. Isti quidem nuper, id est sub Siricio Romanorum antistite orti sunt, et per Italiam atque Gallias direxerunt suos discipulos. Contra hos scripsit Hieronymus doctor egregius [1] duos libros, quos lectos in tempore digna eos execratione [2] anathematizabant. Epiphanius autem noster, scrutator haereticorum, scribens contra hos libellum, qui in illo tempore hanc blasphemiis plenam adsertionem proferebant, Antidicomaritas eos censuit appellari. Cap. LXXXV.

Octogesimam et quintam haeresem Paterniani inchoasse leguntur. Hi inferiores humani corporis partes non a deo, sed a diabolo factas opinantur, et omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime vivunt. Hos dum Damasus damnaret episcopus detectos in scelere, huiusmodi de his in relatione sua ad Valentinianum maiorem scripsit dicens: Scire volumus pietatem vestram [1] Venustianos in scelere turpissimo detectos ab apostolica

Cap. LXXXIV. — 1. *Non duos, sed unum scripsit doctor maximus adversus Helvidium, ut notatum Vallarsio in praefat. ad S. Hieronymi Operum tom. I. p. XXIII. num. 33.* (Gall.) 2. anathematizabunt *Ms. Aug.* anathematizabat *Ms. Dunens.*

Cap. LXXXV. — 1. *De Venustianis verba facit S. Augustinus lib. de Haeres. cap. 85., et lib. V. contra Iulian. cap. 7. num. 26. Ex hoc autem Praedestinati loco censet Baluzius Venustianos fuisse a. S. Damaso damnatos in concilio Romano II. anno CCCLXVII. coacto. Vide sis Collect. Concil. tom. II. pag. 1038 ed. Ven.-Labb. Ceterum de his haereticis consulas, si lubet, cl. Wesselingium lib.*

sede esse damnatos. Quorum etiam confessiones simul direxit. Contra hos postea lex specialis egressa est, ut ubicumque essent reperti, vindice gladio agerentur.

Cap. LXXXVI. Tertullianistas olim a Sotere papa Romano damnatos legimus. Cur autem octogesimam et sextam eos haeresem dicamus arripuisse haec causa est, quod quaedam Octaviana veniens ex Africa, cuius vir, Hesperius nomine, videbatur duci Arbogasti valde coniunctus, qui etiam apud Maximum tyrannum multum potuit, haec [1]Octaviana adduxit secum quendam tergiversatorem versutumque daemonem, cui vix centum occurrerent verbosanti atque in hominem confidenti. Hic cum se presbyterum diceret Tertullianistam, meruit per sacrum scriptum, ut sibi collegium extra muros urbis fabricaret. Quod dum impetrasset a tyranno Maximo, sanctorum nostrorum exclusit locum, id est duorum fratrum Processi et Martiniani, dicens eos Phryges fuisse, et ideo hanc legem tenuisse quam Tertullianus, atque hoc ordine per occasionem martyrum dei populum seducebat. Deo autem Theodosio religioso Augusto dante victoriam, punitoque satellite Maximi, de cuius se Tertullianista potestate iactabat, statim fugit cum matrona quae venerat, nec viventis nec mortui rumore renovato. Martyrum suorum deus excubias catholicae festivitati restituit. Tertullianus autem fuit civis et presbyter Carthaginensis. Opuscula eloquentissima et ferventia in defensione edidit veritatis. Hic apud Carthaginem basilicam habuit, ubi populi ad eum conveniebant. Quae basilica usque ad Aurelium episcopum fuit. Agente enim Augustino Hipponiensi episcopo et rationabiliter cum eis disputante conversi sunt, ecclesiamque suam sanctae ecclesiae contulerunt. Tertullianum autem catholica hinc reprehendit auctoritas, quod animam ex anima nasci dicit, et defendit Montanum et Priscam et Maximillam contra fidem catholicam, et contra Apollonium episcopum orientis, et contra Soterem papam urbis Romae, ut supra diximus, dum Cataphryges haereticos detegeremus. A quibus postea divisus, ne plebs Montani nomen Tertulliani videretur excludere, fudit a se omnem Phrygiae vanitatem, et Tertullianistarum conventicula propagavit, nihil tamen in fide mutavit. Nam et secundas nuptias condemnat, ut diximus, animam ex traduce venire adserit, et nos catholicos psychicos titulat. Ubicumque autem legeris Tertulliani adversum psychicos, scias eum contra catholicos agere.

In octogesima et septima haeresi Abeloitas nominamus. Qui

*Probabil. cap. 3. pag. 29. Petr. Horreum in Miscell. Crit. lib. I. c. 7. p. 105. sqq., et qui S. Damasi scripta Romae haud ita pridem evulgavit, in eiusdem pontificis opusculorum ac gestorum recensione, cap. 7. §. 4. p. 38.* (Galland.)

Cap. LXXXVI. — 1. Octavia *MS. Rem., qui prius* Octaviana.

cum sint priores pene omnibus haereticis, nunc nostris temporibus finiti. Isti ex filio Adae sibi nominis derivationem adsumpserant, id est ab Abel Abeloitas se nominari voluerunt. Hi non miscebantur uxoribus, et tamen non licebat sectae ipsi ut sine uxoribus viverent. Mas ergo et femina, sub continentiae professione simul habitantes puerum et puellam sibi adoptabant, in eiusdem coniunctionis pacto successores futuros. Morte praeventis quibusque singulis alii subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Utrolibet quippe parente defuncto uni remanenti usque ad eius quoque obitum filii serviebant; post cuius mortem etiam ipsi puerum et puellam similiter adoptabant. Nec unquam eis defuit unde adoptarent, generantibus circumquaque vicinis, et filios suos inopes ad spem hereditatis alienae libenter dantibus. Haec sola erat inter nos atque illos distantia. In quo nostros arguebant ita non in lege nostra exerceri coniugia, ut et qui nubunt tanquam non nubentes sint.

Octogesimam et octavam haeresim in Pelagio se invenisse sedes apostolica sub papa sancto Innocentio docuit, dum Caelestius Pelagii discipulus apud Carthaginem doceret posse homines sine peccato esse, natura sibi sufficiente sola humana. Restitit ei quidam Paulinus diaconus, defensor et procurator ecclesiae Mediolanensis, cuique in conventu sacerdotum multa capitula obiecit contra fidem catholicam, quae Caelestius damnare neglexit, dicens, Non ad me pertinet de his quae obiecit, ubi meum nomen est, et crimen alienum. Tunc illi obtulerunt ei libros suos, ubi dicebat, ipsam sibi hominis naturam ad perfectionem posse sufficere, hoc est, tantam potest homo exercere iustitiam, ut etiam sine peccato possit esse si velit. Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus. Sic lex misit ad regnum, sicut evangelia. Infantes in remissionem peccatorum baptizandos esse ideo confitemur, propter regulam universalis ecclesiae. Nihil obfuisse generi humano peccatum Adae. Omnia haec oppositionum genera ad damnandum obiiciebantur Caelestio. Sed ille dicebat multa esse in his quae teneret fides eius, et propter ipsa cetera damnare non posse. Tunc ad relationem paene omnium Afrorum episcoporum papa Innocentius damnationem et Pelagio et Caelestio conscripsit. Illi autem, sive antequam damnarentur ab universali ecclesia, sive postea quam damnati sunt, non cessaverunt scribere posse hominem sine peccato esse, et nihil obfuisse Adam generi humano, et legem sic misisse ad regnum sicut evangelia, et infantes non ideo baptizandos, quia habere possint originale peccatum, et naturam tam bene factam a deo, ut sibi sola sufficiat ad hoc ut possit carere Cap. LXXXVIII.

peccato. Contra hos suscepit sine scriptura quidam Constantius tractator. Post hunc autem scripsit contra hos et Augustinus Hipponiensis episcopus, et Hieronymus presbyter [1] Bethlemites. Pelagiani tamen, seu Caelestiani, catholicae plebi permixti sunt, quia ecclesiam aliam non habent, et ideo ubi eis evenerit, communionem non renuunt. Dicunt enim unius confessionis esse in hac parte in qua eucharistia conficitur; de quaestione enim aiunt, non de communione discernimur. Pro hoc ausu et a nostris, si deprehendantur, periculis subiacent, et a suis execrationi habentur. Habent enim et presbyteros et episcopos suos. Ipse autem Pelagius ita in commentario suo ad Romanos scribit, dum ageret illum locum quo ait apostolus, [2] *Quoniam per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt:* tangens Caelestium, qui contra traducem peccati primus scripsit, his verbis, ait: Hi, inquit, qui contra traducem veniunt, ita illam impugnare nituntur: Si Adae peccatum etiam non peccantibus obfuit, ergo et Christi gratia etiam non credentibus prodest. Addunt etiam hoc: Si baptismus tollit originale illud peccatum, de duobus baptizatis nati debent hoc carere peccato: quomodo enim mittunt ad posteros quod ipsi in se minime habuerunt? Haec sicut ab ipso Pelagio sunt scripta posuimus. De hoc itaque quod dictum est, posse homine sine peccato esse, obiectum est illis ita: Aut potest, et adiutorium non quaerit: aut non potest, et adiutorium quaerit. A quocumque enim auxilium quaeritur, dicit se id quod vult facere implere non posse: alioquin inrisorie poscit qui potest hoc solus pro quo adiutorium postulat adimplere. Verbi gratia, decem pondo cuiuscumque rei si levare voluerim, et adiutorium quaeram, ridiculum videor exhibere dum posco. At vero si ducentas aut amplius velim levare libras, quia id implere non possum, auxilium flagito, et immensis precibus adiutorium quaero, praecipue si status vitae meae in hoc videtur pondere positus, ut si pondus quod memoravi non levavero, ad vitam pervenire non possim. De duobus autem baptizatis natum nihil habere de fide parentum haec nos ratio docet. Quoniam hi qui baptizati sunt duas habent nativitates, unam qua eos generavit caro, aliam qua eos generavit spiritus sanctus, et ex his duabus generationibus nati duas generationes ad posteros mittunt, unam de carne, coniugii ministerio, aliam de spiritu, baptismate consecrando. Hic ergo qui de baptizatis natus est, interrogo de qua re natus est? de carne, id est de prima generatione, an de spiritu, id

Cap. LXXXVIII. — 1. Bethlemites *MS. Aug.* Bethleites *edd. Sirm. Galland.*
2. Rom. V. 12.

est de secunda generatione? Si de spiritu natus est, baptizari non debet. Quare? quia spiritus sanctus eum fecit nasci, non libido coniugii. Sin autem de coniugio carnali, id est de masculo et femina, restat ut unde sunt regenerati de Christo et ecclesia, suam iterum regenerent prolem. De primo enim est Adam quod nascimur: de secundo autem quod iterum recreamur, dicente sancto apostolo, [3]*Factus est primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Ergo sicut portavimus imaginem terreni,* id est sicut creavimus filios carnaliter, *portemus et imaginem caelestis,* id est quos creavimus carnaliter, spiritaliter recreemus, aut ipsi qui carnaliter creati sumus nutu creatoris, iterum eius gratia spiritaliter recreemur. [4]*Hoc autem dico,* dixit apostolus, *quia caro et sanguis,* id est prima tantum generatione homines nati, nisi gratiam divinam meruerint adipisci, *regnum dei invenire non possunt. Neque corruptio incorruptionem possidebit.*

Octogesimam et nonam haeresim Nestorius Constantinopolites episcopus legitur incurrisse. Consuetudo est namque ut unum tractatum suum episcopus Alexandrinus mittat ad Constantinopolim, qui recitetur in pascha, et tractatum suum Constantinopolites qui Alexandriae recitetur. In tractatu suo Constantinopolites Nestorius scripsit Mariam non esse theotocon, sed Christotocon, id est non deum peperisse, sed hominem. Cyrillus Alexandrinus hoc dictum ita reprehendit, quo diceret per epistolam, ut si eum forte fefellisset, emendaret dictum. Ex hoc ipso quo reprehensus est Nestorius a Cyrillo, coepit Cyrillum haereticum inclamare. Data est synodus apud [1]Ephesum, et nec sic emendare voluit Nestorius, ut diceret Mariam deum et hominem genuisse, sed solum, inquit, hominem. Si enim dixerimus quia deum genuit, fecimus [2]matrem deorum, sicut gentiles. Maria ergo, inquit, templum deo genuit, non ipsum qui in templo habitat. Accepit inducias, ut aut damnaret dictum et rediret ad sedem suam episcopus, aut si damnare noluisset, postea redire non posset. Noluit, et in eadem confessione permansit. Hunc synodus apud Ephesum damnavit. In qua damnatione Romanus papa Caelestinus scripsit, et omnes cum eo pariter orientales atque occidentales episcopi subscripserunt. Cap. LXXXIX.

Nonagesima haeresis, quam in praefatione nostra diximus de nomine Augustini episcopi esse mentitam, Praedestinatorum no- Cap. XC.

3. I Corinth. XV. 45. 4. I Corinth. XV. 50.
Cap. LXXXIX. — 1. Thessalonicam *MS. Aug.* 2. matrem dei *MS. Aug.*

men accepit. Hi electionem bonorum et recusationem malorum deo decernente definiunt, non homine vel studente vel neglegente. Nolunt dei iura vel ab studentibus custodiri vel a neglegentibus violari. Dicunt, etiamsi voluerit bonum facere qui ad malum praedestinatus est, ad bonum pervenire non poterit. Nam qui ad bonum praedestinatus est, etiamsi neglegat, ad bonum perducetur invitus. Dicunt baptismatis undam non universa peccata mundare. Dicunt, Ita antecedit gratia liberum arbitrium, ut ante accipiat homo quam petat, ante inveniat quam quaerat, ante ei aperiatur quam pulset. Dicunt nullum ad Christi fidem accedere nisi fuerit a patre tractus invitus, illud adtendentes, [1] *Nemo venit ad me, nisi quem pater adtraxerit.* Dicunt omnia non in re, sed ita in spe fieri, ut quod dicit apostolus, [2] *Spes quae videtur non est spes*, etiam hoc mysteriis adplicent dictum, et dicant, Ea quae percipiuntur, videntur quidem esse, sed non sunt. Dicunt, Plus obfuit ad nocendum Adam generi hum anoquam Christus in subveniendo. Nam Adam, aiunt, quod nocuit ita manet, ut hoc nec passio Christi nec baptismatis sanctificatio possit auferre.

Verum quid moras tibi, o lector sancte et studiose, incutimus? Librum eorum tibi integrum, sicut est editus, in isto corpore praesentamus, cuius lectione cognosces definitiones eius a metatoribus antichristi adinventas. Quotienscumque autem contra eos suscepimus, dixerunt nos ex haereticorum argutiis contra se agere. Videntes enim se ita superari, ut suspirare non possent, hanc calumniam semper catholicis nisibus inrogarunt, ut dum timent se haereticos infamari, in silentio veritatis loquelam artarent. Eorum ergo ob causam omnes haereses a Simone memorantes hucusque deteximus, ut probemus nos soli fidei catholicae esse concordes. Rogamus te, domine pater caeli et terrae, qui cum filio tuo et spiritu sancto unius veritatis obtines maiestatum, unius maiestatis obtines deitatem, unius deitatis obtines trinitatem, ut nos adiuves contra hostes tuos [3] tela tractantes. Habeant illi castra Goliae in Allophylorum acie constituta. Nos Hebraei, pueri tui David pastoforium adsumentes de lapide tuo angulari pugnemus, ut fidenter cum apostolo tuo dicere valeamus, [4] *Deo nostro gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum.* Sit pax omnibus catholicis, et cum angelis una nobiscum voce exclament, decantantes, Gloria in excelsis deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Explicit liber categoricus sive ecdicus sive accusator haereticorum et catholicorum defensor.

Cap. XC. — 1. Iohann. VI. 44. 2. Rom. VIII. 24. 3. delatrantes *MS. Aug. Quod verum puto.* 4. I Corinth. XIII. 17.

# PSEUDO-TERTULLIANI

LIBER

# ADVERSUS OMNES HAERESES.

# PSEUDO-TERTULLIANI

## LIBER ADVERSUS OMNES HAERESES.

[1]Quorum haereticorum, ut plura praeteream, pauca perstringam. Cap. I. [2]Taceo enim Iudaismi haereticos, Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est prophetas quasi non in spiritu sancto locutos repudiare, taceo Sadducaeos, qui ex huius erroris radice surgentes ausi sunt ad hanc haeresim etiam resurrectionem carnis negare, praetermitto Pharisaeos, qui additamenta quaedam legis adstruendo a Iudaeis divisi sunt, unde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen digni fuerunt, cum his etiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt: ad eos me converto qui ex evangelio haeretici esse voluerunt.

Ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab apostolo Petro iustamque sententiam. Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est summum deum, mundum autem ab angelis suis institutum, [3]ad daemonem se errantem, qui esset sapientia, descendisse quaerendum, apud Iudaeos se in phantasmate dei non passum, sed esse quasi passum.

Post hunc Menander discipulus ipsius, similiter magus, eadem Cap. II. dicens quae Simon [1]aeque quicquid se Simon dixerat, hoc se Me-

Cap. I. — 1. *Ante* Quorum haereticorum *aliquot verba excidisse suspicor. Nam relativum non habet quo referatur.* 2. *Hieronym. adv. Luciferianos pag. 304. tom. IV. Opp. ed. Bened.* „Taceo de Iudaismi haereticis qui ante adventum Christi legem traditam dissiparunt, quod Dositheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit, quod Sadducaei ex illa radice nascentes etiam resurrectionem carnis negaverunt, quod Pharisaei a Iudaeis divisi propter quasdam observationes superfluas nomen quoque a dissidio susceperunt, quod Herodiani Herodem regem suscepere pro Christo: ad eos venio haereticos qui evangelia laniaverunt *cett.* 3. *Ita correxi. Nam vulgo scriptum erat* a daemone se errante (*vel* oberrante) qui esset *cett. Desid. Heraldus ad Arnob. Adv. Natt. pag. 90. volebat* ad Ennoiam se ovem errantem, quae esset *cett., quae emendatio displicuit I. B. Cotelerio, qui ipse nonnullas, vix tamen probabiliores, proposuit Eccl. Gr. Monum. I. pag. 763. Cf. Irenaeum Adv. Haer. I., 20.*

Cap. II. — 1. *Ita codex ms. Leidensis. Vulgo* ipse quicquid.

nander esse dicebat, negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset.

Cap. III. Secutus est post haec et Saturninus, et hic similiter dicens [1]innascibilem virtutem, id est deum, in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere, longe autem distantes ab hoc angelos [2]inferiorem mundum fecisse, et quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem illius luminis angelos hominem instituere curasse. Hunc super terram iacuisse reptantem; cuius lumen illud et virtutem illam superiorem propter misericordiam [3]scintilla *animam* salvasse, cetera hominis perire: Christum in substantia corporis non fuisse, et phantasmate tantum quasi passum fuisse; resurrectionem carnis nullo modo futuram esse.

Cap. IV. Postea Basilides haereticus erupit. Hic esse dicit summum deum nomine Abraxan, quo mentem creatam, quam Graece ΝΟΥΝ appellat; inde verbum, ex illo providentiam, virtutem et sapientiam, ex ipsis inde principatus et potestates et angelos factos, deinde infinitas angelorum editiones et probolas: ab istis angelis trecentos sexaginta quinque caelos institutos, et mundum [1]in honorem Abraxae, cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. In ultimis quidem angelis, et qui hunc fecerunt mundum, novissimum ponit Iudaeorum deum, id est deum legis et prophetarum, quem deum negat, sed angelum dicit; huic sortito obtigisse semen Abrahae, atque ideo hunc de terra Aegypto filios Israël in terram Chanaan transtulisse; [2]hunc turbulentiorem prae ceteris angelis, atque ideo et seditiones frequenter et bella concutere, sed et humanum sanguinem fundere: Christum autem, non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum, venisse in phantasmate, sine substantia carnis fuisse; hunc passum [3]apud Iudaeos non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse; unde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. Martyria negat esse facienda. Carnis resurrectionem graviter impugnat, negans salutem corporibus reprommissam.

Cap. V. Alter haereticus Nicolaus emersit. Hic de septem diaconis, qui in Actis Apostolorum allecti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in con-

Cap. III. — 1. innoscibilem *correxit Fr. Iunius. Cf. Irenaeum Adv. Haer. I. 22. Theodoret. Haeret. Fabul. I. 3.* 2. *Ita correxit Fulv. Ursinus, correctumque recepit Nicol. Rigaltius. Vulgo* inferiores. 3. *Ita correxi secundum Irenaeum Adv. Haer. I. 22.* „miserantem eius desuper Virtutem, quoniam in similitudinem eiusfactus esset, emisisse scintillam vitae, quae erexit hominem et articulavit et vivere fecit." *Vulgo extat* scintillam salvam esse.

Cap. IV. — 1. in honorem *Fr. Iunius. Vulgo* in honore. 2. *Cf. Pseudo-Hieronymi Indicul. de Haeres. cap. 2. de Basiliditis.* 3. *Alii libri* a Iudaeis.

cupiscentia luminis, et quidem foeda et obscena, fuisse; ex hac permixtione pudor est dicere quae foetida et immunda. Sunt et cetera obscena. [1]Aeones enim refert quosdam turpitudinis natos, et complexus et permixtiones exsecrabiles [2]obscenitatesque coniunctas, et quaedam [3]ex ipsis adhuc turpiora. Natos praeterea daemones et deos et spiritus septem, et alia satis sacrilega pariter et foeda, quae referre erubescimus, etiam praeterimus. Satis est nobis quod totam istam haeresim Nicolaitarum Apocalypsis domini gravissima sententiae auctoritate damnavit dicendo, [4]Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolaitarum, quam et ego odi.

Accesserunt his haeretici etiam illi qui Ophitae nuncupantur. Cap. VI. Nam serpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipsi Christo praeferant. Ipse enim, inquiunt, scientiae nobis boni et mali originem dedit. Huius animadvertens potentiam et maiestatem Moyses, inquiunt, aereum posuit serpentem, et quicunque ipsum adspexerunt, sanitatem consecuti sunt. Ipse, aiunt praeterea, Christus in evangelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatem dicendo, Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ipsum introducunt ad benedicenda [1]eucharistia sua. Sed tota istius erroris et scena et doctrina inde fluxit. Dicunt enim de illo summo primario Aeone complures alios Aeones extitisse inferiores, omnibus tamen istis Aeonem antestare cuius sit nomen Ialdabaoth. Hunc autem conceptum esse ex altero Aeone Aeonibus inferioribus permixto, seque postea, cum in superiora voluisset eniti, gravitate materiae permixta sibi non potuisse ad [2]superiora pervenire, in medietate relictum extendisse se totum, [3]effecisse sic caelum. Ialdabaoth tamen inferius descendisse et fecisse sibi filios septem: quem occlusisse superiora dilatatione, ut, quia angeli quae superiora essent scire non possent, ipsum solum deum putarent. Virtutes igitur illas et angelos inferiores hominem fecisse, et quia ab infirmioribus et mediocribus virtutibus institutus esset, quasi vermem iacuisse reptantem; illum vero Aeonem, ex quo Ialdabaoth processisset, invidia commotum scintillam quandam iacenti homini immisisse, qua excitatus per prudentiam saperet et intellegere posset superiora. Sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem conversum ex semetipso edidisse virtutem et similitu-

Cap. V. — 1. *Ita Nicol. Rigaltius correxit. Vett. libri* omnes *habent.* 2. *Ita correxi. Vulgo* obscoenasque coniunctas. *Olim placuit* obscenosque coniunctus. 3. *Reposuerim* et ipsis. 4. *Apocal. II. 6. 15. Cf. Pseudo-Hieronymi Indicul. de Haeres. cap. 3. de Nicolaitis.*

Cap. VI. — 1. *Ita libri fere omnes, et Pseudo-Hieronymus Indiculo de Haer. cap. 3.* 2. *Pars librorum* superna. 3. et fecisse *rescripsit Latinius.*

dinem serpentis, et hanc fuisse virtutem in paradiso, id est istum fuisse serpentem cui Eva quasi filio deo crediderat. Decerpsit, inquiunt, de fructu arboris, atque ideo generi humano scientiam bonorum et malorum contribuit. Christum autem non in substantia carnis fuisse; salutem carnis sperandam omnino non esse.

Cap. VII. Nec non etiam erupit alia quoque haeresis, quae dicitur Cainaeorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quae operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore virtute conceptum procreatum, et ideo inferiorem repertum. Hi, qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum et magnum esse memorantes propter utilitates quas humano generi contulisse iactatur. Quidam [1] etiam ipsorum gratiarum actionem Iudae propter hanc causam reddendam putant. Animadvertens enim, inquiunt, Iudas quod Christus vellet veritatem subvertere, tradidit illum, ne subverti veritas posset. Et alii sic contra disputant et dicunt. Quia potestates [2] huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani tradidit Christum, ut salus, quae impediebatur per virtutes quae obsistebant ne pateretur Christus, impediri omnino non posset, et ideo per passionem Christi non posset salus humani generis retardari.

Cap. VIII. Sed et illa haeresis processit quae dicitur Sethoitarum. Huius perversitatis doctrina haec est: Duos homines ab angelis constitutos, Cain et Abel; propter hos magnas inter angelos contentiones et discordias extitisse; ob hanc causam illam virtutem [1] quae super omnes virtutes esset, quam Matrem pronuntiant, dum Abel interfectum dicerent, voluisse concipi et nasci hunc Seth loco Abelis, ut evacuarentur angeli illi qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur et nascitur. Permixtiones enim dicunt angelorum et hominum iniquas fuisse, ob quam causam illam virtutem, quam, sicut diximus, pronuntiant Matrem, ad vindictam etiam cataclysmum inducere, ut et illud permixtionis semen tolleretur et hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos, qui seminis illos prioris instituissent, occulte et latenter et ignorante illa Matre virtute cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cham, quo semen malitiae non periret, sed cum ceteris conservatum et post cataclysmum

Cap. VII. — 1. etiam *reposui pro* enim, *quod omnes libri tenent. Saepissime has particulas a librariis confusas reperire est. Cf. etiam Pseudo-Hieronymus Indic. de Haeres. cap. 8.* 2. *Pars librorum* hae mundi.

Cap. VIII. — 1. „Trivirtutem" *appellat Pseudo-Hieronymus cap. 9. de Sethitis, quem conf.*

terris redditum exemplo ceterorum excresceret et effunderetur et totum orbem et impleret et occuparet. De Christo autem sic sentiunt, ut dicant illum tantummodo Seth et pro ipso Seth ipsum fuisse.

Carpocrates praeterea hanc tulit sectam: Unam esse dicit virtutem, in superioribus principalem, ex hac prolatos angelos atque virtutes, quos distantes longe a superioribus virtutibus mundum istum in inferioribus partibus condidisse: Christum non ex virgine Maria natum, sed ex semine Ioseph hominem tantummodo genitum, sane prae ceteris iustitiae cultu, vitae integritate meliorem: hunc apud Iudaeos passum, solam animam ipsius in caelo receptam, eo quod et firmior et robustior ceteris fuerit; ex quo [1]colligeret, *re*tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones. Cap. IX.

Post hunc Cerinthus haereticus erupit, similia docens. Nam et ipse mundum institutum esse ab illis dicit: Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine divinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Iudaeorum deum non dominum, sed angelum promens. Cap. X.

Huius successor Ebion fuit, Cerintho non in omni parte consentiens, quod a deo dicat mundum, non ab angelis factum, et quia scriptum sit, [1]Nemo discipulus super magistrum, nec servus super dominum, legem etiam proponit, scilicet ad excludendum evangelium et vindicandum Iudaismum. Cap. XI.

Valentinus autem haereticus multas introduxit fabulas. Has ego circumcidens breviter expediam. Introducit enim Pleroma et Aeones triginta; exponit autem hos per syzygias, id est coniugationes quasdam. Nam dicit in primis esse Bythou et Silentium, ex his [1]processisse Mentem et Veritatem, ex quibus erupisse Verbum et Vitam, de quibus rursum creatum Hominem et Ecclesiam. Sed enim ex his quoque processisse duodecim Aeonas, de Sermone autem et Vita Aeonas alios decem: hanc esse Aeonum triacontada, quae fit in Pleromate ex ogdoade et decade ac duodecade. Tricesimum autem Aeonem Bythou illum videre voluisse et ad videndum illum ausum esse in superiora conscendere, et quoniam ad magnitudinem ipsius videndam capax non fuit, in defectione fuisse et paene dissolutum esse, nisi [2]qui missus ad constabiliendum illum, ille quem appellat Horon, confirmasset illum [3]dicto Iao pronuntiato. Cap. XII.

Cap. IX. — 1. *Vulgo* colligeret, tentata. *Utitur verbo* retentare *pro* retinere *etiam Gennadius de Dogmat. Eccles. cap. 31. (64).*

Cap. XI. — 1. Matth. X. 24. Luc. VI. 40. Ioh. XIII. 16.

Cap. XII. — 1. *Ita Petr. Ciacconius. Libri habent* processisse semen Mentem. 2. *Ita Latinius. Librorum pars* quia missus, *pars* quia misisset. 3. *Ita rescripsi pro vulg.* dicto hoc pronunciato appellat. Istum *cett. Vocabulum* Iao

Istum autem Aeonem in defectionem factum Achamoth dicit in passionibus desiderii quibusdam fuisse et ex passionibus materias edidisse. Expavit enim, inquit, et extimuit et contristatus est, et ex his passionibus concepit et edidit. Hinc fecit caelum et terram et mare et omnia quaecunque sunt in eis, ob quam causam omnia infirma esse et fragilia et caduca et mortalia, quaecunque sunt ab ipso facta, quoniam quidem ipse fuerit [4]de defectione conceptus atque prolatus; hunc tamen instituisse istum mundum ex his materiis quas Achamoth vel pavendo vel timendo vel contristando vel sudando praestiterat. Nam ex pavore, inquit, tenebrae factae sunt, ex timore et ignorantia spiritus nequitiae et malignitatis, ex tristitia et lacrimis humida fontium, fluminum materia marisque. Christum autem missum ab illo propatore, qui est Bythos. Hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de caelo deferentem, quasi [5]aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuantem. Resurrectionem huius carnis negat, [6]sed alterius legis et prophetarum quaedam probat, quaedam improbat, id est omnia improbat, dum quaedam reprobat. Evangelium habet etiam suum praeter haec nostra.

Cap. XIII. Post hunc extiterunt Ptolemaeus et Secundus haeretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt, [1]in illo solo differunt. Nam cum Valentinus Aeonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures; quatuor enim primum, deinde alios [2]quatuor adgregaverunt. Et quod dicit Valentinus Aeonem tricesimum excessisse de Pleromate, ut in defectionem, negant isti; non enim ex illa triacontade fuisse hunc qui fuerit in defectionem propter desiderium videndi propatoris.

Cap. XIV. Extitit praeterea Heracleon alter haereticus, qui cum Valentino paria sentit, sed novitate quadam pronuntiationis vult videri alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse [1]quod pronuntiat, et deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Aeonas. Deinde introducit totum Valentinum.

*primum reposuit Pamelius. Illud* appellat, *pro quo Pamelius et Rigaltius ediderunt* appellant, *ex superiore linea irrepserat. Sed fortasse malueris* pronuntiato. Appellat istum autem Aeonem in defectionem factum Achamoth, dicit *cett.* 4. deceptatione *habent cod. ms. Leidens. et ed. princ. Vulgo correctum legitur* de aporiatione, *ex Irenaeo.* 5. aqua *edit. princeps Beati Rhenani.* 6. *Vulgo haec ita distingunt* sed alterius. Legis *cett.*

Cap. XIII. — 1. *Fortasse reponendum sit* in uno solo *vel* in uno solum. 2. *Ita ediderunt Pamelius et Rigaltius, ad Irenaeum Adv. Haeres. I. 5. 6. p. 53. ed. Grabe., Philastr. cap. 39. Libri vett. habent* octo.

Cap. XIV. — 1. quod dominum pronuntiat *volebat I. M. Routh, ex Philastrio cap. 41.*

Non defuerunt post hos Marcus quidam et Colarbasus, novam haeresim ex Graecorum alphabeto componentes. Negant enim veritatem sine istis posse litteris inveniri, immo totam plenitudinem et perfectionem veritatis in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse, [1]Ego sum Α et Ω. Denique Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum venisse; quae Graeco nomine cum περιστερὰ pronuntietur, habere [2]secum numerum DCCCI. Percurrunt isti Ω, Ψ, Χ, Φ, Υ, Τ, totum usque ad Α, Β, et computant ogdoadas et decadas. Ita afferre illorum omnes vanitates et ineptum sit et otiosum. Quod tamen non tantum iam vanum, sed etiam periculosum sit, alterum deum fingunt praeter creatorem, Christum in substantia negant carnis fuisse, negant carnis resurrectionem futuram. Cap. XV.

Accedit his Cerdon quidam. Hic introducit initia duo, id est duos deos, unum bonum et alterum saevum, bonum superiorem, saevum hunc mundi creatorem. Hic prophetias et legem repudiat, deo creatori renuntiat, superioris dei filium Christum venisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat, nec omnio passum, sed quasi passum, nec ex virgine natum, sed omnino nec natum. Resurrectionem animae tantummodo probat, corporis negat. Solum evangelium Lucae, nec tamen totum recipit. Apostoli Pauli neque omnes neque totas epistolas sumit. Acta Apostolorum et Apocalypsim quasi falsa reicit. Cap. XVI

Post hunc discipulus ipsius emersit Marcion quidam nomine, Ponticus genere, episcopi filius, propter stuprum cuiusdam virginis ab ecclesiae communicatione abiectus. Hic ex occasione qua dictum sit, [1]Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos, haeresim Cerdonis approbare conatus est, [2]et eadem dicere quae ille superior haereticus ante dixerat. Cap. XVII

Extitit post hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque discipulus, et hic per eadem vadens blasphemiae genera eadem docet quae Marcion et Cerdon docuerant. Cap. XVIII

Post hos subsequitur Apelles, discipulus Marcionis, qui posteaquam in carnem suam lapsus est, a Marcione segregatus est. Hic introducit unum deum [1]infinitis superioribus partibus. Hunc potestates multas angelosque fecisse; [2]praeterea et aliam virtutem, Cap. XIX.

Cap. XV. — 1. Apocal. I. 8. 11. XXI. 6. XXII. 13. 2. *Vulgo* secundum, *quod emendavit Ios. Scaliger.*

Cap. XVII. — 1. Matth. VII. 17. 2. *Ita supplevi. Vulgo scriptum est* eadem dicere.

Cap. XIX. — 1. infiniti *Fr. Iunius.* in infinitis *I. M. Routh.* 2. *Ita Fr. Iunius et Ios. Scaliger. Vulgo* propterea.

quam dici Dominum dicit, sed angelum ponit. [3]Hoc vult videri mundum institutum ad imitationem mundi superioris; cui mundo permiscuisse paenitentiam, quia non illum tam perfecte fecisset quam ille superior mundus institutus fuisset. Legem et prophetas repudiat. Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neque in substantia veri corporis, ut evangelium docet, sed [4]ideo, quod e superioribus partibus descenderet, ipso descensu sideream sibi carnem et aëream contexuisse: hunc in resurrectione singulis quibusque elementis quae in descensu suo mutuata fuissent in ascensu reddidisse, et sic dispersis quibusque corporis sui partibus in caelo spiritum tantum reddidisse. Hic carnis resurrectionem negat. Solo utitur et apostolo, sed Marcionis, id est non toto. Animarum solarum dicit salutem. Habet praeterea privatas, sed extraordinaris lectiones suas, quas appellat [5]Phaneroseis, Philumenes cuiusdam puellae, quam quasi prophetissam sequitur. Habet praeterea suos libros quos inscripsit Syllogismorum, in quibus probare vult quod omnia quaecunque Moyses de deo scripserit vera non sint, sed falsa sint.

Cap. XX. His haereticis omnibus accedit Tatianus quidam alter haereticus. Hic Iustini Martyris discipulus fuit; post hunc [1]diversa sentire coepit. Totus enim secundum Valentinum sapit, adiciens illud, Adam nec salutem consequi posse: quasi non, si rami salvi fiunt, et radix salva sit.

Cap. XXI. Accesserunt alii haeretici, qui dicuntur Secundum Phrygas, sed horum non una doctrina est. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, sunt alii qui Secundum Aeschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem et suam: et communem quidem illam, qua in apostolis quidem dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse, et qua dicant paracletum plura in Montano dixisse quam Christum in evangelium protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. Privatam autem blasphemiam illi qui sunt Kata Aeschinem hanc habent qua adiciunt etiam hoc, ut dicant Christum ipsum esse filium et patrem.

Cap. XXII. Est praeterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi XIV. mensis. Quis au-

3. *Fuerunt qui* Ab hoc *corrigendum censerent. At similiter supra cap. 4. legimus* quo Mentem creatam. 4. *Vulgo* in eo quod. 5. *Cf. Tertull. De Praescr. Haeret. cap. 30.*

Cap. XX. — 1. *Vulgo* divisa.

tem nesciat quoniam evangelica gratia evacuatur, si ad legem Christum redigit?

Accedit his Theodotus haereticus Byzantius, qui posteaquam Christi pro nomine adprehensus negavit, in Christum blasphemare non destitit. Doctrinam enim introduxit qua Christum hominem tantummodo diceret, deum autem illum negaret, ex spiritu quidem sancto natum [1]et virgine, sed hominem solitarium atque nudum, [2]nulla alia prae ceteris nisi sola iustitiae auctoritate. Cap. XXIII.

Alter post hunc Theodotus haereticus erupit, qui et ipse introduxit alteram sectam et ipsum hominem Christum tantummodo dicit ex spiritu sancto [1]et virgine Maria conceptum pariter et natum, sed hunc inferiorem esse quam Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo: [2]Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Nam illum Melchisedech praecipuae gratiae caelestem esse virtutem, eo quod agat Christus pro hominibus, deprecator et advocatus ipsorum factus; Melchisedech facere pro caelestibus angelis atque virtutibus. Nam esse illum usque adeo Christo meliorem, ut ἀπάτωρ sit, ἀμήτωρ sit, ἀγενεαλογητὸς sit, cuius neque initium neque finis comprehensus sit aut comprehendi possit. Cap. XXIV.

Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam haeresim introduxit, quam [1]Victorinus corroborare curavit. Hic deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit et mortuum, praeterea se ipsum sibi sedere ad dexteram suam cum profana et sacrilega temeritate proponit. Cap. XXV.

Cap. XXIII. — 1. *Ita correxi. Libri tam scripti quam editi habent* ex. 2. *Pars librorum habet* nullo alio.

Cap. XXIV. — 1. *Ita correxi. Libri tam scripti quam editi habent* ex. 2. Hebr. V. 6. VI. 20. VII. 17.

Cap. XXV. — 1. *Cf. Tertull. Adv. Prax. 1. Reponendum est* Victor *vel* Victor episcopus. *Vide quae adnotavi de h. l. tom. II. Opp. Tertulliani p. 765.*

# PSEUDO-HIERONYMI

INDICULUS

DE

# HAERESIBUS.

# *PSEUDO-HIERONYMI

## INDICULUS DE HAERESIBUS.

[1]Esseni dicunt [2]*Christum* docuisse illos omnem abstinentiam[a]. Cap. I.

[1]Galilaei dicunt Christum venisse et docuisse eos ne dicerent dominum Caesarem, neve eius [2]monetis uterentur[a]. Cap. II.

[1]Masbothaei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare[a]. Cap. III.

[1]Pharisaei negant Christum venisse, nec nulla in rebus praedictis[a] communicant. Cap. IV.

[1]Saducaei negant resurrectionem, dicentes: Dictum est in Genesi[a] ad Adam, Terra es, et in terram ibis. Cap. V.

[1]Genistae[a] praesumunt quoniam de genere Abrahae sunt. Cap. VI.

[1]Meristae[a], quoniam separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse. Cap. VII.

*Incipit Indiculus s. HIERONYMI DE HAERESIBVS IVDAEORVM. Prima: Esinei dicunt *cett. edit. Menard. (Men.)*

Cap. I. — 1. Esinei *Men.* 2. Christum *omitt. Men. Addidi ex Isidoro Origg. VIII*, 4, 5., *ubi variat scriptura, cum librorum alii habeant* Esnei, *alii* Efnei, *alii* Essei, *alii* Esseni, *ut edidit Arevalus.*

Cap. II. — 1. Secunda: Galilaei *Men.* 2. monitis *Men.*

Cap. III. — 1. Tertia: Marbonaei *Men. Cf. Isidor. Origg. VIII*, 4, 6. *I. B. Cotelerius Eccles. Gr. Monum. tom. I, p.* 761.

Cap. IV. — 1. Quarta: Pharisaei *Men.*

Cap. V. — 1. Quinta: Saducaei *Men.*

Cap. VI. — 1. Sexta: Genistae *Men.*

Cap. VII. — 1. Septima: Meristae *Men.*

Cap. I. — a. abstinentiam] Ita Isidorus Origg. VIII, 4, 5. „Esseni dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam."

Cap. II. — a. uterentur] Galilaeos commemorant Iustin. Dial. c. Tryph. p. 307., Hegesippus ap. Euseb. H. E. IV, 22. et Niceph. IV, 7. Cf. I. B. Cotelerius Eccl. Gr. Monum. tom. I, p. 760. sqq., ubi de numero haeresium Iudaeorum disputat.

Cap. III. — a. sabbatizare] Eadem eisdem verbis de Masbothaeis leguntur apud Isidor. Origg. VIII, 4, 6.

Cap. IV. — a. in rebus praedictis] Hoc est in iis quae modo de Essenorum, Galilaeorum, Masbothaeorum sectis dicta sunt.

Cap. V. — a. Genesi] Gen. III, 19.

Cap. VI. — a. Genistae] V. Isidor. Origg. VIII, 4, 7.

Cap. VII. — a. Meristae] Eadem fere profert Isidor. Origg. VIII, 4, 8.

Cap. VIII. [1]Samaritae, qui in loco Israël [2]captivi et adducti in [3]Babyloniam translati sunt. Venientes in terram regionis Samariae ex parte Israëlitarum consuetudinem, [4]quam *a* sacerdote reductam didicerunt[a], tenent, ex parte gentilem, quam in nativitatis suae [5]terra habuerunt. Nam in observationibus suis a Iudaeis omnino separantur; quorum superstitio procul dubio omnibus nota est.

Cap. IX. [1]Herodiani. Temporibus salvatoris haec haeresis exsurrexit. Hi Herodem magnificant, dicentes ipsum esse Christum.

Cap. X. [1]Hemerobaptistae, qui quotidie et corpora sua et domum et supellectilem lavant[a].

---

Cap. I. [1]Simonitae. Simon quidem magus, qui induxit novam haeresim, dicens se esse virtutem caelestem, et universas quae sunt creaturas non esse a deo factas, sed a virtute quadam superna, ideoque se descendisse inquit, ut ovem salvaret perditam[a]; Christum apud Iudaeos non esse passum. Hic est [2]Simon cui Petrus in Actibus Apostolorum[b] maledixit. Menander et Saturninus idem dixerunt.

Cap. II. Alia haeresis Basiliditae. Basilides[a] dixit de ingenito solo deo Sensum, a Sensu Verbum, a Verbo Prudentiam, a Prudentia Virtutem, a Virtute [1]Sapientiam, ex qua Principatus et Initia et Potestates et Angeli, qui fecerunt CCCLXV caelos: a Caelo autem novissimo factam esse universam hanc creaturam et qui in ea est hominem: partitos autem esse Angelos per gentes universas, e quibus unus sit deus Iudaeorum, qui partem accepit per genus Hebraeorum, qui de terra Aegypti eduxit illos de servitute. Hic Angelus protervitate sua exaltavit se super ceteros Angelos, et partem eorum volebat sibi usur-

Cap. VIII. — 1. Octava: Samaritae *Men.* 2. captivo et adducto *Men.* 3. Babylonium *Men.* 4. quam sacerdotem reductum *Men.* 5. terram *Men.*
Cap. IX. — 1. Nona: Herodiani *Men.*
Cap. X. — 1. Decima: Hemerobaptistae *Men.*
Cap. I. — 1. Item aliae haereses diversorum dogmatum, id est primum, Symonitae. Symon quidem *Men.* 2. Symon *Men.*
Cap. II. — 1. sapientia *Men.*

Cap. VIII. — a. sacerdote reducto] Io. Damascenus De Haeres. c. 9. „Μέτοικοι δὲ ὄντες ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λαβόντες τὴν πεντάτευχον Μωσέως, τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ἀποστείλαντος ἀπὸ Βαβυλῶνος δι' ἱερέως Ἔσδρα καλουμένου."
Cap. X. — a. lavant] Minus plene Isidor. Origg. VIII, 4, 10. „Hemerobaptistae eo quod quotidie vestimenta sua et corpora lavant." — Decem harum, quae ab huius indiculi auctore enumerantur Iudaicarum sectarum, tres tantum commemorat Pseudo-Tertullianus libello Adversus Omnes Haereses c. 1.

Cap. I. — a. ut ovem salvaret perditam] Cf. Pseudo-Tertullianus Advers. Omnes Haer. c. 1.
b. Actibus Apostolorum] Act. VIII, 20.

Cap. II. — a. Basilides] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omnes Haer. cap. 4.

pare et ceteros populos subditos facere Iudaeis; unde ceteri Angeli irati bella contra illos suscitaverunt et exstirpaverunt civitates eorum, et disperserunt totum populum eorum. Deinde dicit Iesum non esse passum, sed Simonem Cyrenaeum, qui angarizatus crucem illius sustulit[b]. Contra hunc Agrippa[c] cognomento Castoris, vir valde doctus scribit, prodens universa eius mysteria, et [2]prophetas enumerans [3]Barcaban et Barcob, et ad terrorem audientium alia etiam nomina barbara religione composita nominans, etiam deum maximum Abraxas, quasi annum continens, si iuxta Graecorum numerum computetur.

Nicolaitae. Nicolaus diaconus fuit ex ecclesia Hierosolymitana, Cap. III. qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro propter viduas[a]. Qui transgressus veritatem coepit hoc docere et dicere, Erant tenebrae[b] et profundum in aqua. et spiritus, qui separat se a tenebris, a profundo et aqua, et ab his aliae prodierunt quatuor virtutes, quae fecerunt deum et daemones, et vocat illas dextras et sinistras. [1]Namque vocabulum posuit [2]Barbelon, et Prunica, et [3]Ialdabaoth, et Caulacau. [4]Spiritus autem sanctus haeresim appellans dicit ad ecclesiam: Sed hoc habes quia odisti facta Nicolaitarum, quae et ego odi. Multa enim docent absque discretione facere, et immolata idolis vesci, et in templis esse, et publice omnia agere. [5]Postea inquit, [6]Erat Aeonum quidam qui [7]vocabatur Ialdabaoth, missus a Prunica [8]quadam matre, quique fecit sibi filios septem: et illi fecerunt septem caelos, supra quos ipse [9]Ialdabaoth pedes habebat. Quo ignorante fecerunt septem filii hominem, sed non

2. prophetias *Men.* 3. Barcaban et Barcob et ad *emendavi ex Hieronymo.* Barcobbam et Barcobet ad *Men.*

Cap. III. — 1. Namque *ego, cum Cotelerio Monum. Eccl. Gr. tom. I, p.* 764. Nam qui *Men.* 2. Barbilon *Men.* 3. Ialdabalon *Men.* 4. Spiritus autem sanctus *Coteler. l. l.* Spiritum autem sanctum *Men.* 5. Postea *Coteler. l. l.* Ostia *Men.* 6. Erat Aeonum quidam *Coteler. l. l.* erant eorum quidam *Men.* 7. vocabatur Ialdabaoth *Coteler. l. l.* vocatur Ialdabath *Men.* 8. quadam matre *Coteler. l. l.* quandam matrem *Men.* 9. Ialdabath *Men.*

b. qui angarizatus crucem illius sustulit] Haec verba deprehenduntur apud Augustinum De Haeres. cap. 4. Benedictini codicum auctoritate ea exterminarunt.

c. Contra hunc Agrippa] Haec verba repetita sunt ex Hieronymo De Script. Eccl. c. 21. „Agrippa cognomento Castoris, vir valde doctus, adversum viginti quattuor Basilidis haeretici volumina, quae in evangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens eius universae mysteria, et prophetas enumerans, Barcaban et Barcob, et ad terrorem audientium alia quaedam barbara nomina, et deum maximum eius Abraxas, qui quasi annum continens iuxta Graecorum numerum supputetur." De vocabulorum Barcaba et Barcob scriptura v. Fabricii et Benedictorum ad haec verba adnotata.

Cap. III. — a. propter viduas] Act. Apost. VI, 1.

b. Erant tenebrae] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. cap. 5. Cf. etiam Philastr. cap. 33.

consummatum. Erat enim ut serpens, et sicut vermis volvebatur. Itaque superna mater volens evacuare virtutem [10]Ialdabaoth operata est scintillam virtutis descendere in hominem, et continuo erexit eum ut staret pedibus suis, statimque homo sensu suo superascendit septem caelos et honorem dedit [11]superiori Aeonum. Quo [12]cognito Ialdabaoth dolore ductus quod sine consilio suo hoc esset actum, respiciens ad ceteram substantiam, genuit serpentem qui seduxit mulierem et suasit illam gustare lignum scientiae; obedivit [13]enim quasi filio dei. [14]Ophitae[c] hi sunt qui hunc serpentem colunt et adorant, dicentes ipsum duxisse virtutis cognitionem. Et ipse illis eucharistia [15]sanctificat[d]. Compositis enim panibus convocant eum de spelunca sua, et ille [16]convolvit se circa panes, [17]linguaque contingens singulas oblationes consecrat illis panem perditionis.

Cap. IV. Marcionitae deum patrem abnegant, dicentes illum esse creaturarum conditorem et multorum factorem: esse autem alium deum, bonum et pium, qui solas animas suscipit credentium, eumque in summa parte caeli tanquam in aliquo solario sedentem aut dimittere animas viventes aut expectare redeuntes; et illum quidem iustum et retributorem factorum, hunc autem misericordem et indultorem peccatorum. Incarnationem filii dei contradicunt[a], volentes illum phantasma habuisse, non carnem[b].

Cap. V. [1]Manichaei duas naturas et substantias, unam bonam et alteram malam dicunt. Ex hac quinque contrarias prodiisse virtutes. Has dicunt esse quinque dies [2]malignitatis. Bonas asserunt duas, solis et lunae, quas dicunt supernam esse substantiam. Praeterea adserunt animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare, aut certe progrediens ex deo lumen velut flumen alveum sibi facere, atque inde quasi ad mensuram parilium animarum prodire substantiam. Et ibi quidem in superno fonte, ut divini fluminis alveo, universa-

10. Ialdabath *Men.* 11. superiori Aeonum *ego.* super tria eorum *Men.* 12. cognitu Ialdabath *Men.* 13. *Malim* ei. 14. Ophitae hi sunt qui *Coteler. l. l. p.* 769. Offitae hist. qui *Men.* 15. scificat *Men.* 16. convolvit se *Coteler. l. l.* convolat se *Men.* 17. linguaque contingens *ego.* lingua lambit atque *Coteler. l. l.* lingua atque *Men.*

Cap. V. — 1. De Manichaeis. Manichaei duas *Men.* 2. malignitatis *Coteler. l. l. p.* 778. malignitas *Men.*

c. Ophitae] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. c. 6.

d. eucharistia sanctificat] Cf. Praedestinat. c. 17.

Cap. IV. — a. Incarnationem filii dei contradicunt] Ut supra *suadere* ita hic *contradicere* struit cum accusativo. Utriusque usus exempla habes apud Tertull. De Carne Chr. c. 23., et Scorp. c. 2. De Cultu Fem. I, 1. De Pall. c. 6.

b. non carnem] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. c. 16.

liter mixta omnia, et cum deo habere [3]naturam. Huius luminis [4]particulam detentam quondam a tenebris velle deum liberare, [5]quam dicunt Margaritam. Vetus respuunt testamentum; novum recipiunt, [6]sed ex parte. Blasphemant prophetas, utentes secundum pravitatem, Omnes, quotquot ante me venerunt, fures sunt et latrones[a].

Gnosticorum haeresis de supradictis haeresibus, id est Nicolai, Basilidis, Marcionis, velut ex feralibus quibusdam malitiae seminibus impurissimum corpus exortum est. Sed et [1]Manichaeos, posteriores licet tempore, in eadem impuritate invenitur praecessisse. Omnium enim istorum [2]impuritatis unitis in se utitur venenis. Habet praeterea et propriae malitiae aliquanta vernacula. In ceteris enim assertionibus cum supradictis congruit, cetera autem eius quasi [3]specialia haec sunt, quae Irenaeus[a] ita exposuit. Dicit quippe haec haeresis animam non peccare, quam vult dei esse substantiam, sed ex contraria et aliena substantia [4]assumere aliam aëream animam, et corpus terrenum, quam vocant malignam et diabolicam, et, ipsa dum suam sequitur naturam, per se corpus peccare terrenum; [5]cetera animae divinae substantiae. Et per haec facit locum suis turpibus execrandisque mysteriis, in quibus per orationem magicam suorum invocationibus utitur angelorum, qui [6]creando per adventum suum dicata olim gehennae corpora ministerium religiosae, ut sibi videtur, perditionis inflamment. De cetero pudet dicere quam execrabilem sibi iniuriam per sua inierunt sacramenta. Praeterea haec quae videntur agi dei alterius potestate, tonitruum sonitus voces daemonum esse confingunt. Dicunt etiam istum malignum deum venientibus animabus per dispositas quasi [7]principatuum insidias [8]perditionis laqueos praeparare, et per singula quaeque caelorum loca eisdem perditionis [9]munus offerre, assignare etiam eisdem decreta, quae compleant, sicque eis caelum, caelorum cardines, signa et signorum circulum esse contrarios, ac Cap. VI.

3. naturam huius luminis *indistincte in edit. Men.* 4. particulam *Coteler. l. l.* particula *Men.* 5. quam *Coteler. l. l.* quem *Men.* 6. sed *Coteler. l. l.* et *Men. In Menardi libro indistincte legitur* ex parte blasphemant.

Cap. VI. — 1. Manichaeos *ego.* Manichaei *Men.* 2. impuritatis *ego.* impuritas *Men.* 3. specialia. Haec sunt *distinctio est apud Menardum.* 4. assumere. Aliam *distinctio est apud Men.* 5. cetera anima *Men. Rescribendum fortasse* ceterum animam. 6. *Reponendum, ni fallor,* recreando. 7. principatum *Men.* 8. perditioni *Men.* 9. *Rescribendum fortasse* manus inferre.

Cap. V. — a. et latrones] Ioh. X, 8.

Cap. VI. — a. Irenaeus] Locum ubi Irenaeus haec tradiderit mihi non magis investigare contigit quam ubi illud de opinione quorundam, contra duodecim signa totidem patriarchas esse dispositos, ceteraque similia, quae paulo infra leguntur.

sic quasi alienae substantiae in omnibus esse contraria. Nam ex iis aliqui, ut Irenaeus apostolorum vicinus refert, dicunt contra duodecim signa duodecim patriarchas esse dispositos, et sic cetera, quae secundum sapientes in mundo aut simpla aut dupla, terna aut quaterna, vel quina, sena vel septena dicuntur, contra sanctorum [10]numeros aequali et parili dispositione pugnae. Prave etiam scripturas intelligentes filios promissionis[b] non ex coitu viri, sed verbo dei natos affirmant, ut non unigenitum ex deo filium dicant. Auferre cupientes omnipotentiam dei omnia deum non ex nihilo, sed ex aliquo fecisse contendunt, ut duas substantias introducant. Haec ex parte pro cognitione veritatis sunt dicta. Quanta autem vel de evangeliorum interpretatione [11]signorum, vel de Graecorum gentilibus mysteriis literarum eosdem affirmare cognovimus, enumerare perlongum est.

Cap. VII. [1]Valentinus [2]consummatum dicit esse Aeonem et [3]innominatam altitudinem magnam, quae Profundum, Βυθὸς, nominatur. In silentio se magno [4]continens (quod silentium ea gratia appellatum Σιγὴν[a]) hoc Profundum, [5]aut Βυθὸς, emisit Sensum, qui [6]Monogenitus et Pater et Initium appellatur; [7]cui coniuncta est Veritas. Et haec est quadriformis radix totius mysterii, [8]id est Profundum et Silentium et Sensus et Veritas. Intelligens autem Sensus [9]ad quid esset [10]missus, et ipse [11]emisit Verbum et Vitam. De Verbo autem et Vita [12]emittitur coniugatio Homo et Ecclesia. Et haec primogenita Ὀγδοὰς, radix et substantia universitatis, coniugia quatuor Βυθὸς et Σιγὴ, Sensus et Veritas, Verbum et [13]Vita, Homo [14]*et* Ecclesia. Verbum autem et [15]Vita in honorem Patris emiserunt [16]Αἰῶνας Bythium et Mixim, Ageraton et Henosim, Ex se prodeun-

10. numerosa *Men. Ubi distinctio haec est* dicuntur. Contra sanctorum numerosa aequali *cett.* 11. *Vocabulum* signorum *corruptum puto. Reponendum fortasse est* sanctorum.

Cap. VII. — 1. De Valentinianis. Valentinus *Men.* 2. consummatam *alii* 3. innominatam altitudinem magnam *ego.* in innominata altitudine magnum *Coteler. Eccl. Graec. Monum. tom. I, p.* 767. innominata multitudine magna *Men.* 4. continentem *Coteler. l. l.* 5. aut *ego.* et *Coteler. l. l.* ut *Men.* 6. Monogenitus *Coteler. l. l.* monogniti *Men.* 7. cui *Coteler. l. l.* qui *Men.* 8. id est *Cotel. l. l.* idem *Men.* 9. ad quid *Coteler.* aliquid *Menard.* 10. emissus *Coteler. l. l.* 11. emisit *Coteler. l. l.* misit *Men.* 12. emittitur coniugatio *Coteler. l. l.* emittit cognitionem *Men.* 13. vita *Coteler. l. l.* vitam *Men.* 14. et Ecclesia *Coteler. l. l.* Ecclesia *Men.* 15. Vita *Coteler. l. l.* vitam *Men.* 16. Αἰῶνας Bythium et Mixim, Ageraton et Henosim *Coteler. l. l.* αἰῶνας a Christianis, Christum ἀειγένητον et γένεσιν *Men.*

b. filios promissionis] Rom. IX, 8.
Cap. VII. — a. Σιγὴν] Subintellege *dicit.* Sed placeret facillima correctio Σιγή.

tem[b] et [17]Hedonen, Acineton et Syncrasim, Monogenem et Macarian. Hominem etiam [18]emisisse alios Αἰῶνας XII, Paraclitum et Fidem, [19]Matricum et Ἀγάπην, Ainum et Σύνεσιν, Ecclesiasticum et Beatitudinem, [20]Theletum et Sapientiam: [21]Propatorque omnium soli cognitus est Sensui ex eo primogenito, ceteris [22]autem invisibilis est et incomprehensibilis. [23]Tricesimum itaque Seculum[c], quod est Sapientia, concupivit Patrem videre. Quod cum [24]aggressum esset, paene periisset, quoniam non potuit capere gloriam paternam, [25]et Enthymesis aliquid [26]inconsummatum fit, quam Matrem vocant, et quia aliena [27]destinavit, et maerorem passa est et lacrimavit et risit. Ex his itaque passionibus hoc [28]seculum [29]inmigratum: de alienatione tenebrae, de timore spiritale [30]malignitatis, de maerore stabilita terra, de lacrimis aquae profusae sunt, de risu hoc lumen factum est. Christum autem hoc dicit docuisse: Missum in hunc mundum et ipsum Christum a Patre ad salutem mundi non ex Maria carnem, in qua natus est, traxisse, sed spiritale corpus habuisse, et per Mariae viscera, quasi aqua per fistulam, transiisse. Et ideo nec resurrexisse eum credit, quia nec mortuum, [31]utpote quem mortalem non habuisse carnem blasphemant. Dicit et tria esse genera nativitatis humanae, χοϊκόν, animale, spiritale: sed χοϊκὸν [32]incredulos esse, et ex necessitate perire: [33]animale, quod medium est; nam quo se inclinaverint, ibi partem habituros: spiritale autem, quod se dicunt, esse [34]τέλειον ab initio semen salutis, qui in Consummatione[d] Seculorum pausabunt. Consummationem autem futuram omnium, cum omnes spiritales docti fuerint

17. Hedonen, Acineton et Syncrasim, Monogenem et Macariam *Coteler. l. l.* Edom in Achivium, et sint asim monogenon, et magarian *Men.* 18. emisisse alios *Coteler. l. l.* et vis esse alius *Men.* 19. Matricum et Ἀγάπην Ainum et Σύνεσιν *Coteler. l. l.* matricem ἀγάπην, et sensum σύνεσιν *Men.* 20. Theletum et Sapientiam *Coteler. l. l.* ille cupivit sapientiam *Men.* 21. Propatorque omnium soli cognitus est Sensui ex eo primogenito *ego.* Propatorque cognitus soli genito est Sensui, et Chaos Primogenito *Coteler. l. l.* praeterea, quae omnia solo genita est sensus et chao primogenitis *Men.* 22. autem invisibilis est et *Coteler. l. l.* aut invisibilis est aut *Men.* 23. Triscesimum itaque Seculum *Coteler. l. l.* tricentesimum itaque seculum *Men.* 24. aggressum *Coteler. l. l.* ingressus *Men.* 25. Et Enthymesis *Coteler. l. l.* et esinan *Men.* 26. inconsummatum fit *ego.* inconsummatum sit *Coteler. l. l.* consummatum sit *Men.* 27. destinavit *ego.* aestimavit *Men.*, et *Coteler. l. l.* 28. seculum *Coteler. l. l.* sacculum *Men.* 29. inmigratum *ego.* inmigratum *Men.*, et *Coteler.* 30. malignitatis *Coteler. l. l.* malignitas *Men.* 31. utpoti *Men.* 32. incredulus *Men.* 33. animale *Coteler. l. l.* anima, leo *Men.* 34. τέλειον ab initio *ego.* τὸ φῶς ab initio *Coteler. l. l.* σίφεον, ab initio *Men.*

b. Ex se prodeuntem] Hoc est Αὐτοφυῆ.

c. Tricesimum itaque Seculum] Et in his, sicut in aliis plurimis, Indiculi huius auctor et auctor libelli Adversus Omnes Haereses, qui Tertulliano vulgo adscribebatur, ex eodem fonte hausisse videntur. Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omnes Haer. c. 12.

d. Consummatione] Hoc est Pleromate.

[35]ex scientia secretum dei. Et animalia commovet ad spiritalem doctrinam. His factis undique lumine lucebit qui omnem substantiam secularem conficiet, et [36]conflagrabit in tantum, ut nec ipse ignis appareat.

Cap. VIII. [1]Caiani et Iudaei sunt qui Cain sanctificant[a], dicentes illum de caelesti substantia esse profectum, quae est ad dexteram, Abel autem de sinistra, et ideo illum esse occisum. Iudam proditorem Christi omnium apostolorum fuisse doctiorem. Cum enim fieret arcanum dei, et cognovisset omnibus hominibus futuram salutem, passionem eius contradicentibus terrenis virtutibus ipse proditor illius existens salvavit humanum genus universum.

Cap. IX. Sethitae. [1]E duobus hominibus[a], Cain et Abel, [2]ab iniusto occiso Abel, qui iustus erat, discrimen habebant universi angeli. Superna [3]itaque, *quae* Trivirtus vocatur, femina operatur nasci Seth, [4]et in illo deposuit omnem iustitiae scintillam, ut deponeretur [5]universa malitia terrenae substantiae. Propter hoc omnis iustitiae nativitas a Seth deducitur. Sed quoniam transgressores angeli per illicitos coitus fecerunt sub sole nocivam Gigantum nativitatem, per quam [6]accidit ut inundatione omne genus animantium aboleretur et transiret [7]et solum iustum genus salvaretur (id est animae VIII, Noë, et uxor sua, et filii tres, et uxores filiorum) [8]in arcam, dicunt se semen malitiae abscondisse in arcam, [9]unde procedentibus temporibus post diluvium iterum [10]malitia increvit. Hunc autem Seth dicunt esse Christum.

Cap. X. Carpocras, [1]Cerinthus et Ebion[a], hi tres sibi successerunt, dicentes omnia secundum legem, [2]circumcidi, observare sabbatum et dies festos Iudaicos; Christus enim [3]haec *cum* omnia observavit, sufficere dicentes ita [4]esse *ut* doctorem, ut magistrum. Christum autem negant per spiritum sanctum a Maria virgine natum, sed a

35. ex *ego.* et *Men.*, et *Coteler. l. l.* 36. conflagravit *Men.*

Cap. VIII. — 1. De Caianitis et Iudaitis. Caiani *Men.*

Cap. IX. — 1. E duobus *Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I, p.* 771. duobus *Men.* 2. ab iniusto occiso Abel *Coteler. l. l.* iniusti occisio. Abel *Men.* 3. itaque, quae Trivirtus *Coteler. l. l.* itaque trivirtus *Men.* 4. et in illo *Coteler. l. l.* et illo *Men.* 5. universa malitia *Coteler. l. l.* universae militiae *Men.* 6. accedit *Men.* 7. ut *Men.* 8. in arcam, dicunt se *ego.* in Arcam dicentes *Men.* in Arca: dicentes *Coteler. l. l.* 9. inde *Men.*, et *Coteler. l. l.* 10. malitia increvit *ego.* malitia crevit *Coteler. l. l.* malitiam creavit *Men.*

Cap. X. — 1. Cherinthus *Men.* 2. circumcidii *Men.* 3. haec cum omnia *ego.* haec omnia *Men.* 4. esse ut doctorem *ego.* esse doctorem *Men.*

Cap. VIII. — a. qui Cain sanctificant] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. cap. 7.

Cap. IX. — a. E duobus hominibus] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omnes Haer. cap. 8.

Cap. X. — a. Carpocras, Cerinthus et Ebion] Cf. Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. c. 9.

Ioseph conceptum ut hominem nuptiali coitu; habuisse autem illum spiritum prophetalem, et venturum ac indicaturum vivos et mortuos.

Stoici[a] dicunt omne uniforme esse peccatum. [1]Feri autem et Cap. XI. severi *veritatum* censores, animam tamen perire dixerunt. Amant virtutem continentiae, et affectant gloriam aeternam, cum se non aeternos esse fateantur.

Peripatetici, Aristotele principe, dicunt quandam particulam ani- Cap. XII. mae esse aeternam, sed de reliquo vero magna ex parte mortalem[a].

Adamitae, ut supradictae haereses, duas esse substantias[a]. Cap. XIII. Hoc habent in mysteriis suis peculiare, quod nudi in ecclesia dicuntur orare corporibus, utentes hoc testimonio, Adam et [1]Evam nudos in paradiso fuisse, ut scriptum est: Erant ambo nudi, et non confundebantur[b]. Et hanc perfectionem beatissimam putant, si ista faciendo iam videatur ab his ablata confusio.

Platonici[a] dicunt deum per omnia animas creare, angelos cor- Cap. XIV. pora. Post multorum annorum curricula animas redire in diversa corpora asserunt.

Epicurei dicunt deum nihil agere; omnia constare corporibus; Cap. XV. animam nihil aliud esse [1]quam corpus[a].

Sethiani[a] dicunt Seth de caelestibus et supernis virtutibus ha- Cap. XVI. buisse substantiam, Cain autem de inferioribus habere naturam, et [1]illam supernam peccare non posse [2]atque mutabilem [3]fieri, [4]istam

Cap. XI. — 1. Feri autem et severi veritatum censores *ego*. Feri autem et severi censores *Coteler. l. l. p.* 758. Feritatem et severitatem censores *Men.*
Cap. XIII. — 1. Eva *Men.*
Cap. XV. — 1. *Post verba* quam corpus *apud Menardum leguntur praeterea haec* Post multorum annorum curricula animas redire in diversa corpora asserunt, *quae verba, utpote ex superiori capite importune hic repetita, cum Coteleri[o] l. l. p.* 759. *eieci.*
Cap. XVI. — 1. illam supernam *ego*. illa superna *Men.* 2. *Malim* neque. 3. fiere *Men.* 4. istam *ego*. Ista *Men.*

Cap. XI. — a. Stoici] Isidor. Origg. VIII, 6, 9 et 10: „— — Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes, Sic ille nocens erit qui paleas furatus fuerit quam qui aurum; qui mergum occiderit quam qui equum. Non enim animal crimen, sed animus facit. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoque virtutem continentiae, affectant gloriam aeternam, cum se fateantur non esse aeternos."

Cap. XII. — a. magna ex parte mortalem] Isidor. Origg. VIII, 6, 13. „— — Hi dicunt quandam particulam animae esse aeternam: de reliquo magna ex parte mortalem." Cf. Pseudo-Orig. Philosophum. p. 25. ed. Miller., Tertull. De Resurr. Carn. c. 2., Menag. ad Diog. Laert. VII, 157, et III, 67.

Cap. XIII. — a. duas esse substantias] Ex praegresso capitulo supple *dicunt.*

b. et non confundebantur] Gen. II, 25.

Cap. XIV. — a. Platonici] Isidor. Origg. VIII, 6, 7. „Platonici a Platone philosopho dicti. Hi animarum creatorem esse deum, corporum angelos asserunt, et post multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt."

Cap. XV. — a. quam corpus] Isidor. Origg. VIII, 6, 18. „— — Asserunt autem deum nihil agere: omnia constare corporibus: animam nihil aliud esse quam corpus."

Cap. XVI. — a. Sethiani] Cf. Praedestin. c. 19.

autem volunt naturalem malitiam et naturam habere [5] peccati, et illa superiora quasi semen Seth sanctis, ista inferiora peccatoribus quasi semen Cain semper adsignant.

Cap. XVII. [1] Apellitae[a] dicunt Christum non deum in veritate, sed hominem in phantasia. Horum auctor [2] Apelles a Rhodone[b], Asiani generis homine, reprehensus est, quod deum quem coleret ignoraret.

Cap. XVIII. [1] Severianistae. Horum haereses Severianus eloquentiae spiritu inflatus adstruxit. Hi tres quadragesimas faciunt in anno, et in his xerophagis, id est siccis utuntur escis.

Cap. XIX. [1] Cathaphrygarum haeresis[a] auctores sunt [2] Montanus, Prisca et Maximilla, in quibus Montanum paraclitum, et Priscam et Maximillam prophetas deceptorum hominum vanissimus error observat. Sunt [3] huius *haeresis*, immo perditionis, infanda mysteria. Nam quotannis [4] unum infantem anniculum[b] perfectum offerunt, ac [5] compuncto vulneribus eius corpusculo in farinam sanguinem eius suscipiunt, sicque panem huius ex [6] scelestissimi frumenti admixtione facientes diabolicum edunt eucharistiae [7] feralissimae sacramentum. Infans autem, si ex compunctione vulneris obierit, observatione martyrii colitur: si vixerit, pro veneratione summi sacerdotis aspicitur. Contra horum supra memoratorum prophetas Apollonius[c], vir dissertissimus, scripsit insigne volumen et longum, asserens

5. peccati *ego.* peccatum *Men.*
Cap. XVII. — 1. Appellitae *Men.* 2. Appelles. A Corodone *Men.*
Cap. XVIII. — 1. Severianisti *Men.*
Cap. XIX. — 1. Catafrigarum *Men.* Montanistarum, Cataphrygarum *Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I. p.* 773. 2. Montani. Montanus *Men.* 3. huius haeresis. immo *Coteler. l. l.* huius immo *Men.* 4. unum infantem *Coteler. l. l.* unius infantem *Men.* 5. compuncto vulneribus eius corpusculo *Coteler. l. l.* compunctum vulneribus eius corpusculum *Men.* 6. scelestissimi *Coteler. l. l.* caelestissimi *Men.* 7. feralissime *Men.*

Cap. XVII. — a. Apellitae] Pseudo-Tertullianus Adv. Omnes Haeres. c. 19.

b. a Rhodone] Hieronymus de Script. Eccl. c. 37. „Rhodon, genere Asianus, — — edidit plurima, praecipuumque adversus Marcionem opus, in quo refert quomodo ipsi quoque inter se Marcionitae discrepent, et Apellem senem, alium haereticum, a se quondam fuisse victum et risui habitum, eo quod deum quem coleret ignorare se diceret."

Cap. XIX. — a. Cataphrygarum haeresis] Pseudo-Tertullianus Adv. Omn. Haer. c. 20.

b. infantem anniculum] Cf. August. De Haeres. c. 26.

c. Apollonius] Quae inde sequuntur hausta sunt ex Hieronymo De Scriptt. Eccles. c. 40. „Apollonius, vir disertissimus, scripsit adversus Montanum, Priscam et Maximillam, insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum et insanas vates periisse suspendio, et multa alia in quibus de Prisca et Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas qui accipiunt: et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis fructibus probantur prophetae. Dic mihi, crinem fucat prophetes? stibio oculos linit? Prophetae vestibus et gemmis ornantur? Prophetes tabula ludit et tesseris? Propheta fenus accipit? Respondeant utrum hoc fieri liceat, an non: meum est approbare quod fecerint."

Montanum et [8]insanos eius vates periisse [9]suspendio, et multa alia, in quibus [10]*de* Prisca et Maximilla [11]refert: Si negant accepisse munera, confiteantur non esse prophetas qui accipiunt, et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis fructibus probantur prophetae. Dic mihi, [12]crinem fucat propheta? stibio oculos linit? propheta ad tabulas ludit et [13]tesseris? propheta fenus [14]accipit? Respondeant utrum haec fieri liceat, an non. Meum est probare quia fecerunt.

[1]Artotyritae in sanctis mysteriis suis ad vicem eucharistiae pane utuntur et caseo, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam[a]. Cap. XX.

Elvidiani [1]novae spiritu perversitatis decepti de sanctae Mariae gloria aliquid negant, aliquid confitentur, dicentes, Virgo ante partum, non virgo post partum. Cap. XXI.

[1]Iovinianus[a] et Auxentius Romae hanc perversitatis suae novam inseruerunt doctrinam, dicentes nullam [2]nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen, proferentes etiam istud exemplum, quod in veteri testamento sancti matrimonia habuissent, filios generassent, nec posse [3]virginitatem praeferre, ne vacua sit copula quae genuit [4]gloriam prophetarum. Cap. XXII.

Anthropomorphitae dicunt iisdem [1]membrorum lineamentis deum quibus homo est compositum designari, et secundum hanc imaginem, in [2]qua ambulamus, deum similem homini esse existimant. Cap. XXIII.

Heraclitae[a]. [1]Heraclius auctor ipsorum dixit ita esse de patre filium, velut lucernam de lucerna, ut lampadem in duas [2]divisam Cap. XXIV.

8. insanos eius vates *Coteler. l. l.* insanum eius vatem *Men.* 9. suspendio *Coteler. l. l.* dispendio *Men.* 10. de Prisca *Coteler. l. l.* Prisca *Men.* 11. refert. Si *Coteler. l. l.* referet se *Men.* 12. crinem fucat propheta? stibio oculos linit? *Coteler. l. l.* crimen, fugat Prophetas tibi oculus linet. *Men.* 13. tesserus *Men.* 14. accepit *Men.*

Cap. XX. — 1. Artotitae *Men.*

Cap. XXI. — 1. novae *ego.* novi *Men.*

Cap. XXII. — 1. Iovinianus *ego.* Iulianus *Men.* 2. nuptiarum *Men.* 3. virginitate *Men.* 4. gloria *Men.*

Cap. XXIII. — 1. memborum *Men.* 2. quam *Men.*

Cap. XXIV. — 1. Heraclus *Men.* 2. divisas *Men.*

Cap. XX. — a. fuisse celebratam] Eadem verba legis apud Isidor. Origg. VIII, 5, 22.

Cap. XXII. — a. Iovinianus] Isidor. Origg. VIII, 5, 56. „Ioviniastae a Ioviniano quodam monacho nominati, asserentes nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen." Cf. Hieronym. Adv. Iovin I, p. 146., tom. IV., p. 146. Opp. ed. Ben.

Cap. XXIV. — a. Heraclitae] „Ex Hierace seu Hieraca et Hieracitis fecerunt oscitabundi librarii primo Hieracham et Hierachitas, postea Heraclam aut Heraclum et Heraclitas." Coteler. Eccl. Gr. Monum. I. p. 780. Idem vitium obtinuit apud Isidor. Origg. VIII, 5, 33.

partes, ut filii circa patrem suppositam, non eandem velit esse substantiam.

Cap. XXV. Luciferiani[a] cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hunc errorem stultissimum perlabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari; eandemque dicunt et de carne et de carnis esse substantia.

Cap. XXVI. Sabellius, qui et Patripassianus, id est [1]Unionita, dicit: Pater cum est, nec pater nec filius est visibilis atque [2]passibilis: volens ut sicut unus deus est, ita una persona in deitate sit, mutabilis tamen et [3]passibilis. Antequam carnem ex virgine assumeret, deum tantum fuisse: nascentem ex virgine filium ipsa nativitate appellatum, assumptum post ascensionem in spirituali gloria, et descendentem super apostolos, spiritualem [4]gratiam donaturum, spiritum sanctum nominatum: ut trinitas in officiorum nominibus, non in tribus personarum speciebus, sed sicut unus deus, ita una persona in divinitate sit.

Cap. XXVII. Apollinaris primum dixit salvatorem carnem non adsumpsisse. De hoc convictus dixit [1]carnem adsumpsisse, sed animam non adsumpsisse. Et de hoc convictus dixit et carnem et animam adsumpsisse, sed sensum non adsumpsisse; sed fuit ipse sibi sensus: subtiliter [2]versutiam suae fraudis docens, volens autem sensum tertiam ab anima et [3]carne esse substantiam, aut sensum extra animam. Et ideo cum [4]sensum non vult adsumptum, confitetur animam non adsumptam, quoniam sensus animae officium est.

Cap. XXVIII. Paulus episcopus Mesopotamiae contra fidem ecclesiasticam sectam Artemonis introduxit, dicens propterea Christum hominem fuisse sanctum et unum de prophetis.

Cap. XXIX. [1]Pneumatomachi ipsi sunt Macedoniani, similes Homuncionitis. Dicunt spiritum sanctum non esse dei substantiam, sed creaturam creaturis ceteris potiorem et ministram patris et filii, hoc est cum angelis et archangelis et ceteris potestatibus numerandum; non ta-

Cap. XXVI. — 1. Unionita *Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I, p.* 777. onion, ita *Men.* 2. passibilis est, volens ut *Coteler. l. l.* passibilis est, volens et *Men.* 3. passibilis, antequam *distinguit Coteler. l. l., cum Men.* 4. gratiam *Coteler. l. l.* gloriam *Men.*

Cap. XXVII. — 1. et carnem *Men.* 2. vertutiam *Men.* 3. carnem *Men.* 4. sensu *Men.*

Cap. XXIX. — 1. Pneomatomachi *Men.*

Cap. XXV. — a. Luciferiani] Augustin. De Haeres. c. 81. „Luciferianos a Lucifero Caralitano episcopo exortos, et celebriter nominatos, nec Epiphanius nec Philaster inter haereticos posuit: credo tantummodo schisma, non haeresim eos condidisse, credentes. Apud quendam tamen, cuius nomen in eodem eius opusculo non inveni, in haereticis Luciferianos positos legi per haec verba: „Luciferiani, inquit, cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hunc errorem stultissimum prolabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari; eademque dicunt et de carne et de carnis esse substantia."

men circumscribi loco et finibus, sicut angelos, quibus licet per celeritatem naturae possibile sit facile de loco ad locum transire, tamen cum alibi sint, [2]eadem possibilitate alibi eos adesse non posse, unde circumscribuntur. Localitatem spiritui sancto adsignant, quamvis [3]eum rati creaturis ceteris potiorem. Quaelibet creatura illa potior sit, etsi ei prae ceteris adsignetur potestas, una tamen illi cum eis substantia est. Dividi enim creatura potestate potest, non genere. Unde spiritum sanctum creaturam dicentes loco et potestate subtiliter circumscribunt, potentiam ei tantum prae ceteris tribuentes omnipotentiam auferunt.

Chiliastae dicunt regnum seculorum in carne carneum futurum, Cap. XXX. volentes carnem nostram innovatam recipere spiritalem. [1]Sic bonae terrae carnalia carnaliter per mille annos adserunt manducanda. Dionysius Alexandrinus episcopus, Origenis auditor, adversus Nepotem episcopum haeresis huius auctorem scripsit, qui mille annorum corporale Christi regnum futurum suis scripturis adseverat. In quibus et de Apocalypsi Ioannis diligentissime disputavit, et omnia illic aspicienda spiritalia, non intelligenda esse carnalia.

Donatus[a], a quo [1]Donatiani per Africam sub Constantino Con- Cap. XXXI. stantioque principibus, adseruit [2]a nostris scripturas in persecutione ethnicis [3]traditas, *et* totam paene Africam et maxime Numidiam sua persuasione decepit. Restant eius multa ad suam haeresim pertinentia, et de Spiritu Sancto [4]liber Ariano dogmati consentiens.

Circumcelliones, quos [1]Gotispitas[a] vocant, huius supradictae Cap. XXXII. haeresis [2]habent doctrinam[b]. Sua autem, quae omnibus nota est,

2. eadem possibilitate *ego.* et hunc impossibilitate *Men.* ut hunc in possibilitate *Coteler. l. l. p.* 782. 3. eum rati creaturis *ego.* eum creaturarum creaturis *Men.*

Cap. XXX. — 1. Sic *ego.* Sed *Men.*

Cap. XXXI. — 1. Donatiam *Men.* 2. nostris a scripturis *Men.* 3. traditio *Men.* 4. libenter Arrio dogmate *Men.*

Cap. XXXII. — 1. Gotispitas *Men.* Scototopitas *Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. I, p.* 789. Campitas *Fabric. ad Philastr. Haer.* 85. *p.* 163. 2. habet doctrina *Men.*

Cap. XXXI. — a. Donatus] Hieronymus De Scriptt. Eccl. c. 93. „Donatus, a quo Donatiani per Africam sub Constantino Constantioque principibus pullulaverunt, asserens a nostris scripturas in persecutione ethnicis traditas, totam paene Africam, et maxime Numidiam, sua persuasione decepit. Extant eius multa ad suam haeresim pertinentia opuscula, et de Spiritu Sancto liber, Ariano dogmati congruens."

Cap. XXXII. — a. Gotispitas] Intactam reliqui hanc scripturam. V. de hoc sectae Donatianae nomine I. B. Coteler. ad Io. Damascen. Haer. 95. in Eccl. Gr. Monum. tom. I., p. 789., et quae adnotarunt Benedictini ad Augustini Epist. 165., ubi in plerisque libris mss. scriptum extat „Montensium vel *Cutzupitarum.*"

b. habent doctrinam] Isidor. Origg. VIII, 5, 53. „Circumcelliones dicti sunt

[3]in dementia assequuntur insaniam. [4]Nam amore nominis martyrii, et laudis humanae magis quam caritatis Christi cupidi, semetipsos interdum oratione facta aut praecipitio aut incendio aut, [5]alios *ad* sui necem invitantes, gladio perimunt, quo violenter ex hac vita [6]discedentes martyres [7]nominentur.

Cap. XXXIII. Novatianus[a] Romae urbis presbyter et adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere Novatianorum dogma instruit, nolens apostatas suscipere, et baptizans baptizatos. Huius auctor [1]Novatus *sub* Cypriano presbyter fuit.

Cap. XXXIV. Montenses haeretici maxime in Urbe sunt. Hi tempore persecutionis cum scripturis in montibus latuerunt[a]. Quando in Urbe erant, primum passionum suppliciis [1]restiterunt, dein constantes in proposito [2]*cum* contemnerent supplicia passionum, artificio astutiae per paganos iudices his securitas attributa est, ut in ecclesiis agerent, ac deo, sicut consueverunt, deservirent. Dehinc repente invasis ecclesiis scripturae ab ethnicis comprehensae sunt, [3]aestimantibus quod facilius ad fidem verterent Christianos, si ab iisdem sacrarum scripturarum praesidia sustulissent. Hanc quasi traditionem scripturarum [4]si qui habitabant in montibus [5]criminabantur, ac se a catholicae ecclesiae corpore diviserunt. Hi namque cum duabus suprapositis haeresibus faciunt. Nam in doctrina sua Donatianorum dogma suscipiunt. In respuendis vero paenitentibus, ultimo in rebaptizandis baptizatis, Novatianorum sequuntur errorem.

Cap. XXXV. [1]Arianorum haeresis [2]Arius auctor fuit. Hic profano eloquentiae suae spiritu doctus adseruit non coaeternalem esse patri filium. De hoc dicit: Erat quando non erat, ex nullis factus extantibus, id est ex nihilo.

3. in dementia assequuntur insaniam *ego*. indementia sequuntur insania *Men.* in dementia sequuntur insani *Coteler. l. l.* 4. Nam amore *Coteler. l. l.* Nam aut more, amore *Men.* 5. alios ad sui *Coteler. l. l.* alios sui *Men.* 6. descendentes *Men.* 7. nominantur *Men.*

Cap. XXXIII. — 1. Novatus sub Cypriano *ego*. Novatus Cypriano *Men.*

Cap. XXXIV. — 1. restituerunt *Men.* 2. cum contemnerent *Coteler. l. l. p.* 789. contemnerent *Men.* 3. aestimantibus quod *Coteler. l. l.* aestimantes quo *Men.* 4. hi qui *Coteler. l. l.* 5. criminantur *Men.*

Cap. XXXV. — 1. Arrianorum *Men.* 2. Arrius *Men.*

eo quod agrestes sunt, quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur."

Cap. XXXIII. — a. Novatianus] Isidor. Origg. VIII., 5, 34. „Novatiani a Novato urbis Romae presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere haeresim instituit, nolens apostatas recipere, et rebaptizans baptizatos."

Cap. XXXIV. — a. in montibus latuerunt] Isidor. Origg. VIII., 5, 35. „Montani haeretici dicti quod in tempore persecutionis in montibus latuere; qua occasione se a catholicae ecclesiae corpore diviserunt."

Photinus[a] ex Gallograecia. Marcelli discipulus, [1]Sirmii episcopus fuit. Hic Ebionis haeresim restaurare conatus est, quae dicit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. Huic [2]Beryllus, Arabiae episcopus, fuit quondan in perversitate consimilis, eo quod Christum ante incarnationem negabat, sed postea ab Origene correctus est. Nam extant eius epistolae ad Origenem factae, in quibus se congratulabatur ab eodem fuisse correptum. Cap. XXXVI.

Eunomius artificio diaboli subtilior [1]Ario non solum haeresim ipsius perfidiae, sed alterius professionis induxit, dicens non ex alio filii esse substantiam, neque creaturam dei esse perfectam, sed ex ipsa patris substantia filii esse substantiam, splendorem luminis, non ipsum lumen, et imaginem dei, non ipsum deum, non videntes per impietatem suam ipsi etiam negare quod credunt. Cum enim substantiam confiteantur in filio, ibi ex ipsa substantia minus aliquid quod est ipsa substantia confitentur. Damnant ipsam quam a sua [2]minorem volunt esse [3]substantiam. Cap. XXXVII.

---

Praedestinati[a] sunt qui dicunt quod deus non omnes homines ad hoc crearit, ut omnes salventur, sed ut multitudine hominum ornetur mundus: quod etsi generali praedicatione dicat, Venite ad me[b] omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, non Cap. XXXVIII.

Cap. XXXVI. — 1. Sirmii episcopus *Coteler. l. l. p.* 782. semiepiscopus *Men.* 2. Berillus *Men.*

Cap. XXXVII. — 1. Arrio *Men.* 2. minorem *Coteler. l. l. pag.* 783. minore *Men.* 3. *Post voc.* substantiam *in libro a Menardo edito uno tenore sequuntur haec verba:* Huc usque Hieronymus. Haec vero quae sequuntur, a sancto GENNADIO Massiliensi Presbytero sunt posita.

Cap. XXXVI. — a. Photinus] Prima huius capituli verba deprehendis apud Hieronymum De Eccl. Scriptt. c. 107. „Photinus de Gallograecia, Marcelli discipulus, Sirmii episcopus ordinatus Hebionis haeresim instaurare conatus est; postea a Valentiniano principe pulsus ecclesia plura scripsit volumina, in quibus vel praecipua sunt contra Gentes et ad Valentinianum libri."

Cap. XXXVIII. — a. Praedestinatiani] Eodem quo hic ordine hae tres haereses sequuntur in vet. cod. ms. St. Victoris apud Parisios, qui post finem libri S. Augustini de Haeresibus subiunctam habet Gennadii appendicem, teste I. Sirmondo Historia Praedestinatiana c. 5. (p. 408. tom. X. Bibl. Patr. Galland.) in hunc modum: „Finit relatio S. Augustini episcopi De Haeresibus. Haec vero quae sequuntur, a sancto Gennadio Massiliensi presbytero sunt posita:

XC. Praedestinatiani sunt qui dicunt quod deus cett.
XCI. Nestoriani dicunt sanctam Virginem cett.
XCII. Eutychiani dicunt dominum Iesum cett.
XCIII. Timotheani dicunt filium dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam cett.

Post quae verba deinde legitur: „Explicit liber de Haeresibus," ut dubium non sit, inquit Sirmondus, Gennadium ultra non processisse, et has tantum quatuor complexum esse.

b. Venite ad me] Matth. XI, 28.

tamen omnes ea voluntate vocet, ut omnes sequantur [1] vocantem. Sed nec omnes, qui ipso inspirante obediunt vocationi, [2] dicuntur accipere exequendi in bono opere perseverantiam, sed post multos labores et iustitiae fructus si non sunt de salvandorum numero, subtrahendas eis vires agendi, ne perdurent in bono, et e contrario illos qui praedestinati sunt ad vitam aeternam, etiam si in perfidia vel in omni genere peccati longo tempore volutentur, accepturos occasionem qua et credant in deum et secundum dei praeceptum vivant, et possideant societatem iustorum. Tali [3] definitione id docere student, quod deus personas hominum accipiat, quod alios etiam invitos post multa mala opera attrahat ad salutem, alios post bona reiiciat, et compellat in malum, quo pereant in aeternum.

Cap. XXXIX. Nestoriani a Nestorio[a] Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non dei, sed hominis tantummodo [1] asserunt genitricem, ut aliam personam carnis, aliam [2] facerent deitatis. Nec unum Christum in verbo dei et carne credidit, sed separatim atque seiunctim alterum [3] *filium dei, alterum* hominis praedicavit. Nestoriani dicunt sanctam virginem Mariam Christum genuisse non deum, aliud volentes esse Christum quam deum, id est templum dei, non ipsum deum, et speciali dei gratia ita ab omni peccato immunem servatum, ut dignus fuerit qui nunquam desereretur a deo, sed semper inhabitatorem et inoperatorem habuerit deum, qua fiducia sanctae conversationis deum appellans patrem ipse quoque rite appellatus sit filius. Adorandum etiam et colendum decernunt ut deum, vel cum deo, non tamen verum deum, sed sicut statuam regis et legatum imperatoris, utentes perverso suo sensu apostoli dictum, quod ait: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Hinc est quod non credunt deum in homine ad [4] redemptionem humani generis vel natum vel passum, nefas esse dicentes credi mulierem anteriorem se vel aliud quam se, hoc est aliud quam hominem, genuisse, aut ab hominibus deum occidi potuisse, sed hominem innocentem et fidelissimum dei testandi causa ad exemplum martyrii humano generi tribuendum, ipso domino tradente et permittente occisum. Unde et [5] merito bonae vitae et

Cap. XXXVIII. — 1. vocem eius. Sed *edidit Sirmondus (ex codice, ni fallor, veteri ms. Sti. Victoris Paris.) Hist. Praedestinat. cap.* 6. 2. dicunt *Sirmond.* 3. diffinitione *Men.*

Cap. XXXIX. — 1. asseruit *Isidor.* 2. faceret *Isidor.* 3. *Verba* filium dei, alterum *exciderant e Menardi libro. Suppleri ea ex Isidoro.* 4. redemptione *Men.* 5. merito *ego.* meritum *Men.* per meritum *Coteler. l. l. p.* 786.

Cap. XXXIX. — a. Nestoriani a Nestorio] Haec verba usque ad illa „Nestoriani dicunt sanctam" cett. non Gennadii sunt, sed Isidori, apud quem ipsa leguntur Origg. VIII., 5, 64.

bonae confessionis primus a mortuis [6]suscitatus, deo coniunctus, sed et [7]patrocinium pro his perpetuum daturus qui per eius doctrinam in deum fideliter credunt et pura deo conscientia famulantur.

Eutychiani dicti[a] ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed [1]solum in eo divinam asseruit esse naturam. [2]Eutychitae dicunt dominum Iesum verum quidem deum ex virgine et in vero corpore natum, non tamen in humani generis carne, id est non ex carne virginis carnem traxisse, sed quasi de caelo exhibuerit corpus, quod virginis interioribus reclusum in humanam speciem formaverit et in ipso natus sit deus in similitudinem hominis, apostoli ad hoc testimonium sensu impio proferentes, quod de Christi incarnatione loquens dixerit, In similitudinem[b] hominis factus, et habitu repertus ut homo; et alio loco, Primus homo [3]*de terra terrenus, secundus homo* de caelo caelestis[c]. Ecce, aiunt, caeleste corpus hominem appellavit apostolus, quem ideo peccato caruisse testatus est, quia carnem originalis peccati obnoxiam non assumpserit, sed corpus simile carnis peccati; et inde esse aiunt quod caro humana originali in baptismo absoluta peccato adhuc velut natura retinet incentivum peccati, quod eius minime in dispensatione incarnationis Christus carnem susceperit, cuius societate liberari penitus potuerit stimulis vitiorum Adae praevaricatione quaesitis. Huius [4]Eutyches haeresis auctor ambitione episcopatus nova praesumens, et sanctum Flavianum Constantinopolitanae urbis pontificem exulem mori fecit, et [5]Alexandrinis discessionis ab ecclesia [6]occasionem dedit. Cap. XL.

Timotheani[a] dicunt filium dei [1]verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam reddidisse personam, ut non in [2]unam redactus sit naturam; conflatorium quoddam volentes fuisse interiora virginis, per quod duae naturae, id est deus et homo, in unam resolutae et compactae massam unam dei et hominis exhibuerint formam, [3]immutata videlicet naturarum proprietate [4]effi- Cap. XLI.

6. suscitatus *Coteler. l. l.* suscitatum *Men.* 7. patrocinium *Coteler. l. l.* patrociniis *Men.*

Cap. XL. — 1. solam *Isidor.* 2. Eutychiani *codex ms. Sti. Victoris Paris.* 3. *Verba* de terra terrenus, secundus homo *desiderantur apud Menardum.* 4. Eutychis *Men.* 5. Alexandrinus *Men.* 6. occasioni *Men.*

Cap. XLI. — 1. verbum *Men.* 2. una redactus sit natura *Men.* 3. in mutatam *Men.* 4. efficentiarum *Men.*

Cap. XL. — a. Eutychiani dicti] Verba „Eutychiani dicti ab Eutyche — — — asseruit esse naturam" non sunt Gennadii, sed Isidori. Leguntur Origg. VIII, 5, 65.

b. In similitudinem] Philipp. II, 7.

c. de caelo caelestis] I. Cor. XV, 47.

Cap. XLI. — a. Timotheani] Hoc de Timotheanorum haeresi capitulum etiam reperitur vulgo annexum editionibus Augustiniani de Haeresibus libelli. Cf. adnotata Benedictinorum.

cientium coitionem. Et ad confirmandam [5]huiuscemodi impietatem, quae deum asserit a sua versum natura, cogunt evangelistae testimonium dicentis, Et verbum caro factum est: quod ita interpretantur: Divina natura in humanam versa est. [6]O abolitionem illi inviolabili [7]impingentem substantiae! Huius impietatis [8]initiator Timotheus, apud Bizam [9]Bithyniae modo exulans civitatem, continentis et religiosae vitae [10]imagine multis illudit.

Cap. XLII. Bonosiaci[a] a Bonoso quodam episcopo produntur, qui Christum filium dei adoptivum, non proprium, asserunt.

Cap. XLIII. Acephali[a] dicti, id est sine capite quem sequuntur haeretici. Nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sunt. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam praedicant.

Cap. XLIV. Theodosiani et Gaianitae[a] appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. Hi erroris [1]Eutychis et Dioscori sequentes Chalcedonense concilium respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt.

Cap. XLV. [1]Agnoitae et Tritheitae[a] a Theodosianis exorti sunt, ex quibus [2]Agnoitae ab ignorantia dicti, quia perversitati a qua exorti sunt id adiiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura quae sunt scripta de die et hora novissima, nec recordantes Christi personam in Esaia[b] loquentis, Dies iudicii in corde meo. [3]Tritheitae vero vocati quod sicut tres personas in trinitate, [4]ita quoque tres adstruunt deos esse, contra illud quod scriptum est, Audi Israël[c], dominus deus tuus deus unus est.

Sunt et aliae[d] haereses sine auctore et sine nominibus ex quibus aliae triformem putant esse [5]deum, aliae Christi divinitatem passibilem dicunt, aliae Christi de patre nativitati initium temporis dant.

5. huiusmodi *ed. Bened.* 6. ob abolitionem *Men.* 7. impingentes *Men.* 8. initiator *ego.* initiatur *Men.* initium *ed Bened.* 9. Bithiniae *Men.* 10. imaginem *Men.*
Cap. XLIV. — 1. Eutychetis *Men.*
Cap. XLV. — 1. Gnoitae et Tritoitae *Men.* 2. Gnoitae *Men.* 3. Tritoitae *Men.* 4. in quoque *Men.* 5. deum *edidi ex Isidoro.* Christum *Men.*

Cap. XLII. — a. Bonosiaci] Eadem leguntur apud Isidor. Origg. VIII, 5, 52.

Cap. XLIII. — a. Acephali] Isidor. Origg. VIII, 5, 66. eadem habet. Verba tamen „quem sequuntur haeretici" Arevalus aliique editores omiserunt, quamquam reperiuntur in scriptis libris.

Cap. XLIV. — a. Theodosiani et Gaianitae] Eadem iisdem verbis refert Isidor. Origg. VIII, 5, 67.

Cap. XLV. — a. Agnoitae et Tritheitae] Eadem leguntur apud Isid. Origg. VIII, 5, 68.

b. in Esaia] Es. LXIII., 4.

c. Audi Israël] Deuteron. VI., 4.

d. Sunt et aliae] Haec usque ad finem habet Isidor. Origg. VIII, 5, 69.

# ISIDORUS HISPALENSIS

DE

# HAERESIBUS.

# ISIDORI HISPALENSIS

## ORIGINUM LIBRI VIII. CAPITA V. ET VI.

---

### CAP. V. DE HAERESIBUS IUDAEORUM.

1. Iudaei confessores interpretantur. Multos enim ex iis sequitur confessio, quos antea perfidia possidebat.

2. Hebraei transitores dicuntur. Quo nomine admonentur, ut de peioribus ad meliora transeant et pristinos errores relinquant.

3. Pharisaei et Saducaei inter se contrarii sunt. Nam Pharisaei ex Hebraeo in Latinum interpretantur divisi, eo quod traditionum et observationum, quas illi δευτερώσεις vocant, iustitiam praeferunt. Unde et divisi vocantur a populo, quasi per iustitiam.

4. Saducaei interpretantur iusti. Vindicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, et animam interire praedicant cum corpore. Hi quinque tantum libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt.

5. Esseni dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam.

6. Masbothei dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare.

7. Genistae dicti eo quod de genere Abrahae esse se gloriantur. Nam cum in Babyloniam venisset populus dei, plerique relinquentes uxores suas Babylonicis mulieribus adhaeserunt, quidam autem Israëliticis tantum coniugiis contenti, vel ex eis geniti, dum reversi essent de Babylonia, diviserunt se ab omni populo et assumpserunt sibi hoc nomen iactantiae.

8. Meristae appellati eo quod separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse. Μέρος enim Graece portio dicitur.

9. Samaritae dicti quod legem solam custodiant. Nam prophetas respuunt.

10. Hemerobaptistae, eo quod quotidie vestimenta sua et corpora lavent.

### CAP. VI. DE HAERESIBUS CHRISTIANORUM.

1. Quidam etiam haeretici qui de ecclesia recesserunt ex nomine auctorum suorum nuncupantur, quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt.

2. Simoniani dicti a Simone magicae disciplinae perito, cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quod ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere [1]voluisset. Hi dicunt creaturam non a deo, sed a virtute quadam superna creatam.

3. Menandriani a Menandro mago, discipulo Simonis, nuncupati, qui mundum non a deo, [2]sed ab angelis factum asserit.

4. Basilidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum Iesum negant.

5. Nicolaitae dicti a Nicolao, diacono ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat ut qui vellet ea uteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, [3]Sed hoc habes, quod odisti facta Nicolaitarum.

6. Gnostici propter excellentiam scientiae ita se appellari voluerunt. Animam naturam dei esse dicunt, bonum et malum deum suis dogmatibus fingunt.

7. Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum.

8. Cerinthiani a Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cetera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros praedicant. Unde et Graece Chiliastae, Latine [4]Milliastae sunt appellati.

9. Nazarei dicti qui dum Christum, qui a vico Nazareus est appellatus, filium dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

10. Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem.

11. Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui Αἰῶνας, id est secula quaedam, in originem dei creatoris

1. *Cod. Lucan. addit* Hic in tempore Neronis fuit, et in XXIII anno post crucem Christi mortuus est. 2. *Cod. Pistor.* sed ab angelis factum asserunt. 3. Apoc. II, 6. 4. Millenarii *edidit Arevalus.*

induxit. Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asserunt.

12. Apellitae quorum Apelles princeps fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faciens deum Israëlis, illum igneum affirmans, dixit, Christum non deum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse.

13. Archontiaci a principibus appellantur, qui universitatem, quam deus condidit, opera esse archangelorum defendunt.

14. Adamiani vocati quod Adam imitentur nuditatem, unde et nudi orant et nudi inter se mares feminaeque conveniunt.

15. Cainiani proinde sic appellati quoniam Cain adorant.

16. Sethiani nomen acceperunt a filio Adam qui vocatus est Seth, dicentes eundem esse Christum.

17. Melchisedechiani vocati pro eo quod Melchisedech sacerdotem dei non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur.

18. Angelici vocati quia angelos colunt.

19. Apostolici ideo hoc sibi nomen praesumpserunt, quia nihil possidentes proprium nequaquam recipiunt eos qui aliquid in hoc mundo utuntur.

20. Cerdoniani a Cerdone quodam nominati, qui duo principia contraria asseruit.

21. Marcionistae a Marcione Stoico philosopho appellati, qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum deum asseruit, tanquam duo principia creatoris et bonitatis.

22. Artotyritae ab oblatione dicti. Panem enim et caseum offerunt dicentes primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam.

23. Aquarii appellati eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

24. Severiani, a Severo exorti, vinum non bibunt, vetus testamentum et resurrectionem non recipiunt.

25. Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitae dicti, quia carnes abominantur.

26. Alogi vocantur tanquam sine verbo. Λόγος enim Graece verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes Ioannis evangelium et Apocalypsim.

27. Cataphrygis nomen provincia Phrygia dedit, quia ibi exstiterunt auctores eorum Montanus, Prisca et Maximilla. Hi adventum spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

28. Cathari propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantes enim de suis meritis negant paenitentibus veniam peccatorum,

viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant, mundiores se ceteris praedicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, se potius mundanos quam [5]mundos vocarent.

29. Pauliani a Paulo Samosateno vocati sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

30. Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens deo non nato eam comparavit, matremque elementorum et deam asseruit. Quos apostolus improbat, elementis servientes.

31. Manichaei a quodam Persa extiterunt qui vocatus est Manes. Hic duas naturas et substantias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum vetus respuunt, novum ex parte recipiunt.

32. [6]Anomiani, qui Latine sine lege dicuntur.

33. Anthropomorphitae dicti pro eo quod simplicitate rustica deum habere humana membra, quae in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. Ἄνθρωπος enim Graece, Latine homo dicitur, ignorantes vocem domini, qui ait: [7]Spiritus sanctus deus est. Incorporeus deus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

34. [8]Eraclitae ab Eraclio auctore exorti. Monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, parvulos habere regna caelorum non credunt.

35. Novatiani a Novato urbis Romae presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere haeresim instituit, nolens apostotas suscipere et rebaptizans baptizatos.

36. Montani haeretici dicti quod in tempore persecutionis in montibus latuere, qua occasione se a catholicae ecclesiae corpore diviserunt.

37. Ebionitae ab Ebione dicti, sive a paupertate. Christum enim [9]per profectum solum verum iustum putant effectum. Unde competenter Ebionitae pro paupertate appellati sunt. Hi Semiiudaei sunt, et ita tenent evangelium, ut legem carnaliter servent. Adversus quos ad Galatas apostolus scribens invehitur.

38. Photiniani [10]a Photino *de* Gallograecia, Sirmii episcopo, nuncupati, qui Ebionitarum haeresim suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

5. *Similiter in nomine eorum ludit Hieronymus in Osee c. 14. tom. III, p. 1331. Opp. ed. Bened.* 6. *Om. Areval. In quibusdam libris collocantur post Anthropomorphitas.* 7. Iohann. IV, 24. 8. *Immo* Hieracitae ab Hieraca. 9. *In aliis legitur libris* per provectum, *vulgo* per prophetam. *Rescribendum puto* per defectum. 10. *Ita emendavi haec verba ex Hieron. de Scriptt. Eccl. c. 107. Vulgo extat* a Photino Gallograeciae Sirmiae episcopo *cett.*

39. [11]Aëriani ab Aërio quodam nuncupati sunt. Hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

40. Aëtiani ab Aëtio sunt vocati. Iidemque Eunomiani, ab Eunomio quodam dialectico, Aëtii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium et filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

41. Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes quod non possit filius videre patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum de caelis usque ad terras diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum fuisse mundum.

42. Noëtani a quodam Noëto vocati, qui dicebat Christum eundem et patrem et spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus, non in personis, accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

43. Sabelliani ab eodem Noëto pullullasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam patris et filii et spiritus sancti astruunt.

44. Ariani ab Alexandrino presbytero orti sunt, qui coaeternum patri filium non agnoscens diversas in trinitate substantias asseruit, contra illud quod ait: [12]Ego et pater unum sumus.

45. Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes deum esse spiritum sanctum.

46. Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

47. Antidicomaritae dicti sunt pro eo quod Mariae virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam.

48. Metangismonitae ideo tale nomen acceperunt, quia Graece ἄγγος vas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tanquam vas minus inter vas maius.

49. Patriciani a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt.

50. Coluthiani a quodam Colutho nominati, qui dicunt deum non facere mala, contra illud quod scriptum est: [13]Ego sum deus, creans mala.

51. Floriani a Florino, qui e contrario deum dicunt creasse mala, contra id quod scriptum est: [14]Fecit deus omnia bona.

11. *Vulgo* Aëtiani ab Aëtio. 12. Ioh. X, 30. 13. Esai. XLV, 7. 14. Gen. I, 31.

52. Donatistae a Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam paene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, et minorem filio spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos.

53. [15] Bonosiani a Bonoso quodam episcopo exorti produntur, qui Christum filium dei adoptivum, non proprium asserunt.

54. [16] Circumcelliones dicti sunt eo quod agrestes sunt, quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur.

55. Priscillianistae a Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichaeorum permixtum dogma composuit.

56. Luciferiani a Lucifero episcopo [17] Sardiniae orti, qui contra episcopos catholicos, qui Constantii persecutione perfidiae Arianorum consentientes erant, et postea correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes sive quod crediderunt, sive quod credidisse simulaverant: quos ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis. Hanc illi matris caritatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes ab ecclesiae communione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

57. Iovinianistae a Ioviniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen.

58. Elvidiani ab [18] Elvidio nominati, qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse.

59. Paterniani a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

60. Arabici nuncupati eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo die utrumque resurgere.

61. Tertullianistae dicti a Tertulliano presbytero Africanae provinciae, civitatis Carthaginensis, animam non immortalem esse, sed corpoream praedicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in daemones verti [19] putantes.

62. Tessaresdecaedecatitae dicti, quia XIV. luna pascha cum Iudaeis observandum contendunt. Nam τέσσαρες quatuor significat, et δέκα decem.

63. Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuunt,

15. Bonosiaci *ed. Areval.* 16. *Vulgo* Circelliones. 17. *Vulgo* Sirmiae.
18. *Unus e Guelpherbytanis addit* quodam monacho. 19. *Vulgo* putantur.

superstitionem esse dicentes iura temerari divina, [20] qui noctem ad requiem tribuit.

64. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinae gratiae anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa divina.

65. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non dei, sed hominis tantummodo asseruit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: nec unum Christum in verbo dei et carne credidit, sed separatim atque seiunctim alterum filium dei, alterum hominis praedicavit.

66. Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam.

67. Acephali dicti, id est sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sunt. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam praedicant.

68. Theodosiani et Gaianitae appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. Hi errores Eutychis et Dioscori sequentes Chalcedonense concilium respuunt, ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt.

69. Agnoitae et Tritheitae a Theodosianis exorti sunt, ex quibus Agnoitae ab ignorantia dicti sunt, quia perversitati, a qua exorti sunt, id adiiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura, quae sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi personam in [21] Esaia dicentem: Dies iudicii in corde meo. Tritheitae vero vocati quod sicut tres personas in trinitate, ita quoque tres astruunt deos esse, contra illud quod scriptum est: [22] Audi Israël, dominus deus tuus deus unus est.

70. Sunt et aliae haereses sine auctore et sine nominibus. Ex quibus aliae triformem putant esse deum, aliae Christi divinitatem passibilem dicunt, aliae nativitati Christi de patre initium temporis dant, aliae liberationem hominum apud inferos factam Christi descensionem non credunt, aliae animam imaginem dei negant, aliae animas converti in daemones et in quaecunque animalia existimant, aliae de mundi statu dissentiunt, aliae innumerabiles mundos opi-

20. *Cf. quae adnotavero infra ad Indiculum Pauli c. 42.* 21. Esai. LXIII, 4. 22. Deuteron. VI, 4.

nantur, aliae aquam deo coaeternam faciunt, aliae nudis pedibus ambulant, aliae cum hominibus non manducant.

71. Hae sunt haereses adversus catholicam fidem exortae, et ab apostolis et a sanctis patribus, vel conciliis praedamnatae. Quae dum in se multis erroribus divisae invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus dei ecclesiam conspirant. Sed et quicunque aliter scripturam sacram intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest.

# PAULI

DE

# HAERESIBUS LIBELLUS.

# PAULI

## DE HAERESIBUS LIBELLUS.

Simon Petrus, primus apostolorum aemulum habuit Simonem magum, primum haereticorum, cui et maledixisse legitur in Actibus Apostolorum, pro eo [1]quod spiritus sancti gratiam putasset pecunia emendam. Haec haeresis, quantum ad avaritiam spectat, usque hodie [2]perseverat, quamvis periculosa, et quatenus intelligenda sit, capitulum tertium quarti universalis concilii apud [3]Chalcedonam a sexcentis XXX habiti sic ostendit: Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, et sub pretio redegerit gratiam, quae non potest vendi, ordinaveritque per pecuniam episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem aut defensorem, vel quemque qui subiectus est regulae, pro sui turpissimi lucri commodo, is, cui hoc attemptanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione [4]aut promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sit alienus ea dignitate vel sollicitudine quam pecuniis quaesivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus [5]aut monachus, anathematizetur. Porro quanta veneratione suscipiendum sit hoc capitulum [6]beatissimus papa Gregorius huis nominis primus in sua synodica declarat, ubi quatuor universalia concilia, ex quibus istud quartum est, quatuor evangeliis comparat. Alia Simoniacorum, sive Simonianorum, haeresis iam antiqua est, qua dixerunt creaturam non a deo, sed a virtute quadam superna creatam. Cap. I.

Cap. I. — 1. qui *codex uterque.* 2. *In vett. libris distinctio est* perseverat. Quamvis *cett.* 3. Calcedonam *habent libri, quemadmodum etiam infra cap. 45.* 4. ut *cod. uterque.* 5. ut *cod. uterque.* 6. beatissimum *codd.*

Cap. II. Menandriani a Menandro mago, discipulo Simonis, nuncupati, qui mundum non a deo, sed ab angelis factum asserunt.

Cap. III. Nicolaitae dicti a Nicolao, diacono ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro. Is cum increparetur ab apostolis propter zelotypiam pulcherrimae uxoris, iratus communem fecit eam omnibus abuti volentibus, itaque factus est auctor turpissimae communionis, ut videlicet, quemadmodum apostolorum sequaces cetera bona communicarent, sic ipsius sectatores communes etiam haberent uxores. Quos Iohannes in Apocalypsi improbat, dicens, [1]Hoc quod odisti habes facta Nicolaitarum. Ex parte similitudinis usque hodie Romana ecclesia Nicolaitas appellat incontinentes ministros altaris, eo [2]quod sibi communia velint esse coniugia, quae solis concessa sunt laicis et illis [3]*qui* extra sacros ordines constituti sunt clericis.

Cap. IV. [1]Cerinthus, a quo Cerinthiani, et [2]Ebion, a quo Ebionitae, pariter asseruerunt Christum [3]hominem fuisse natum Maria. Contra hos scribit Iohannes apostolus evangelium. Praeterea Cerinthiani circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros praedicant, unde et Graece [4]Chiliasti, Latine Miliasti sunt appellati. Item Ebionitae Semiiudaei sunt, et ita tenent evangelium, ut legem carnaliter observent: adversus quos ad Galatas Paulus apostolus scribens invenitur.

Cap. V. Nazareni dicti qui dum Christum, qui a vico Nazarenus appellatur, filium dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

Cap. VI. Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens deo non nato eam comparavit, matremque elementorum et deum asseruit; quos apostolus improbat, elementis servientes.

Cap. VII. [1]Alogi vocantur tanquam sine verbo; [2]λόγος enim Graece verbum [3]dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes evangelium Iohannis et Apocalypsin.

Cap. VIII. Apostolici hoc sibi nomen ideo praesumpserunt, [1]*quod* quidem nihil possidentes propterea nequaquam recipiant eos qui aliquid in hoc mundo utuntur.

Cap. IX. [1]Angelici vocati quia angelos colunt.

Cap. III. — 1. Apocal. II. 6. 2. quo *codd.* 3. *In codd. desideratur voc.* qui.
Cap. IV. — 1. Cherinthus a quo Cherinthiani *codd.* 2. Ebibon *cod. 975.* 3. *Ita correxi. In vett. libris corruptela est* non fuisse añ mariam. Contra *cett.* 4. *Rescribe* Chiliastae, Latine Milliastae, *ex Augustino, Isidoro aliisque.*
Cap. VII. — 1. Alogyi *codd.* 2. logos *codd.* 3. datur *codd.*
Cap. VIII. — 1. quidem nihil *codd.*
Cap. IX. — 1. Anglici *codd.*

Archontiaci a principibus appellantur: qui universitatem, quam deus condidit, [1] operam esse archangelorum defendunt. Cap. X.

Adamiani vocati [1] quod Adae imitentur nuditatem: et nudi orant, et nudi inter se mares feminaeque conveniunt. Cap. XI.

[1] Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim Graec [2] ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradiso induxisse virtutis cognitionem. Cap. XII.

Cainani proinde sic appellati quum Cain adorant. Cap. XIII.

[1] Sethiani nomen acceperunt a filio Adam qui vocatus est [2] Seth, dicentes eundem esse Christum. Cap. XIV.

Melchisedechiani vocati pro eo quod Melchisedech, sacerdotem dei, non hominem fuisse, sed virtutem dei esse arbitrantur. Cap. XV.

[1] Artotyritae ab oblatione vocati: panem enim et caseum offerunt, dicentes primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam. Cap. XVI.

Aquarii appellati eo quod solam aquam offerunt in calice sacramenti. Cap. XVII.

Aëriani ab Aërio quodam nuncupati sunt, qui offere sacrificium pro defunctis spernunt. Cap. XVIII.

Basilidiani a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum Christum abnegant. Contra hos scripsit Agrippa, cognomento Castoris, vir valde doctus, quem ponit beatus Hieronymus in libro de [1] Illustribus Viris. Hic Basilides moratus est Alexandriae, temporibus Adriani imperatoris. Cap. XIX.

[1] Cathaphrygis nomen provincia [2] Phrygia dedit, quia ibi extiterunt auctores eorum Montanus et Prisca et Maximilla. Hi adventum spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt. Adversus hos scripsit [3] Apollinarius Hierapolitanus episcopus. Cap. XX.

Gnostici, secundum [1] Hieronymum a Basilide exorti, propter excellentiam scientiae ita se appellari voluerunt, animam naturam dei esse dicentes, bonum et malum deum dogmatibus suis fingentes. Cap. XXI.

Cerdoniani a Cerdone quodam cognominati, qui duo principia contraria asserunt. Cap. XXII.

Marcionistae a Marcione Stoico philosopho appellati, qui Cer- Cap. XXIII.

Cap. X. — 1. opera *codd.*
Cap. XI. — 1. quidem ade *cod. 1752.*
Cap. XII. — 1. Ofite *codd.* 2. ofi datur *codd.*
Cap. XIV. — 1. Serbiani *cod. 1752.* 2. sech *cod. 1752.*
Cap. XVI. — 1. Areotherite *codd.*
Cap XIX. — 1. *Hieron. De Scriptt. Eccles. cap. 21. cf.*
Cap. XX. — 1. Cathafrigis *codd.* 2. frigia *codd.* 3. *Cf. Hieronym. De Scriptt. Eccles. cap. 26.*
Cap. XXI. — 1. *V. Hieronym. De Scriptt. Eccl. cap. 21.*

donis dogma secutus alterum bonum et alterum iustum deum asseruit, tamquam duo principia creatoris et [1] bonitatis. Contra hunc scripserunt [2] Iustinus, philosophus et martyr, et [3] Theophylus sextus Antiochenae ecclesiae episcopus. [4] Polycarpus Smirnae episcopus, Iohannis apostoli discipulus, propter quasdam super dies paschae quaestiones sub imperatore [5] Antonino Pio, ecclesiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit, ubi multos credentium Marcionis et Valentini persuasione deceptos reduxit ad fidem. Cumque ei fortuito obviam fuisset Marcion et dixisset, Cognosce nos Polycarpe! respondit, Cognosco primogenitum diaboli.

Cap. XXIV. Valentiniani a praedicto Valentino, praedicti Marcionis discipulo, sunt vocati, qui [1] Aeonas, id est aecula quaedam, in originem dei creatoris induxit, [2] Christumque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit.

Cap. XXV. [1] Apellitae, quorum auctor Apelles: qui dixit Christum non deum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse.

Cap. XXVI. [1] Tatiani a quodam Tatiano vocati, qui et [2] Encratitae dicti, quia carnes [3] abominantur. Horum haeresin adaugentes Severiani, a Severo exorti, vinum non bibunt, vetus testamentum et resurrectionem non recipiunt.

Cap. XXVII. [1] Noëtani, a quodam Noëto vocati, qui [2] dicebant Christum eundem esse et patrem et spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et Patripassiani dicuntur, quia patrem passum dicunt.

Cap. XXVIII. Sabelliani ab eodem Noëto pullulasse dicuntur, cuius discipulum fuisse Sabellium; ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani dicti sunt. Hi unam personam patris et filii et spiritus sancti astruunt. Contra hanc haeresin, tempore Aurelii imperatoris exortam, scripsit [1] Dionysius Alexandrinae urbis episcopus, Origenis auditor insignissimus. Hanc etiam tempore Constantini imperatoris [2] Arius presbyter Alexandrinus perverse volens corrigere coaeternum patri filium non agnovit, in trinitate diversas substantias asseruit, contra illud [3] quod ait dominus, [4] Ego et pater

Cap. XXIII. — 1. *Ita cod. 975. At cod. 1752. habet* hominis. 2. *Cf. Hieronym. l. l. cap. 23.* 3. *Cf. Hieronym. l. l. cap. 25.* 4. *V. Hieronym. l. l. cap. 17., unde haec repetita sunt.* 5. antonio pio *cod. 975.* antonio pro *cod. 1752.*

Cap. XXIV. — 1. eonas *cod. 975.* conas *cod. 1752.* 2. *Ita correxi, cum in libris vetustis legatur* Christum quod. *Apud Isidorum extat* Christum quoque.

Cap. XXV. — 1. Appellite quorum autor appelles *codd.*

Cap. XXVI. — 1. Taciani a quodam Taciano *codd.* 2. ancrethite *codd.* 3. abhominantur *cod. 975.* abhominentur *cod. 1752.*

Cap. XXVII. — 1. Noethani *codd.* 2. dicebat *codd.*

Cap. XXVIII. — 1. *Cf. Hieronym. De Scriptt. Eccles. cap. 68.* 2. Arrius *codd.* 3. quidem *codd.* 4. Iohann. X. 30.

unum sumus, male intelligens illud, [5]Pater maior me est. Is cum suis [6]sequacibus in Nicaeno concilio damnatus plurimos scriptores habuit impugnatores. Inter quos praecipui fuerunt Athanasius, Hilarius, Ambrosius, Augustinus.

Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt. Qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium. Contra hunc scripsit supra dictus Dionysius Alexandriae episcopus. Cap. XXIX.

Novatiani a Novato, Romae urbis presbytero, exorti, [1]qui contra Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere haeresin instituit, nolens apostatas suscipere paenitentes et rebaptizans baptizatos. Et hos confutat Ambrosius in libro de Paenitentia, ostendens eos errores sumpsisse [2]ex epistola ad Hebraeos. Hos in rebaptizando imitati sunt Donatistae, sive, ut [3]Hieronymus ponit, Donatiani, a Donato quodam Afro nuncupati, contra quos plurima scripsit Augustinus. Cap. XXX.

Probo imperante Manichaeorum haeresis orta est a quodam Persa qui vocatus Manes. Hic duas naturas et substantias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum novum ex parte recipiunt, vetus respuunt. Contra hos item plurima scribit Augustinus. Cap. XXXI.

Anthropomorphitae dicti pro eo quod simplicitate rustica deum humana membra, quae in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. Contra hos scribit [1]Theophilus Alexandriae episcopus. Cap. XXXII.

[1]Eraclitae, ab Eraclio auctore exorti, monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna caelorum parvulos habere non credunt. Cap. XXXIII.

Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes deum esse spiritum sanctum. Contra hunc congregatum est Constantinopolitanum concilium primum, eoque deposito ordinatus est beatus Nectarius. Ipsam haeresim proscripsit Iohannes Chrysostomus. Cap. XXXIV.

[1]Photiniani a Photino Sirmiensi episcopo nuncupati, qui Ebionitarum haeresin suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph Cap. XXXV.

5. Iohann. XIV. 28. 6. sequatibus *codd.*

Cap. XXX. — 1. *Cf. Hieronym. De Scriptt. Eccl. cap. 70.* 2. *Ita correxi. In codd. extat* exempla ad hebreos. Cf. Ep. ad. Hebr. VI. 4—6. 3. *Hieronym. De Scriptt. Eccles. cap. 93.*

Cap. XXXII. — 1. *Cf. Gennad. de Viris Illustr. cap. 33.*

Cap. XXXIII. — 1. *Id est* Hieracitae ad Hieraca, *uti iam emendatum est in Isidoro, et alibi.*

Cap. XXXV. — 1. Fotiniani a Fotino *codd.*

nuptiali coitu fuisse conceptum. Contra hos scripsit [2]Audentius Hispanus episcopus.

Cap. XXXVI. Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico, [1]Aëtii discipulo, nominati dissimilem patri [2]asserentes filium et filio spiritum sanctum dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium. Responderunt eis [3]Apollinaris, Didymus, Basilius Caesariensis, Gregorius [4]Nazianzenus et Gregorius Nyssenus.

Cap. XXXVII. Apollinaristae ab Apollinari sunt vocati, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. His quoque restitit Augustinus.

Cap. XXXVIII. [1]Metangismonitae ideo tale nomen acceperunt, quia [2]ἄγγος Graece vas dicitur. Asserunt enim sic in patre esse filium, tanquam vas minus intrat maius.

Cap. XXXIX. Patriciani a quodam Patricio nominati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam esse dicunt.

Cap. XL. [1]Coluthiani a quodam Colutho dicti, qui dicunt deum non facere mala, contra illud quod scriptum est, Ego dominus creans mala.

Cap. XLI. Floriani a Florino, qui e contrario dicunt deum creasse mala, contra id quod scriptum est, Fecit dominus omnia bona.

Cap. XLII. Circumcelliones dicti quod agrestes sint, quos Cothopithas dicunt. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. Hos quoque saepe sugillat Augustinus.

Cap. XLIII. Bonosiani, a quodam Bonoso episcopo exorti, Christum filium dei adoptivum, non proprium, asserunt. Haec haeresis tempore Magni Karoli a quodam Felice Hispano episcopo resuscitata [1]Ratisbonae collecta synodo est damnata.

Cap. XLIV. Priscillianistae a quodam Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichaeorum permixtum dogma composuit. Contra quos loquitur beatus papa Gregorius in [1]homilia de Epiphania.

Cap. XLV. Luciferiani a quodam Lucifero episcopo dicti sunt. Hi episcopos catholicos, qui dolis [1]Arianorum circumventi Ariminensi concilio subscripserunt, et postea correcti redire in catholicam dele-

2. *Cf. Gennad. De Viris Illustr. cap. 14.*

Cap. XXXVI. — 1. etii *codd.* 2. asserens *codd.* 3. appollinaris. didimus *codd.* 4. nazanzenus et Gregorius nisenus *codd.*

Cap. XXXVIII. — 1. Metanges nominati. ideo *codd.* 2. angeos *codd.*

Cap. XL. — 1. Colithiani a quodam colitho *codd.*

Cap. XLIII. — 1. ratispone *codd.*

Cap. XLIV. — 1. omelia *codd.*

Cap. XLV. — 1. arrianorum *codd.*

gerunt, recipere nolentes ab ecclesiae communione recesserunt. Extat adversus eos dialogus beati Hieronymi, qui intitulatur Luciferiani et Orthodoxi.

[1]Eustathiani a quodam Eustathio nuncupati omnes nuptias dam- Cap. XLVI.
naverunt, unde et missas [2]presbyterorum ante sacros ordines coniugatorum spreverunt: contra quos celebratum est Gangrense concilium.

Horum et eorum quos supra diximus [1]Tatianos et Severianos Cap. XLVII.
immoderantiae medium volentes Iovinianistae, a quodam Ioviniano monacho dicti, contra quem fertur egregium opus Hieronymi, asserebant nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen.

Helvidiani ab Helvidio nominati, quem et ipsum confutatum Cap. XLVIII.
legimus fortissimo scripto beati Hieronymi, dicunt post natum Christum alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse.

Paterniani, a quodam Paterno exorti, inferiores corporis partes Cap. XLIX.
a diabolo factas opinantur.

Arabici, nuncupati ab eo quod in Arabia exorti sunt, dicebant Cap. L.
animam cum corpore mori atque in novissimo utrumque resurgere.

[1]Tessaresdecatitae dicti quod quarta decima luna pascha cum Cap. LI.
Iudaeis observandum contendunt.

[1]Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, Cap. LII.
superstitionem esse dicentes iura temerare divina, qui noctem ad requiem tribuit. Horum auctor Vigilantius fuit, contra quem sanctus Hieronymus scribens potius vocandum censet Dormitantium.

Pelagiani, a Pelagio monacho exorti, liberum arbitrium divinae Cap. LIII.
gratiae anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa divina. Hanc autem haeresin videntur assumpsisse ex lectione doctorum arbitrii libertatem contra mathematicos et Manichaeos defensantium. Postquam vero praedestinatio divinae gratiae per auctoritates Romanorum pontificum, videlicet Innocentii, [1]Zosimi, Bonifacii et Caelestini, item per decreta Africani concilii, nec [2]*non*

Cap. XLVI. — 1. Eustasiani a quodam Eustasio *codd.* 2. presbytrorum *codd.*
Cap. XLVII. — 1. tacianos *codd.*
Cap. LI. — 1. Thsesseresdecadite *codd.*
Cap. LII. — 1. Nictanges *codd. Reponendum puto* Nyctaces *vel* Nystaces, a νυστάζω *verbo. Alii voluerunt* Νυστάζοντες. *Cf. Isidor. De Eccles. Offic. II. 22.* „— qui superfluas existimabant sacras vigilias et spiritali operi infructuosas, dicentes iura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem: qui haeretici Graeco sermone Nyctages, hoc est somniculosi, vocantur." *Pro* qui noctem ad requiem tribuit, *facile est reponere* quae noctem ad requiem tribuunt, *sed, puto, genuina nobis et hic et in Isidori utroque loco servata scriptura est, quae videlicet postulat ut ex verbis* divina iura *repetatur vocabulum* deus.
Cap. LIII. — 1. Zozimi *codd.* 2. non *desideratur in codd.*

per scripta Hieronymi et Augustini satis abundeque confirmata est, quidam infelices ex his medicinis infirmari coeperunt et contra orationes et bona opera disputantes, dum nimis nudam praedestinationem irreverenter praedicant, Praedestinatiani sunt appellati.

Cap. LIV. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem non dei, sed hominis, asseruit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis. Nec unum Christum in verbo dei credidit, sed separatim atque seiunctim alterum filium dei, alterum hominis praedicavit. Contra hunc [1] scripserant et universale concilium Ephesinum collegerunt Caelestinus Romae et Cyrillus pontifex Alexandriae.

Cap. LV. [1] Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Nestorianos corrigere volens Christum post humanam assumptionem negavit existere duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam. Contra hunc papa Leo Magnus scripta promulgavit et synodum universalem apud Chalcedonam sexcentorum XXX patrum congregavit.

Cap. LVI. Acephali, trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam praedicant. Contra hos misit epistolam Pelagius papa, [1] quam dictavit beatus Gregorius, successor eius futurus.

Cap. LVII. Theodosiani et [1] Gaianitae appellati a Theodosio et [2] Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. Hi errores [3] Eutychis et Dioscori sequentes Chalcedonense concilium respuunt, ex duabus naturis unam in Christo asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt.

Cap. LVIII. [1] Agnoitae et Tritheitae a Theodosianis exorti sunt. Ex quibus Agnoitae ab ignorantia dicti, quia perversitati a qua exorti sunt id adiiciunt, quod divinitas Christi ignoret futura quae sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi personam in Esaia loquentis, Dies iudicii in corde meo. [2] Tritheitae vero vocati quod sicut tres personas in trinitate, ita quoque tres deos astruunt esse, contra illud quod scriptum est, Audi Israël, dominus deus unus est.

Cap. LIX. A Theodoro Mopsuesteno episcopo, qui dicebat beatam Mariam

Cap. LIV. — 1. scripserat *codd.*
Cap. LV. — 1. Euticiani dicti ab eutice *codd.*
Cap. LVI. — 1. qua *codd.*
Cap. LVII. — 1. gayonitae *codd.* 2. gayono *codd.* 3. eutycetis *codd.*
Cap. LVIII. — 1. Agnonyte et triothite *codd.* 2. Triotite *codd.*

non esse dei genitricem, quique damnatus est in quinta [1]universali synodo temporibus Vigilii papae et Iustiniani principis apud Constantinopolim collecta, ab hoc, inquam, Theodoro denominati haeretici non inveniuntur; sicut nec a [2]Macario patriarcha Antiocheno, qui unam voluntatem et unam operationem dogmatizans in Christo similiter damnatus est in sexto universali concilio, item Constantinopoli congregato temporibus papae Agathonis et Constantini imperatoris.

Septima synodus apud Nicaeam, ubi et prima, collecta est tem- Cap. XL.
poribus Adriani papae et Irenae imperatricis filiique eius Constantini, [1]quae damnavit haeresim sanctorum imagines velut idola detestantem et confringentem, nimis adtendentem quod in lege similitudines prohibitae sint, et e vestigio negligentem quod in templo domini [2]Cherubim cum bobus et leonibus divinae sapientiae magisterio figurati sunt.

Octava synodus universalis item Constantinopoli congregata Cap. XLI.
est, auctoritate Nicolai I. papae, principante Graecis Basilio imperatore, quae damnavit haeresim subito ex laicis et per laicos promoventes episcopos.

Temporibus noni Leonis papae et Constantini atque Heinrici Cap. XLII.
imperatorum duae haereses emerserunt de corpore domini, una in Graecia, quae sic fermentatum panem commendat, ut azymum cessare praesumat: altera in Gallia, quae figuram tantum praedicans veritatem corporis et sanguinis domini penitus abnegat. Graeca dicitur Fermentaceorum, Gallica Berengarianorum. Contra Fermentaceos scripserat Fridericus [1]apocrisiarius Leonis papae, postmodum et ipse papa mutato in Stephanum nomine, et [2]Humbertus episcopus sanctae Rufinae; contra Berengarium vero, a quo Berengariani, [3]Lanfrancus Anglorum, et Christianus pontifex Apulorum.

Ecce, praesul, habes catalogum haereticorum, quem tibi collegit Paulus minimus catholicorum.

Cap. LIX. — 1. universi *codd.* 2. machario patriarcha antioceno *codd.*
Cap. LX. — 1. qui *codd.* 2. cherubin *codd.*
Cap. LXII. — 1. apochrisiaris *cod. 1752. Haec eadem fere verba leguntur in Anonymo Mellicensi De Scriptt. Eccl. cap. 86.* „Fridericus apocrisiarius Leonis IX. papae, postmodum et ipse propter (proprio *emendavit Pezius; sed secundum Pauli verba rescribendum erit potius* papa) mutato in Stephanum nomine, scribit insignem tractatum contra haeresim Fermentaceorum.“ 2. *Anonym. Mellic. cap. 87.* „Humbertus sanctae Rufinae episcopus fuit, qui contra haeresim praenotatam scriptis copiose disseruit.“ 3. *Cf. Anonym. Mellic. cap. 89.* 4. *Cf. Anonym. Mellic. cap. 90.*

# HONORII AUGUSTODUNENSIS

# DE HAERESIBUS

LIBELLUS.

---

# HONORII AUGUSTODUNENSIS

## DE HAERESIBUS LIBELLUS.

---

Apud Iudaeos fuerunt hae octo haereses:

Pharisaei erant clerici Iudaeorum, et dicuntur Divisi. Horum haeresis erat quod traditiones suas praeferebant mandatis dei. Cap. I.

Sadducaei erant monachi Iudaeorum et dicuntur Iusti. Horum haeresis erat quod resurrectionem corporum negabant, animam cum corpore interire praedicabant. Legem Moysi receperunt, scripta prophetarum respuerunt. Cap. II.

Esseni quidam Iudaeorum haeretici qui dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam. Cap. III.

[1]Masbothei alii haeretici qui dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare. Cap. IV.

Genistae haeretici de semine Abrahae se gloriantes. In Babylone quippe alii Iudaei paganis mulieribus, alii Israëlitis mixti, reversi in Hierusalem ab omni populo se diviserunt, et hoc nomen iactantiae sibi sumpserunt. Cap. V.

Meristae haeretici quosdam prophetas recipiunt, quosdam non recipiunt. Cap. VI.

Samaritae haeretici solam legem custodiunt, prophetas respuunt. Cap. VII.

Hemerobaptistae haeretici cotidie vestimenta et corpora sua lavant. Cap. VIII.

### DE HAERETICIS PAGANORUM.

Philosophi erant patriarchae haereticorum, inter quos plures fuerunt haereses.

[1]Platonici a Platone dicti, qui deum animas, angelos vero cor- Cap. IX.

Cap. IV. — 1. *Vulg.* Marbonaei.

Cap. IX. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 7. „Platonici a Platone philosopho dicti. Hi animarum creatorem esse deum, corporum angelos asserunt, et post multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt."

pora creasse, et post multa secula animas in diversa corpora redire et omnia in pristinum statum reverti dixerunt.

Cap. X. [1]Stoici a loco dicti. Stoa quippe porticus erat Athenis, in qua sapientum et fortium facta erant. In hac Zeno philosophus discipulos suos instituit. Hi omne peccatum uniforme dicunt, tam grave esse triticum quam aurum furari. Beatitudinem in sola anima constare, animam cum corpore interire affirmabant.

Cap. XI. [1]Academici a villa Platonis Academia dicti. Hi omnia incerta opinantur. Huius sectae repertor fuit Arcesilaus et sectator eius Democritus, qui dixit ita veritatem in occulto latere, ut aquam in alto puteo sine fundo.

Cap. XII. [1]Peripatetici a deambulatione dicti, quia auctor eorum Aristoteles deambulando disputabat. Hi dicunt animam ex parte aeternam, ex parte mortalem, et omnia fortuito casu agi ferunt.

Cap. XIII. [1]Cynici ab immunditia dicti. Hi ut canes in vicis et plateis cum uxoribus coibant, dicentes coniugium esse iustum, et ideo honestum, iure in publico agendum.

Cap. XIV. [1]Epicurei ab Epicuro philosopho dicti. Hi summum bonum in

Cap. X. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 8. „Stoici a loco dicti. Porticus fuit enim Athenis quam ποικίλην στοὰν appellabant, in qua picta gesta erant sapientum atque virorum fortium historiae. In hac porticu sapientes philosophabantur, ex quo et Stoici dicti sunt. Graece enim porticus στοὰ dicitur. Hanc sectam primus Zenon instituit. 9. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes, Sic ille nocens erit qui paleas furatus fuerit quam qui aurum, qui mergum occiderit quam qui equum. Non enim animal crimen, sed animus facit. 10. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoque virtutem continentiae, affectant gloriam aeternam, cum se fateantur non esse aeternos."

Cap. XI. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 11. Academici appellati a villa Platonis Academia Athenarum, ubi idem Plato docebat. Hi omnia incerta opinantur, sed, sicut fatendum est multa incerta et occulta esse, quae voluit deus intelligentiam hominis excedere, tamen sic plurima esse quae possunt et sensibus capi et ratione comprehendi. 12. Hanc sectam Arcesilaus Cyrenaicus philosophus reperit, cuius sectator fuit Democritus, qui dixit tanquam in puteo alto, ita ut fundus nullus sit, ita in occulto iacere veritatem."

Cap. XII. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 13. „Peripatetici a deambulatione eo quod Aristoteteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandam particulam animae esse aeternam, de reliquo magna ex parte mortalem."

Cap. XIII. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 14. „Cynici ab immunditia impudentiae nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat, censentes licitum honestumque esse palam cum uxoribus concumbere, quia coniugium iustum est, publice id praedicantes agendum, ut canes in vicis vel plateis. Unde et a canibus, quorum vitam imitabantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt."

Cap. XIV. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 15. „Epicurei dicti ab Epicuro quodam philosopho, amatore vanitatis, non sapientiae, quem etiam ipsi philosophi porcum nominaverunt, quasi volutans in coeno carnali, voluptatem corporis summum bonum esse asserens, qui etiam dixit nulla divina providentia instructum esse aut regi mundum. 16. Sed originem rerum atomis, id est insecabilibus ac solidis corporibus assignavit, quorum fortuitis concursionibus omnia nascantur et nata

voluptate corporis constituunt, animam nihil aliud quam corpus esse dicunt, mundum non a deo regi, sed ex atomis, unde productum dicunt.

Gymnosophistae nudi in desertis [1]Indiae philosophantur, pudenda tantum contegunt. Hi se in ignem proiiciunt amore alterius vitae. Cap. XV.

[1]Quidam philosophi dixerunt hunc mundum esse deum, ut Dionysius: quidam mentem dixerunt deum, ut Thales Milesius: quidam animum [2]in omnibus manantem et lucidum, ut Pythagoras: quidam sine tempore incommutabilem, ut Plato: quidam solutam mentem ut Cicero: quidam spiritum et mentem, ut Maro. Cap. XVI.

[1]Item alii philosophi, ut Platonici, mundum affirmant incorporalem, Stoici corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Heraclitus ex igne. Cap. XVII.

In ecclesia fuerunt hi haeretici:

Simoniaci a Simone mago dicti, qui pecunia tentavit donum spiritus sancti ab apostolis comparare. Hi dicunt creaturam non a deo, sed a quadam superna virtute creatam. Omnes qui emunt spiritualia, sunt Simoniaci, cum Simone damnandi: qui autem vendunt sunt Giezitae, cum [1]Giezi servo Helisaei reprobandi, qui salutem vendidit, quam Helisaeus gratis dedit, et ideo lepra Naaman ei adhaesit. Cap. XVIII.

Menandriani a Menandro discipulo Simonis dicti. Hi mundum Cap. XIX.

sint. Asserunt autem deum nihil agere, omnia constare corporibus, animam nihil aliud esse quam corpus. Unde et dixit, Non ero postquam mortuus fuero."

Cap. XV. — 1. *Ita rescripsi pro eo quod vulgo extat* in die philosophantur *cett.* Isidor. Origg. VIII, 6, 17. „Gymnosophistae nudi per opacas Indiae solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gymnasium enim ex eo dictum est, quod iuvenes nudi exercerentur in campo, ubi pudenda sola tantum se operiunt. Hi et a generando se cohibent."

Cap. XVI. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 18. „Theologi autem iidem sunt qui et physici. Dicti autem theologi quoniam in scripturis suis de deo dixerunt. Quorum varia constat opinio, quid deus esset dum quaererent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quatuor elementis deum esse dixerunt, ut Dionysius Stoicus. Alii vero spiritualiter intellexerunt mentem esse deum, ut Thales Milesius. Quidam et spiritum et mentem, ut Maro. 19. Quidam animum in omnibus manantem et lucidum, ut Pythagoras: quidam deum sine tempore incommutabilem, ut Plato: quidam deum mentem solutam, ut Cicero. Inventum enim solummodo deum, non ut invenerunt exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim esse sapientes stulti facti sunt." 2. *Vulgo* in hominibus manentem.

Cap. XVII. — 1. Isidor. Origg. VIII, 6, 20. „Item Platonici quidem deum curatorem et arbitrum et iudicem asserunt, Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem, Platonici affirmant incorporalem, sed Stoici corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Eraclitus ex igne."

Cap. XVIII. — 1. II. Reg. II, 5.

non a deo, sed ab angelis factum asserunt. Hi Christum passum negant, hi coniugia communia habent.

Cap. XX. Nicolaitae a Nicolao diacono Stephani socio dicti, qui uxores suas communes fecerunt.

Cap. XXI. Gnostici ab excellentia scientiae dicti. Hi animam naturam dei esse dicunt, bonum deum et malum fingunt.

Cap. XXII. Carpocratiani a Carpocrate quodam dicti. Hi Christum hominem tantum de utroque sexu natum dicunt.

Cap. XXIII. Cerinthiani a Cerintho quodam dicti. Hi circumcisionem observabant, mille annos in voluptate carnis post resurrectionem futuros praedicabant.

Cap. XXIV. Nazarei a Nazareth vico dicti. Hi Christum filium dei confitentur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

Cap. XXV. Ophis dicitur coluber. Inde Ophitae haeretici, quia colunt serpentem, eo quod in paradiso induxerit virtutis cognitionem.

Cap. XXVI. Valentiniani a quodam Valentino dicti. Hi secula quaedam in originem dei creatoris inducunt, Christum nil corporis de virgine assumpsisse, sed per eam quasi aquam per fistulam transiisse.

Cap. XXVII. Apellitae ab Apelle quodam dicti. Hi Christum non deum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse dicunt.

Cap. XXVIII. [1]Archontiaci a principibus dicti. Hi omnia opera dei opera angelorum dicunt.

Cap. XXIX. Adamiani dicti quia Adae imitantur nuditatem. Nudi enim orant, et nudi coëunt.

Cap. XXX. Caiani dicti quia Cain [1]honorant.

Cap. XXXI. Sethiani a Seth filio Adam dicti, qui dicunt eundem esse Christum.

Cap. XXXII. Melchisedechiani dicti quia Melchisedech non dei sacerdotem, sed dei virtutem praedicant.

Cap. XXXIII. Angelici dicti quia angelos colunt.

Cap. XXXIV. Apostolici dicti qui nihil proprium possidentes non recipiunt eos qui aliquid in hoc mundo utuntur.

Cap. XXXV. Cerdoniani a Cerdone quodam dicti. Hi duo principia contraria asserunt.

Cap. XXXVI. Marcionitae a Marcione quodam dicti. Hi alterum bonum, alterum iustum deum asserunt, tanquam duo principia [1]creatoris dicunt.

Cap. XXXVII. Artotyritae ab oblatione dicti. Hi panem et caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terrae et ovium celebratam.

Cap. XXVIII. — 1. *Vulgo* Aconthiani.
Cap. XXX. — 1. *Vulgo* oderant.
Cap. XXXVI. — 1. Isidor. Origg. VIII, 5, 21. *habet* „creatoris et bonitatis."

Aquarii dicti quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. Cap. XXXVIII.

Severiani a Severo exorti. Hi vinum non bibunt, vetus testamentum et resurrectionem non recipiunt. Cap. XXXIX.

[1]Tatiani a quodam Tatiano dicti, qui et [2]Encratitae. Hi carnes abominantur. Cap. XL.

Alogi tanquam sine verbo dicti. Hi deum verbum non credunt, Iohannis evangelium et Apocalypsin non recipiunt. Cap. XLI.

Cataphrygae a Phrygia provincia dicti, unde Montanus. Hi spiritum sanctum non in apostolos, sed in se traditum asserunt. Cap. XLII.

Cathari a munditia dicti. Hi paenitentibus veniam peccatorum negant, viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant, mundiores se ceteris praedicant. Cap. XLIII.

Pauliani a Paulo Samosateno episcopo exorti. Hi dicunt non semper Christum fuisse, sed a Maria initium sumpsisse. Cap. XLIV.

Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati. Hi materiam mundi deo aequalem faciunt. Cap. XLV.

Manichaei a Manete quodam Persa dicti. Hi duas naturas et substantias, id est bonam et malam, introducunt, animas ex deo, quasi ex aliquo fonte, manare asserunt. Vetus testamentum respuunt, novum ex parte recipiunt. Cap. XLVI.

Anomiani sine lege viventes. Cap. XLVII.

Anthropomorphitae ab homine dicti: ἄνθρωπος enim homo dicitur. Hi deum humana membra et humanam formam habere autumant, cum deus sit spiritus et corporeus. Cap. XLVIII.

[1]Heraclitae ab Heraclio quodam exorti. Hi monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, parvulos regnum caelorum habere non credunt. Cap. XLIX.

Novatiano a Novato urbis Romae presbytero dicti. Hi lapsos ad paenitentiam non recipiebant, et baptizatos rebaptizabant. Cap. L.

Montani a montibus dicti. Hi tempore persecutionis in montibus latuerunt, et se a corpore ecclesiae diviserunt. Cap. LI.

Ebionitae ab Ebione vocati. Hi Christum perfectum tantum et iustum virum putant. Hi Semiiudaei sunt, Evangelium tenent, et legem carnaliter servant. Cap. LII.

Photiniani a Photino [1]Sirmii episcopo dicti. Hi Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu conceptum praedicant. Cap. LIII.

Aëriani ab Aërio quodam dicti. Hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt. Cap. LIV.

Cap. XL. — 1. *Vulgo* Taciani a quodam Taciano. 2. *Vulgo* Creatitae.
Cap. XLIX. — 1. *Id est* Hieracitae ab Hieraca quodam, *uti monui iam ad Isidorum.*
Cap. LIII. — 1. *Vulgo* Smirnae.

Cap. LV. Aëtiani ab Aëtio nominati, [1]iidemque

Cap. LVI. Eunomiani, ab Eunomio quodam dialectico, Aëtii discipulo, dicti. Hi asserunt patri filium similem, et filio spiritum sanctum dissimilem. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

Cap. LVII. Origenistae ab Origene dicti. Hi dicunt quod non possit filius videre patrem, [1]neque spiritus sanctus. Dicunt etiam animas in mundi principio peccasse, et pro diversitate peccatorum e caelis lapsas corpora diversa in terris intrasse quasi vincula, et hac causa mundum factum fuisse.

Cap. LVIII. [1]Noëtiani a Noëto quodam dicti. Hi dicunt Christi eundem esse et patrem et spiritum sanctum. Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

Cap. LIX. Sabelliani a Sabellio discipulo Noëti dicti. Hi unam personam patris et filii et spiritus sancti astruunt.

Cap. LX. Ariani ab Ario Alexandrino presbytero exorti. Hi diversas substantias in trinitate faciunt.

Cap. LXI. Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti. Hi negant spiritum sanctum deum esse.

Cap. LXII. Apollinaristae ab Apollinare vocati. Hi dicunt Christum corpus tantum sine anima suscepisse et deitatem pro anima habuisse.

Cap. LXIII. Antidicomaritae contradicunt virginitati Mariae, dicentes eam post natum Christum viro commixtam.

Cap. LXIV. [1]Metangismonitae a vase dicti; ἄγγος enim vas dicitur. Hi substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt.

Cap. LXV. Coluthiani a Colutho quodam nuncupati. Hi dicunt deum non facere mala, contra illud, [1]Ego dominus creans mala.

Cap. LXVI. Floriani a Florino quodam dicti. Hi dicunt deum creasse mala, contra illud, [1]Fecit dominus omnia bona.

Cap. LXVII. Donatistae a Donato quodam Afro vocati. Hi asserebant filium patre minorem, et spiritum sanctum filio [1]minorem, et rebaptizabant catholicos.

Cap. LXVIII. Bonosiaci a Bonoso quodam episcopo exorti. Hi Christum filium dei adoptivum, non poprium asserunt.

Cap. LXIX. Circumcelliones, id est agrestes, item Cotopitae, superiorum

Cap. LV. — 1. *Ita scripsi pro vulgata* iidem. Eunomiani *cett.*
Cap. LVII. — 1. Isidor. Origg. VIII, 5, 40. *habet* neque spiritus sanctus filium.
Cap. LVIII. — 1. Isidor. Origg. VIII, 5, 41. *habet* Noëtani.
Cap. LXIV. — 1. *Vulgo* Metangositae a vase dicti, ἄγγιος enim vas *cett.*
Cap. LXV. — 1. Esai. XLV, 7.
Cap. LXVI. — 1. Genes. I, 31.
Cap. LXVII. — 1. *Vulgo* maiorem.

haeresin sectantes. Hi amore martyrii semetipsos interimunt, ut martyres nominentur.

Priscillianistae a Prisciliano episcopo vocati. Hic in Hispania Cap. LXX.
ex haeresi Gnosticorum et Manichaeorum permixtum dogma composuit.

Luciferiani a Lucifero [1] Sardiniae episcopo exorti. Hi in hae- Cap. LXXI.
resim lapsos et postea ad catholicam ecclesiam reversos recipere noluint.

Iovinianistae a Ioviniano quodam monacho dicti. Hi asserunt Cap. LXXII.
nullam distantiam esse inter [1] nuptas et virgines, inter abstinentes et epulantes.

Helvidiani ab Helvidio quodam presbytero nominati. Hi dicunt Cap. LXXIII.
Mariam alios filios post natum Christum de Ioseph peperisse.

Paterniani a Paterno quodam exorti. Hi inferiores corporis Cap. LXXIV.
partes a diabolo dicunt factas.

Arabici ab Arabia provincia dicti. Hi animam cum corpore Cap. LXXV.
mori et utrumque in novissimo die resurgere asserunt.

Tertullianistae a Tertulliano Africae provinciae, Carthaginensis Cap. LXXVI.
civitatis presbytero dicti. Hi animam non immortalem, sed corpoream praedicant, animas peccatorum post mortem in daemones converti affirmant.

Tessaradecaditae a quatuordecim dicti: τέσσαρα enim quatuor, Cap. LXXVII.
δέκα dicitur decem. Hi pascha quartadecima luna cum Iudaeis celebrabant.

Nyctages a somno vel a nocte vocati. Hi vigilias noctis re- Cap. LXXVIII.
spuunt, dicentes noctem ad requiem datam.

Pelagiani a Pelagio quodam monacho exorti. Hi liberum arbi- Cap. LXXIX.
trium gratiae dei anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda divina iussa.

Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati. Cap. LXXX.
Hi sanctam Mariam non dei, sed hominis tantum genitricem praedicant, aliam personam carnis, aliam deitatis facientes, nec unum Christum in verbo et carne, sed alium filium dei, alium filium hominis affirmant.

Eutychiani ab [1] Eutyche Constantinopolitano abbate ita nomi- Cap. LXXXI.
nati. Hi negant in Christo duas naturas esse, sed solam divinam in eo post assumptam carnem, scilicet carnem in deitatem versam praedicant.

Cap. LXXI. — 1. *Vulgo* Smirnae.
Cap. LXXII. — 1. *Vulgo* nuptias.
Cap. LXXXI. — 1. *Vulgo* Eutychete.

Cap. LXXXII. Acephali sine capite dicti; A quippe SINE, κεφαλὴ dicitur CAPVT. Hi sine auctore sunt, et duas substantias in Christo negant, unam naturam in eius persona praedicant.

Cap. LXXXIII. Theodosiani et Gaianitae a [1]Theodosio et Gaiano episcopis Alexandriae exorti. Hi ex duabus unam in Christo naturam asserunt.

Cap. LXXXIV. Agnoitae ab ignorantia dicti. Hi dicunt quod Christi divinitas ignoret futura de die novissimo.

Cap. LXXXV. Tritheitae a tribus dicti. Hi sicut tres personas in trinitate, ita asserunt tres esse deos.

Sunt et aliae haereses et sine nominibus, ex quibus aliae triformem putant esse deum, aliae Christi divinitatem passibilem dicunt, aliae Christi nativitati de patre initium dant, aliae unam operationem et unam voluntatem in Christo deitatis et humanitatis praedicant, aliae liberationem hominum apud inferos Christi descensione negant, aliae hominem dei imaginem habere non aestimant, item aliae de mundi statu dissentiunt, aliae inumerabiles mundos opinantur, aliae aquam deo coaeternam faciunt, aliae nudis pedibus ambulant, aliae cum hominibus non manducant, aliae de corpore Christi dubitant: quas omnes catholica ecclesia damnat.

Cap. LXXXIII. — 1. *Vulgo* Theodosiano.

# GENNADII MASSILIENSIS

LIBER

# DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS.

# GENNADII MASSILIENSIS

LIBER

# DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS.

---

Credimus unum esse deum patrem et filium et spiritum sanctum: patrem eo quod filium habeat, filium eo quod patrem habeat, spiritum sanctum eo quod sit ex patre [1] et filio. Pater ergo principium deitatis: qui sicut nunquam fuit non deus, ita nunquam fuit non pater, a quo filius natus, a quo spiritus sanctus non natus, quia non est filius neque ingenitus, quia non est pater neque factus, quia non est ex nihilo, sed ex deo patre et deo filio deus procedens. Pater aeternus, eo quod aeternum habeat filium, cuius aeternus sit pater: filius aeternus, eo quod sit patri coaeternus: spiritus sanctus aeternus, eo quod sit patri et filio coaeternus. Non confusa in una persona trinitas, ut Sabellius dicit, neque separata aut [2] divisa in natura divinitas, ut Arius blasphemat, sed alter in persona pater, alter in persona filius, alter in persona spiritus sanctus, unus [3] natura in sancta trinitate deus pater et filius et spiritus sanctus. Cap. I.

Non pater carnem assumpsit, neque spiritus sanctus, sed filius tantum, ut qui erat in divinitate [1] dei filius ipse fieret in homine [2] hominis filius; ne filii nomen ad alterum transiret, qui non esset [3] nativitate filius dei. Ergo dei filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex deo dei filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen na- Cap. II.

Cap. I. — 1. *Editi addunt* et filio procedens, patri et filio coaeternus, *quod abest a MSS.* (Benedict.) 2. *MSS.* diversa. (Bened.) 3. *MSS.* in natura. (Bened.)

Cap. II. — 1. *Editi addunt* matris *ante* filius. (Bened.) *In edit. Elmenhorstii extat* dei patris filius. 2. hominis matris filius *ed. Elmenh.* 3. *Editi* aeterna nativitate filius, *omisso* dei. (Bened.) *In edit. Elmenh. extat* aeterna nativitate filius. Dei ergo filius factus est hominis filius *cett.*

scendo haberet, et esset verus deus et verus homo unus filius. Non ergo duos Christos neque duos [4]filios, sed deum et hominem unum filium. Quem propterea et unigenitum dicimus, manentem in duabus substantiis, sicut ei naturae veritas contulit, non confusis naturis, neque immixtis, sicut Timotheani volunt, sed societate unitis. Deus ergo hominem assumpsit, homo in deum transivit, non naturae versibilitate, [5]sicut Apollinaristae dicunt, sed dei dignatione: ut nec deus mutaretur in humanam [6]substantiam, assumendo hominem, nec homo in divinam, glorificatus in deum: quia mutatio vel versibilitas naturae et diminutionem et abolitionem substantiae [7]facit. Natus est ergo dei filius ex homine, et non per hominem, id est non ex viri coitu, sicut Hebion dicit, sed carnem ex virginis corpore trahens, et non de caelo secum afferens, sicut Marcion, Origenes [8]et Eutyches affirmant: neque in phantasia, id est absque carne, sicut [9]Valentinus: [10]neque δοκήσει, id est neque putative imaginatum, sed corpus verum: [11]non tantum carnem ex carne, sicut Marcianus, sed verus deus ex divinitate, et verus homo ex carne, [12]unius filius, in divinitate verbum patris et deus, in homine anima et caro. Anima non absque sensu et ratione, ut Apollinaris, neque caro absque anima, ut Eunomius, sed anima cum ratione sua, et caro cum sensibus suis, per quos sensus veros in passione et ante passionem suae carnis dolores sustinuit.

Cap. III. Neque sic est natus [1]ex virgine, ut et [2]deitatis initium homo nascendo acceperit, quasi ante quam nasceretur ex virgine deus non fuerit, sicut Artemon et Berillus et [3]Marcellus docuerunt, sed aeternus deus et homo ex virgine [4]natus est.

Cap. IV. Nihil creatum aut serviens in trinitate [1]credamus, ut vult Dionysius, fons Arii, nihil inaequale, [2]ut Eunomius, nihil [3]aequale

4. *Edit. (et ed. Elmenh.)* filios fatemur, sed *cett.* 5. sicut Tertullianus et Apollinaristae dicunt *cod. MSS. Florent. bibliothecae D. Marci, teste Elmenh.* 6. sufficientiam *cod. Florent.* 7. *Post* facit *editi (et Elmenh.) inserunt* Creditur a nobis sine confusione coniuncta sancta trinitas, sine separatione distincta. *Abest a MSS.* (Bened.) 8. *Plures MSS. omittunt* et Eutyches, *ac eius loco habent* eorumque sectatores. (Bened.) 9. Valentinus asserit, neque *ed. Elmenh.* 10. *Ita edid. Benedictini, qui citant Cyrill. Catech. 4. In edit. Elmenh. extat* neque de thesi, id est putative imaginatum, *ex auctorit. edd. D. Marci, ut in adnott. ipse testatur.* 11. *Cod. D. Marci* non inaequale, ut Eunomius, nihil per gratiam cor tamen carnem, *sensu nullo.* (Elmenh.) 12. unus dei filius *edit. Elmenh. Ad quae adnotavit* „τὸ dei *ex MS. est.*"

Cap. III. — 1. *Verba* ex virgine *non habet cod. D. Marci.* 2. divinitatis *ed. Elmenh.* 3. Marcellus *non est in MS. D. Marci.* (Elmenh.) 4. *Post verba* natus est *in ed. Elmenh. addita reperiuntur* non amittens quod erat, dignatus esse quod non erat. *Ad quae Elmenh. adnotavit „Haec suo loco mota ex MS. reposui."*

Cap. IV. — 1. credendum *habet cod. MS. D. Marci.* 2. ut vult Eunomius *ed. Elmenh.* 3. *Sic MSS., testt. Benedictinis. At editi (etiam Elmenh.) habent*

gratia, ut vult Aëtius, nihil anterius posteriusve aut minus, ut Arius, nihil extraneum aut [4]officiale alteri, ut Macedonius, nihil [5]pervasione aut surreptione insertum, ut Manichaeus, nihil corporeum, ut Melito et Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, ut [6]Anthropomorphus et [7]Vadianus, nihil sibi [8]invisibile, ut Origenes, nihil creaturis visibile, ut Fortunatus, nihil moribus vel voluntate diversum, ut Marcion, nihil ex trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum, ut Plato et Tertullianus, nihil officio singulare nec alteri communicabile, ut Origenes, nihil confusum, ut Sabellius; sed totum perfectum, quia totum ex uno et [9]unum: non tamen solitarium, ut praesumunt Praxeas et Sylvanus, Pentapolitana damnabilis illa doctrina.

[1]Homousios ergo, id est coëssentialis in divinitate patri filius, homousios patri et filio spiritus sanctus, homousios deo et homini [2]filius, manens deus in homine suo in gloria patris, [3]unus desiderabilis videri ab angelis, sicut pater et spiritus sanctus adoratur ab angelis et ab omni creatura, non [4]homo praeter deum, [5]vel Christus cum deo, sicut blasphemat Nestorius, sed homo in deo, et deus in homine. Cap. V.

Erit resurrectio mortuorum omnium hominum, sed una et insimul et semel, non prima iustorum, et secunda peccatorum, [1]ut fabula est somniatorum, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit, sicut in veritate cadit: et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro corruptibilis quae cadit, tam iustorum quam iniustorum, incorruptibilis resurget, quae vel poenam sufferre possit pro peccatis, vel in gloria aeterna manere pro meritis. Cap. VI.

[1]Omnium hominum erit resurrectio: [2]si omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors ab Adam ducta omnibus filiis eius dominetur, et maneat illud privilegium in domino quod de eo specialiter dicitur: [3]*Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* [4]Eius enim Cap. VII.

nihil inaequale gratiae. *Haec verba plane inducit cod. Florent. D. Marci.* 4. difficile *cod. Florent.* 5. *Ita edit. Bened., et cod. Flor. Antea vulgo* persuasione. 6. *Forte* Anthropomorphitae. (Bened.) 7. Audianus *vult Danaeus ad August. De Haeres. cap. 1.* Nadicinus *cod. Florent.* 8. invisibile a creaturis, ut Origenes *habent editi, et Elmenh.* 9. *Post* unum *editi (et Elmenh.) addunt* ex toto. (Bened.)

Cap. V. — 1. Ὁμοούσιος *edit. Elmenh., ut et in seqq.* 2. unus filius *ed. Elmenh.* 3. unus *om. edit. Elmenh.* 4. homo factus praeter *editi, cum Elmenh.* 5. sed *cod. Florent.*

Cap. VI. — 1. *MSS.* ut fabula somniatur. (Bened.)

Cap. VII. — 1. Omnium enim hominum *ed. Elmenh.* 2. Imo quod omnium erit *cod. Florent.* 3. Psalm. XV, 10. 4. *Verba* Eius enim caro non vidit cor-

caro non vidit corruptionem. Hanc rationem maxima patrum turba tradente suscepimus. Verum quia sunt et alii aeque catholici et eruditi viri qui credunt anima in corpore manente [5]mutandos ad incorruptionem et immortalitatem eos qui in adventu domini vivi inveniendi sunt, et hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod [6]mortalitatem immutatione deponant, non morte, quolibet quis acquiescat modo, non est haereticus, nisi ex contentione haereticus fiat. Sufficit enim in ecclesiae lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.

Cap. VIII. Quod autem dicimus in symbolo, in adventu domini vivos ac mortuos iudicandos, non solum iustos et peccatores significari, sicut Diodorus putat, sed et vivos eos qui in carne inveniendi sunt credimus, qui adhuc morituri creduntur, vel immutandi sunt, ut alii volunt, ut suscitati continuo vel reformati cum ante mortuis iudicentur.

Cap. IX. Post resurrectionem et iudicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat, ut daemones vel impii homines post tormenta quasi suppliciis expurgati vel illi in angelicam, qua creati sunt, redeant dignitatem, vel [1]isti iustorum societati donentur: eo quod hoc divinae conveniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo salvetur. Sed nos credamus ipsi iudici [2]omnium et retributori iusto qui dixit: [3]*Ibunt impii in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam, ut percipiant fructum operum* [4]*suorum.*

Cap. X. In principio creavit deus caelum et terram et aquam ex nihilo. Et cum adhuc tenebrae ipsam aquam occultarent, et [1]aqua terram absconderet, facti sunt angeli et omnes caelestes virtutes, ut non esset otiosa dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem suam ostenderet, et ita hic visibilis mundus [2]ex his quae creata fuerant factus est et ornatus.

Cap. XI. Nihil incorporeum et invisibile [1]natura credendum nisi solum deum, id est patrem et filium et spiritum sanctum. [2]Qui ex eo in-

ruptionem *delevit Elmenh., ex auctor. sui cod. Florent.* 5. immutandos *ed. Elmenh.* 6. mortalitatem praesentis vitae immutatione *MSS. quidam apud Benedictinos, cod. Florent., et inde edit. Elmenh.*

Cap. IX. — 1. iniusti *edit. Elmenh., cum cod. Florent., conspirantibus pluribus codd. MSS. Benedictinorum.* 2. omnium retributori iustorum *ed. Elmenh. ex auctor. cod. Florent.* 3. Matth. XXV, 46. 4. *Post* suorum *Elmenh. ex cod. Florent. adiecit* et iterum: Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

Cap. X. — 1. aquam terra *ed. Bened.* 2. ex materia quae a deo facta fuerat *edit. Elmenh.*

Cap. XI. — 1. in natura *ed. Elmenh. ex auctorit. cod. Florent.* 2. Qui ideo recte incorporeus *ed. Elmenh.*

corporeus creditur. quia ubique est et omnia implet atque constringit: [3]et ideo invisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

Creatura omnis corporea est, angeli et omnes caelestes virtutes [1]corporeae, licet non carne subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales creaturas, quod localiter circumscribuntur, sicut et anima [2]humana, quae carne clauditur, et daemones, qui per substantiam angelicae naturae sunt. Cap. XII.

Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent nec habent quo cadant, ut resurrectione egeant [1]post ruinam. Cap. XIII.

Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, neque cum corporibus per coitum [1]seminatas, sicut Luciferiani, Cyrillus et aliqui Latinorum praesumptores affirmant, quasi naturae [2]consequentiam servantes. Sed dicimus creationem animae solum creatorem omnium nosse, et corpus tantum per coniugii copulam seminari, dei vero iudicio coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia. Cap. XIV.

Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Iacobus et alii [1]Syrorum scribunt, unam animalem, qua animetur corpus et immixta sit sanguini, et alteram spiritalem, quae rationem ministret: sed dicimus unam esse eandemque animam in homine, quae et corpus sua societate vivificet, et semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut [2]in suae substantiae eligat cogitatione quod vult. Cap. XV.

Solum hominem credimus habere animam substantivam, quae exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet. [1]Neque cum corpore moritur, sicut [2]Aratus asserit, neque post modicum intervallum, sicut Zenon dicit, quia substantialiter [3]vivit. Cap. XVI.

Animalium vero animae non sunt [1]substantivae, sed cum carne ipsa carnis [2]vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur et Cap. XVII.

3. Ideo et *ed. Elmenh.*

Cap. XII. — 1. *MSS. aliquot* corpore. (Bened.) 2. humana *om. ed. Elmenh.*

Cap. XIII. — 1. *Ita edit. Bened., et cod. Florent.* post ruinam necessaria *edit. Elmenh.*

Cap. XIV. — 1. *Vulgo* seminantur, *ante Elmenh. et Benedict.* 2. *MSS. sex* consequentia servientes: *alii tres* consequentia serviente. (Benedict.)

Cap. XV. — 1. Syrorum disputatores scribunt *edit. Elmenh., ex auctor. cod. Florent.* 2. *MSS. omnes* in sua substantia. (Bened.)

Cap. XVI. — 1. Non *edit. Elmenh.* 2. *MSS. omnes* Arabs. (Bened.) *Elmenh. ex cod. Florent. edidit* Aratus aut Epicurea vanitas asserit. 3. *Elmenh. ex cod. Florent. auctoritate edidit* vivit, et rationem suam tenet.

Cap. XVII. — 1. *MSS. aliquot* substantiae, *alii* substantes. (Bened.) 2. in nativitate *edit. Elmenh., ex cod. Florent.*

moriuntur: et ideo nec ratione [3]reguntur, sicut Plato et Alexander [4]putant, sed ad omnia naturae [5]incitamento ducuntur.

Cap. XVIII. Anima humana non cum carne moritur, [1]quia non cum carne, ut superius diximus, seminatur, sed formato in ventre matris corpore dei iudicio creatur et infunditur, ut vivat homo intus in utero, et sic procedat nativitate in mundum.

Cap. XIX. Duabus substantiis tantum constat homo, anima et [1]carne, anima cum ratione sua, et [2]carne cum sensibus [3]suis. Quos tamen sensus absque animae societate non movet [4]caro. Anima vero et sine [5]carne [6]rationale suum tenet.

Cap. XX. Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima, pro spiritali natura vel pro eo quod spiret in corpore spiritus [1]appellatus. Anima vero ex eo vocatur quod ad vivendum vel ad vivificandum animet corpus. [2]Tertium vero qui ab [3]apostolo cum anima et corpore inducitur, [4]spiritum gratiam [5]sancti spiritus esse intelligamus, quam orat apostolus ut integra perseveret in nobis, ne nostro vitio aut minuatur aut fugetur a nobis, quia [6]*Spiritus sanctus effugiet fictum.*

Cap. XXI. Libertati arbitrii sui commissus est homo statim in [1]prima conditione, ut [2]sola vigilantia mentis [3]adnitente [4]etiam in praecepti custodia perseveraret, si vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Postquam vero seductione serpentis per Evam cecidit, naturae bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii, non tamen electionem, ne non esset suum quod [5]emendaret peccatum, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad quaerendam salutem arbitrii libertas, id est rationalis [6]voluntas, sed ad-

3. reguntur, nec vivunt, sicut *edit. Elmenh., ex cod. Florent.* 4. disputant *cod. Florent.* 5. incitamenta *ed. Elmenh.*

Cap. XVIII. — 1. quia nec carnis, ut superius diximus, semen est, sed *cod. Florent.*

Cap. XIX. — 1. carne *edit. Bened. et cod. Florent.* corpore *edit. Elmenh.* 2. carne *edit. Bened. et cod. Florent.* corpore *edit. Elmenh.* 3. suis, id est visu, auditu, gustu, odoratu, tactu *cod. Florent.* 4. caro *edit. Bened. et cod. Florent.* corpus *edit. Elmenh.* 5. carne *edit. Bened. et cod. Florent.* corpore *ed. Elmenh.* 6. rationem suam integram tenet *cod. Florent.*

Cap. XX. — 1. appellatur *edit. Elmenh.* 2. Tertium *edit. Bened. et cod. Florent.* Tertius *edit. Elmenh.* 3. I Thessal. V, 23. 4. spiritum gratiam *edit. Bened. et cod. Florent.* spiritus, gratiam *edit. Elmenh.* 5. spiritus sancti *edit. Elmenh.* 6. Sapient. I, 5.

Cap. XXI. — 1. prima mundi conditione *edit. Elmenh., de auctor. cod. Florent.* 2. sola *edit. Bened., et cod. Florent.* salva *edit. Elmenh., sed per errorem, puto, operarum.* 3. *Ita edit. Bened., Elmenh., et cod. Florent. Alii* admittente. 4. etiam praecepti custodia *„alii" apud Elmenh.* 5. emendaret *MSS. plures Benedictinorum, cod. Florent. et edit. Bened.* evitaret, *quae est vulgata scriptura, ed. Elmenh.* 6. *Nonnulli codices sic prosequuntur* non tamen ad obtinendam sine illo qui quaerentes facit invenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium deo miserante et inspirante habere nos credimus, ita arbitrium

monente prius deo et invitante ad salutem, ut vel eligat vel sequatur vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione dei. Ut autem consequatur quod eligit vel quod sequitur vel quod occasione agit, dei esse libere confitemur. Initium ergo salutis nostrae deo miserante habemus: ut acquiescamus salutiferae inspirationi, nostrae potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, divini est muneris: ut non labamur [7]ab adepto salutis munere, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii: ut labamur, potestatis nostrae [8]et [9]ignaviae.

Firmissime credendum est in praevaricatione Adae omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinae per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia dei miserantis erexerit. [1]Liberum enim arbitrium ille perpessus dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in praevaricationis profunda demersus est, et nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit, suaque in aeternum libertate deceptus huius [2]ruinae latuisset oppressu, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per novae regenerationis purificationem omne [3]praeteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit. (Cap. XXII.)

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille [1]donet qui solus est bonus. (Cap. XXIII.)

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium dei perseverantiam bonae conversationis acceperit. (Cap. XXIV.)

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data praedicat, [1]dicens: Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur, in praevaricationem praesumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinae libertatis Christi domini reformasset adventus. (Cap. XXV.)

naturae nostrae sequax esse divinae inspirationis libere confitemur. Igitur ut non labamur *cett. Id vero ab homine catholico insertum putant propter latentem illic Pelagianorum errorem.* (Bened.) 7. in adepto *edit. Elmenh.* 8. est et *edit. Elmenh.* 9. *Post* ignaviae *cod. Florent. addit* id est rationabilis voluntatis. *In edit. Elmenh. haec sequuntur:* non tamen ad obtinendam sine illo qui quaerentes facit invenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostrae deo miserante et inspirante habere nos credimus: ita arbitrium nostrae naturae sequax esse divinae inspirationis libere confitemur. Igitur ut non labamur a bono vel naturae vel meriti, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii: ut labamur, potestatis nostrae et ignaviae. *Elmenhorstius tantum extrema illa* Igitur ut non labamur — — ignaviae *abundare censuit, et delenda ut spuria.*

(Cap. XXII.) — *V. Caelestini papae epist. ad Galliarum episcopos (Augustini Opp. ed. Bened. tom. X, Append. p. 88 sqq.) cap. 4.* 1. *Cf. Innocentii papae epist. 181. ap. Augustin. num. 7.* (Bened.) 2. *Sic MSS. et edit. a. 1524. Aliae quaedam editiones* ruina iacuisset oppressus. (Bened.) 3. *MSS.* praeteriti. (Bened.)

(Cap. XXIII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episcopos cap. 5.* 1. donaverit *ed. Elmenh.*

(Cap. XXIV.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 5.*

(Cap. XXV.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 6.* 1. *Cf. Innocentius epist. 182. inter Augustin. num. 3.*

(Cap. XXVI.) Quod omnia studia et omnia opera ac merita sanctorum ad dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat nisi ex eo quod ipse donaverit: in quam nos sententiam dirigit beatae recordationis [1] papae Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait, Nos autem instinctu dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt unde nascuntur) ad fratrum et coëpiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. Hunc autem sermonem [2] sincerissima veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent: Illud vero quod in litteris, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens, Nos tamen instinctu dei etc. sic accipimus dictum, ut illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostrae humilitatis conscientiam retulisti, et tamen instinctu dei factam esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti? Ideo utique, quia praeparatur voluntas a domino, et ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse [3] tangit corda [4] filiorum. [5] *Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt;* ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanae singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

(Cap. XXVII.) Ita deus [1] ex cordibus hominum atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium omnisque motus bonae voluntatis ex deo sit; quia per illum aliquid boni possumus sine quo nihil possumus.

(Cap. XXVIII.) Quicunque dixerit gratiam dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium [1] gratiae ut non committantur, anathema sit.

(Cap. XXIX.) Quisquis dixerit gratiam dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per [1] ipsum nobis revelatur et aperitur intelligentia [2] mandatorum, ut sciamus quid appetere et quid vitare debeamus, non autem per illam nobis praestari, ut quod faciendum cognovimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.

(Cap. XXX.) Obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quae ab apostolis tradita in toto mundo atque in omni catholica ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium praesules mandata sibimet legatione fungantur apud divinam clementiam, humani generis agunt causam, et tota secum ecclesia congemiscente postulant et precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatrae ab impietatis suae liberentur erroribus, ut Iudaeis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut haeretici catholicae fidei [1] perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivae caritatis accipiant, ut lapsis paenitentiae remedia conferantur, ut denique cate-

(Cap. XXVI.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 4.* 1. *Zosimi papae epistola non magis hodie extat quam Afrorum episcoporum.* 2. sincerissimae *ed. Elmenh.* 3. tangat *ed. Elmenh.* 4. *Editi* fidelium. *Aptius MSS.* filiorum. (Bened.) *Etiam edit. Elmenh. habet* filiorum. 5. Rom. VIII, 14.

(Cap. XXVII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episcop. cap. 9.* 1. in cordibus *extat in epist. Caelestini.*

(Cap. XXVIII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 10.* 1. gratiae *non habet epist. Caelestini ap. Benedictinos.*

(Cap. XXIX.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 10.* 1. ipsam *legitur in Carthag. Concil., ex quo haec ei superiora petita sunt.* 2. mandatorum dei *habet epist. Caelestini.*

(Cap. XXX.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 11.* 1. *MSS.* perfectione. (Bened.)

chumenis ad regenerationis sacramenta perductis caelestis misericordiae aula reseretur. Haec autem non perfunctorie neque inaniter a domino peti rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii caritatis suae, et ex vasis irae faciat vasa misericordiae. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut haec [2] efficienti deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referantur.

Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit non otioso [1] contemplamur intuitu, cum sive parvuli, sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat [2] quomodo princeps mundi huius mittatur foras, et quomodo prius alligetur fortis, et deinceps vasa eius diripiantur, in possessionem translata victoris, *qui captivam ducit captivitatem, et dat dona* [3] *hominibus.* (Cap. XXXI.)

Omnium bonorum affectuum atque operum, et omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profitemur auctorem, et non dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis merita praeveniri, per quem fit ut aliquid boni et velle incipiamus et facere. Quo utique auxilio et munere dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas dei, ut nostra velit esse merita quae sunt ipsius dona, et pro his quae largitus est aeterna praemia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult et velimus et agamus; nec otiosa esse in nobis patitur quae exercenda non negligenda donavit, [1] ut et nos cooperatores simus gratiae dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, [2] *qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam nostram*, et cui quotidie dicimus, *Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.* (Cap. XXXII.)

Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut, sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in [1] corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit. (Cap. XXXIII.)

Quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod lavacro regenerationis expietur, unde [1] fit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait [2] apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim [3] regulam fidei etiam parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo (Cap. XXXIV.)

2. efficiente *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXI.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 12.* 1. contemplemur *habet Caelestini epist. apud Benedictinos.* 2. quando *edit. Elmenh.* 3. Iohann. XII, 31. Matth. XII, 29. Marc. III, 27. Psalm. LXVII, 19. Ephes. IV, 8.

(Cap. XXXII.) *V. Caelestini papae epist. ad Gall. episc. cap. 12.* 1. et ut *legitur in epist. Caelestini apud Benedictinos.* 2. Psalm. CII, 3. Matth. VI, 13.

(Cap. XXXIII.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. (in Augustini Opp. edit. Benedict. tom. X, Append. p. 71 sq.) cap. 1.* 1. corpore hoc, id est *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXIV.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 2.* 1. sit *ed. Elmenh.* 2. Rom. V, 12. 3. fidei regulam *edit. Elmenh.*

[4]in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

(Cap. XXXV.) Quod ait sanctus [1]Iohannes apostolus, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est:* quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia [2]vere ita est, anathema sit. Sequitur enim apostolus et adiungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et iustus, qui remittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate.* Ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere, Si dixerimus [3]quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, et humilitas in nobis non est. Sed cum ait, *Nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est,* satis ostendit eum, qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

(Cap. XXXVI.) Quicunque dixerit in oratione dominica ideo dicere sanctos, *Dimitte nobis debita nostra,* ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed, Dimitte nobis [1]debita nostra, ut hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat, [2]*In multis enim offendimus omnes.* Nam quare additum est Omnes, nisi ut ista sententia conveniret [3]et psalmo, ubi legitur: *Ne intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens?* Et in oratione sapientissimi [4]Salomonis: *Non est homo qui non peccet.* Et in libro sancti [5]Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Unde etiam Daniel sanctus et iustus, cum in oratione pluraliter diceret: [6]*Peccavimus, iniquitatem fecimus*, et cetera, quae ibi [7]veraciter et humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit, [8]*Cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino deo meo:* noluit dicere Peccata nostra, sed populi sui dixit et sua, [9]quia futuros istos, qui tam male [10]intelligunt, tanquam propheta praevidit.

(Cap. XXXVII.) Quicunque ipsa verba dominicae orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra,* ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, [1]et non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit quae sibi dimittentur debita non habere?

(Cap. XXXVIII.) Si quis per offensam praevaricationis Adae non totum, id est secundum corpus et animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animae libertate illaesa durante corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur scripturae dicenti, [1]*Anima quae peccaverit, ipsa morietur:*

4. in peccatorum remissionem *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXV.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 7.* 1. I Ioh. I, 1. 2. veritas est *edit. Elmenh.* 3. quia *non habet edit. Elmenh.*

(Cap. XXXVI.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 8.* 1. peccata *edit. Elmenh.* 2. Iacob. III, 2. 3. et *om. edit. Elmenh.* — Psalm. CXLII, 2. 4. Eccles. VII, 21. 5. Iob. XXXVII, 7. 6. Daniel IX, 5. 7. vivaciter *edit. Elmenh.* 8. Daniel IX, 20. 9. quoniam *edit. Elmenh.* 10. intelligerent *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXVII.) *V. Concil. Carthag. c. Pelag. cap. 9.* 1. et *om. ed. Elmenh.*

(Cap. XXXVIII.) *V. Concil. Arausiacum II. de Gratia et Libero Arbitrio (in Augustini Opp. ed. Benedict. tom. X, Append. p. 106.) cap. 1.* 1. Ezech. XVIII, 20. Rom. VI, 16.

et, *Nescitis quoniam* [2] *cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis eius cui obeditis,* et, *A quo quis superatur, eius* [3] *et servus* [4] *addicitur.*

Si quis soli Adae praevaricationem suam, non etiam eius propagini asserit (Cap. XXXIX.) nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quae poena peccati est, non autem et peccatum, quod mors est animae, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam deo dabit, contradicens apostolo dicenti: [1] *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines* [2] *mors pertransiit, in quo* [3] *omnes peccaverunt.*

Si quis invocatione humana gratiam dei dicit posse conferri, non autem (Cap. XL.) ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Esaiae prophetae, vel apostolo idem [1] dicenti: *Inventus sum a non quaerentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant.*

Si quis ut a peccato purgemur voluntatem nostram deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per sancti spiritus infusionem et operationem in nobis fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto, per Salomonem [1] dicenti: *Praeparatur voluntas a domino,* et apostolo salubriter [2] praedicanti: *Deus est qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.* (Cap. XLI.)

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis pervenimus, non [1] per gratiae donum, id est per inspirationem spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, [2] beato Paulo dicente, *Confidimus quia qui coepit in vobis bonum opus perficiet usque in diem* [3] *domini nostri Christi Iesu:* et illud, *Vobis datum est pro Christo, non solum, ut in eum credatis,* [4] *sed etiam ut pro illo patiamini,* et, [5] *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, dei enim donum est.* Qui enim fidem, qua in deum credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt. (Cap. XLII.)

Si quis sine gratia dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, (Cap. XLIII.) [1] laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quaerentibus, pulsantibus, nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut credamus, velimus, vel haec omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, et aut humilitati aut obedientiae humanae subiungit gratiae adiutorium, nec ut obedientes et humiles simus ipsius gratiae donum esse consentit, resistit apostolo [2] dicenti: *Quid enim habes quod non accepisti?* et, *Gratia dei sum id quod sum.*

Si quis per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae (Cap. XLIV.) aeternae, cogitare ut expedit, aut eligere, sive salutari, id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et inspiratione

2. *Verba* cui exhibetis ——— estis eius *desiderantur in edit. Elmenh.* 3. et *om. edit. Elmenh.* 4. adiicitur *edit. Elmenh.*

(Cap. XXXIX.) *V. Concil. Araus. II. cap. 2.* 1. Rom. V, 12. 2. mors *om. edit. Elmenh.* 3. omnes homines *edit. Elmenh.*

(Cap. XL.) *V. Concil. Araus. II. cap. 3.* 1. Esai. LXV, 1. Rom. X, 20.

(Cap. XLI.) *V. Concil. Araus. II. cap. 4.* 1. Proverb. VIII, 35. *secundum LXX.* 2. Philipp. II, 13.

(Cap. XLII.) *V. Concil. Araus. II. c. 5.* 1. per *om. ed. Elmenh.* 2. beato apostolo Paulo *edit. Elmenh.* — Philipp. I, 6. 29. 3. domini nostri *om. edit. Elmenh.* 4. verum *edit. Elmenh.* 5. Ephes. II, 8.

(Cap. XLIII.) *V. Concil. Araus. II. cap. 6.* 1. laborantibus, vigilantibus *om. edit. Elmenh.* 2. I Corinth. IV, 7. XV, 10.

spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo [1] et credendo veritati, haeretico fallitur spiritu, non intelligens vocem dei in evangelio [2] dicentis: *Sine me nihil potestis facere;* et illud [3] apostoli: *Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.*

(Cap. XLV.) Si quis alios [1] misericordia, alios vero per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de praevaricatione primi hominis nati sunt constat esse vitiatum) ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. [2] Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum; aut certe ita laesum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione dei [3] mysterium salutis aeternae per semetipsos [4] conquirere. Quod quam sit contrarium ipse [5] dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem pater attraxerit. Sicut et Petro [6] dicit: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est:* et [7] apostolus: *Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.*

(Cap. XLVI.) Arbitrium [1] voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum nisi a quo potuit dari non potest reddi. Unde [2] ipsa veritas dicit: *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.*

(Cap. XLVII.) Natura humana, etiam si in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuvante servaret. Unde cum sine dei gratia salutem non [1] possit custodire quam accepit, quomodo sine [2] gratia dei poterit reparare [3] quam perdidit?

(Cap. XLVIII.) Sicut eis, qui volentes in lege iustificari a gratia exciderunt, verissime dicit [1] apostolus, *Si in lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est:* sic [2] et his, qui gratiam quam commendat et percipit fides Christi putant esse naturam, verissime dicitur: Si [3] ex natura iustitia est, ergo gratis Christus mortuus est. Iam hic enim erat lex, et non iustificabat: iam hic erat et natura, et non iustificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum impleretur qui [4] dixit, *Non veni solvere legem, sed* [5] *adimplere*, et natura per Adam perdita per illum repararetur qui [6] dixit *venisse se quaerere et salvare quod perierat.*

(Cap. XLIX.) Secundum supra dictas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc deo propitiante et praedicare debemus et credere, quod per peccatum primi hominis [1] ita inclinatum et attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere deum sicut oportuit, aut credere in deum, aut operari propter deum quod bonum est, possit, [2] nisi gratia eum et misericordia divina praevenerit. Unde [3] Abel iusto et Noë et Abrahae et Isaac et Iacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini, illam praeclaram fidem, quam in ip-

(Cap. XLIV.) *V. Concil. Araus. II. cap. 7.* 1. et in credendo veritatem *edit. Elmenh.* 2. Ioh. XV, 6. 3. II Corinth. III, 5.

(Cap. XLV.) *V. Concil. Araus. II. cap. 8.* 1. per misericordiam *edit. Elmenh.* 2. Ille *edit. Elmenh.* 3. ministerium *edit. Elmenh.* 4. posse conquirere *edit. Elmenh.* 5. Ioh. VI, 44. 6. Matth. XVI, 17. 7. I Corinth. XII, 3.

(Cap. XLVI.) *V. Concil. Araus. II. cap. 13.* 1. *Nonnulli MSS.* libertatis. (Bened.) 2. ipsa *om. edit. Elmenh.* — Ioh. VIII, 36.

(Cap. XLVII.) *V. Concil. Araus. II. c. 19.* 1. posset *ed. Elmenh.* 2. dei gratia *edit. Elmenh.* 3. quod *edit. Elmenh.*

(Cap. XLVIII.) *V. Concil. Araus. II. cap. 21.* 1. Galat. II, 21. 2. eis *edit. Elmenh.* 3. per naturam *edit. Elmenh.* 4. Matth. V, 17. 5. implere *edit. Elmenh.* 6. Luc. XIX, 10.

(Cap. XLIX.) *V. Concil. Araus II. cap. 25.* 1. ita genus humanum sit inclinatum, ut nullus postea *edit. Elmenh.* 2. nisi eum gratia misericordiae divinae *edit. Elmenh.* 3. et Abel *edit. Elmenh.*

sorum laude praedicat apostolus [4]Paulus, non per bonum naturae, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam etiam post adventum domini omnibus qui baptizari desiderant non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud, quod iam [5]supra dictum est, et praedicat [6]apostolus Paulus: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro [7]illo patiamini:* et illud: [8]*Deus, qui coepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem domini nostri [9]Iesu Christi:* et illud: [10]*Gratia salui facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, dei enim donum est:* et quod de seipso ait [11]apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem;* non [12]dixit Quia eram, sed Ut essem: et [13]illud: *Quid habes quod non accepisti?* et [14]illud: *Omne datum bonum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum:* et [15]illud: *Nemo habet quidquam boni nisi illi datum fuerit de super.*

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod [1]accepta per baptis- (Cap. L.) mum gratia omnes baptizati Christo auxiliante et cooperante, quae ad [2]salutem pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate praedestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

In omni opere bono non nos incipimus, et postea per dei misericordiam ad- (Cap. LI.) iuvamur, sed ipse nobis, nullis praecedentibus bonis meritis, et fidem et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsius adiutorio ea quae sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est quod et illius latronis, quem dominus ad paradisi patriam revocavit, et Cornelii centurionis, ad quem angelus domini missus est, [1]et Zachaei, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed [2]divinae largitatis donum.

Baptisma unum est, sed in ecclesia, ubi una fides est, ubi in Cap. XXII. nomine patris et filii et spiritus sancti datur. Et ideo si qui apud (Cap. LII.) illos haereticos baptizati sunt, qui in sanctae trinitatis confessione baptizant, et veniunt ad nos, recipiantur quidem [1]quasi baptizati, ne sanctae trinitatis invocatio vel confessio annulletur, sed doceantur [2]ante et instruantur quo sensu sanctae trinitatis mysterium in ecclesia teneatur: et si consentiunt credere, vel acquiescunt confiteri, purgati iam fidei integritate confirmentur manus impositione. Si vero parvuli sunt vel hebetes, qui doctrinam non capiant, re-

4. Hebr. XI, 4. 7. 8. 5. saepe *edit. Elmenh.* 6. Paulus apostolus *edit. Elmenh.* — Philipp. I, 29. 7. eo *edit. Elmenh.* 8. Philipp. I, 6. 9. Iesu Christi *om. edit. Elmenh.* 10. Ephes. II, 8. 11. I Corinth. VII, 25. 12. dixit *ediderunt Bened.* 13. I Corinth. IV, 7. 14. Iacob. I, 17. 15. Ioh. III, 23. 16. boni *om. edit. Elmenh.*

(Cap. L.) *V. Concil. Araus. II. cap. 25.* 1. post acceptam baptismi gratiam *cod. ms. Lugdunensis, et edit. Elmenh.* 2. salutem animae pertinent *edit. Elmenh.*

(Cap. LI.) *V. Concil. Araus. II. cap. 25.* 1. Zachaeique *edit. Elmenh.* Luc. XXIII, 43. XIX, 2. 2. sed divinae largitatis donum *edit. Bened.* sed gratiae largitate donata *cod. ms. Lugdun.* sed divinae gratiae largitate donata *edit. Elmenh.* sed de divinae largitatis dono *codd. mss. Remensis et Bellovacensis.*

Cap. XXII. — 1. ut *edit. Elmenh.* 2. integre et *edit. Elmenh.*

spondeant pro illis qui eos offerunt iuxta [3]morem baptizandi, et sic manus impositione et chrismate communiti eucharistiae mysteriis admittantur. Illos autem qui non [4]in sanctae trinitatis invocatione apud haereticos baptizati sunt, et veniunt ad nos, baptizari debere pronuntiamus, non rebaptizari. Neque enim credendum est, eos fuisse baptizatos qui non in nomine patris et filii et spiritus sancti iuxta regulam a domino positam tincti sunt: ut sunt [5]Paulianistae, Procliani, Borboritae, [6]Siphori, qui nunc vocantur Bonosiani, Photiniani, [7]Montanitae, Manichaei, [8]varia impietatis germina, vel ceterae istorum originis sive ordinis pestes, quae duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion, vel contraria, ut Manichaeus, vel [9]tria et barbara, ut Sethianus et [10]Theodosius, vel [11]multa, ut Valentinus, vel Christum hominem fuisse absque deo, ut Cerinthus, Hebion, Artemon et Photinus. Ex istis, inquam, si qui ad nos venerint, non requirendum ab eis utrum baptizati sint, an non, sed hoc tantum, si credant [12]in ecclesiae fidem, et baptizentur [13]ecclesiastico baptismate.

Cap. XXIII. (Cap. LIII.) Quotidie [1]eucharistiae communionem percipere nec laudo nec [2]vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo et hortor, si tamen mens [3]in affectu peccandi non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis dico eucharistiae perceptione quam [4]purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem, et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus, et confidens de domini miseratione, qui peccata piae confessioni donare consuevit, accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia [5]et mortalia peccata non gravant: nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica paenitentia satisfacere, et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium et condemnationem

3. nomen *„alii" apud Elmenh.* 4. in *om. ed. Elmenh.* 5. *Sic MSS. At editi* Paulini (Bened.) Paulini *habet etiam edit. Elmenh., nulla notata cod. Florent. variante scriptura.* 6. Siphori qui nunc *edit. Bened. et Elmenh.* Siphori, Photiniani, qui nunc *cod. ms. 1. Bapt. Cotelerii, qui inde emendandum suadet* Saccophori, Photiniani, qui nunc *in Eccl. Gr. Monum. tom. I, p. 776 sq. In cod. Florent. teste Elmenhorstio totus hic locus ita se habet* Simphori *(sic)*, Fortuniani, Montanitae, qui et Priscilliani vel Maximiani atque Manichaei. 7. Montanitae qui et Priscilliani et Manichaei *edit. Elmenh.* 8. variaque *edit. Elmenh.* 9. tetra ut Baida *cod. Florent.* 10. *MSS.* Thodotus *vel* Theudotus (Bened.) Theodotus *cod. Florent.* 11. hiulca *cod. Florent.* 12. in *om. edit. Elmenh.* 13. ecclesiastico id est catholico baptismate *cod. Florent.*

Cap. XXIII. — 1. eucharistiam percipere *„alii" ap. Elmenh.* 2. reprehendo *„alii" ap. Elmenh.* 3. *Sic MSS. At editi* [*et Elmenh.*] sine affectu peccandi sit. (Bened.) non affectu peccandi insit *cod. Florent.* 4. purgari *cod. Florent.* 5. et mortalia *om. cod. Florent.*

sui eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus, [6]sed mutato prius seculari habitu, et confesso religionis studio per vitae correctionem, et iugi, [7]immo perpetuo luctu miserante [8]deo; ita dumtaxat, ut contraria pro [9]iis quae paenitet agat, et eucharistiam omnibus dominicis diebus supplex et submissus usque ad mortem percipiat.

Paenitentia vera est paenitenda non admittere et admissa deflere. Satisfactio paenitentiae est, causas peccatorum [1]excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Cap. XXIV. (Cap. LIV.)

In divinis [1]repromissionibus nihil terrenum vel transitorium expectemus, sicut [2]Meletiani sperant, non nuptiarum copulam, sicut Cerinthus et Marcion [3]delirant, non quod ad cibum vel ad potum pertinet, sicut [4]Papia auctore Irenaeus et Tertullianus et Lactantius acquiescunt. Neque [5]per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum et sanctos cum illo in deliciis regnaturos speremus, sicut Nepos docuit [6]primam iustorum resurrectionem et secundam [7]impiorum, et inter has duas mortuorum resurrectiones gentes ignorantes deum in angulis terrarum in carne [8]reservandas, quae post mille annos regni in terra iustorum instigante diabolo movendae [9]sint ad pugnam contra iustos [10]regnantes, et domino pro iustis pugnante imbre igneo compescendas, atque ita mortuas cum ceteris in impietate [11]ante mortuis ad aeterna supplicia in incorruptibili carne [12]resuscitandas. Cap. XXV. (Cap. LV.)

Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire, nullum invitatum salutem suam nisi deo auxiliante operari, nullum nisi orantem auxilium promereri, nullum dei voluntate perire, sed [1]permissu, pro electione arbitrii, ne [2]ingenuitas potestatis semel homini attributa ad servilem cogatur necessitatem. Cap. XXVI. (Cap. LVI.)

Malum vel [1]malitiam non esse a deo creatam sed a diabolo inventam, qui et ipse bonus a deo creatus est. Sed quia libero arbi- Cap. XXVII. (Cap. LVII.)

6. scilicet *cod. Florent.* 7. ieiunio *cod. Florent.* 8. deo veniam consequatur, ita *edidit Elmenhorst. de auctoritate cod. Florent.* 9. iis *cod. Florent., et edit. Bened.* his *edit Elmenh.*

Cap. XXIV. — 1. eradere *cod. Florent.*

Cap. XXV. — 1. promissionibus *edit. Elmenh.* 2. Melitani *edit. Elmenh.* 3. delectantur *habent libri mss. testt. Benedictinis.* 4. *Cf. Hieron. de Scriptt. Eccles. cap. 18. — Cod. Florent. pro* Papia *habet* Papias. *„Alii"* Papiae *ap. Elmenh.* 5. post *edit. Elmenh.* 6. qui primam *edit. Elmenh.* 7. impiorum confinxit. Et *edit. Elmenh.* 8. servandas *edit. Elmenh.* 9. sunt *edit. Elmenh.* 10. repugnantes *cod. Florent.* 11. ante *om. cod. Florent.* 12. *Addit cod. Florent.* et istam superstitionem valde devitamus.

Cap. XXVI. — 1. per se ipsum *edit. Elmenh.* 2. ingenuitatis libertas atque potestas *edit. Elmenh.*

Cap. XXVII. — 1. malitia non est a deo creata, sed a diabolo inventa, quia et *edit. Elmenh.*

trio, utpote rationalis creatura, [2] commissus est, et cogitandi acceperat facultatem, scientiam boni vertit ad malum, et multa cogitando factus est inventor mali et quod in se perdiderat, invidit in aliis, nec contentus solus perire suasit aliis, ut qui esset suae malitiae inventor, fieret et aliorum auctor, et ex eo malum vel malitia percurrit in ceteras rationales creaturas.

Cap. XXVIII. (Cap. LVIII.) Unde cognoscimus nihil esse natura immutabile nisi solum deum [1] patrem et filium et spiritum sanctum. qui mutari non potest a bono, quia natura possidet bonum, nec potest aliud quid esse quam bonum.

Cap. XXIX. (Cap. LIX.) Angeli vero, qui in illa qua creati sunt beatitudine perseverant, non natura possident bonum, ut non mutarentur cum ceteris, sed [1] arbitrii servantes bonam voluntatem et bonum conditionis et fidem suo domino [2] servaverunt. Unde et merito ab ipso domino sancti angeli vocantur, quod [3] tenuerint arbitrii sanctitatem, nec sociorum exemplo [4] deviaverint a bono.

(Cap. LX.) Fides vera, quae est catholica, omnium creaturarum sive spiritalium sive corporalium bonam confitetur substantiam, et mali nullam esse naturam; quia deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde et diabolus bonus esset, si in eo [1] quod factus est permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est et in veritate non stetit, non in contrariam substantiam transiit, sed a summo bono, cui debuit adhaerere, discessit.

(Cap. LXI.) Virtutes angelicae quae in divino amore fixae [1] perstiterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine subripientis culpae mordeantur, ut et in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, et in hoc sic conditae aeterna stabilitate subsistant.

(Cap. LXII.) Tales creati sunt angeli, ut, si vellent, in beatitudinis luce persisterent, si autem vellent, etiam labi potuissent. Unde et Satan cum sequentibus legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui perstiterunt, ut cadere omnino non possent, quia ne omnino iam caderent, virtutem incommutabilitatis acceperunt.

Cap. XXX. (Cap. LXIII.) Bonae sunt nuptiae, sed causa filiorum et [1] compescendae fornicationis obtentu.

Cap. XXXI. (Cap. LXIV.) Melior est continentia, sed non [1] sibi sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitiae [2] retentetur, sed si [3] et hoc cum affectu

2. a deo commissus est *edit. Elmenh.*

Cap. XXVIII. — 1. esse perennem et filium *cod. Florent.*

Cap. XXIX. — 1. arbitrio *edit. Elmenh.* 2. rependendo. Propter quod et merito *edit. Elmenh.* 3. tenuerunt *edit. Elmenh.* 4. deviaverunt *edit. Elmenh.*

(Cap. LX.) *In ante editis tria ista capitula* [*LX., LXI., LXII.*] *quae a MSS. absunt, adiecta fuerunt.* (Bened.) 1. quo *habet edit. Bened.*

(Cap. LXI.) 1. praestiterunt *edit. Elmenh.*

Cap. XXX. — 1. non concupiscentiae et fornicationis obtentu *quidam MS.* (Bened.)

Cap. XXXI. 1. sibi sola sufficit *edidit Elmenh., de auctorit. cod. Florent.* 2. recenseatur *edit. Elmenh.* retinetur „*alii*" *ap. Elmenh.* 3. et cum tali effectu *edit. Elmenh. Etiam in cod. Flor. est* affectu.

causa vacandi domino eligatur; alioquin divortium magis coniugii videbitur esse quam [4] castitas.

Virginitas utroque bono praecelsior est, quia et naturam vincit Cap. XXXII. (Cap. LXV.) et pugnam, naturam corporis integritate, pugnam pace [1] castimoniae.

Bonum est [1] in cibum cum gratiarum actione sumere [2] quidquid Cap. XXXIII. (Cap. LXVI.) deus edendum praecepit. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis, sed quasi non necessariis, non est malum. Moderari vero [3] eorum usum pro necessitate et tempore proprie Christianorum est.

[1] Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas aut stupro, Cap. XXXIV. (Cap. LXVII.) cibos [2] vero credere malos vel [3] mali causam percipientibus, non est Christianorum, sed proprie [4] Encratitarum et Manichaeorum.

Sacratae [1] deo virginitati nuptias coaequare, aut pro amore ca- Cap. XXXV. (Cap. LXVIII.) stigandi corporis abstinentibus a vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere, [2] nec hoc Christiani, sed Ioviniani est.

Integra fide credendum est beatam Mariam dei Christi matrem Cap. XXXVI. (Cap. LXIX.) et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. Nec est blasphemiae Helvidii acquiescendum, qui dixit: [1] Virgo ante partum, non virgo post partum.

Elementa, id est caelum et terram non [1] credimus abolenda per Cap. XXXVII. (Cap. LXX.) ignem, sed in melius commutanda: figuram quoque mundi, id est imaginem, non substantiam, transituram.

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Cap. XXXVIII. (Cap. LXXI.) Melius est pro intentione sequendi dominum [1] semel donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere.

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non Cap. XXXIX. (Cap. LXXII.) ordinandum: neque eum qui unam quidem, [1] sed concubinam, non matronam, habuit: nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem in matrimonio sumpsit: neque eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua vel iusto iniustove

4. *Ita Benedictini, et cod. Florent. Elmenh. edidit* appetitio castitatis.

Cap. XXXII. — 1. castimoniae, quae pro solo amore pudicitiae in pace est *edit. Elmenh.*

Cap. XXXIII. — 1. in *om. edit. Elmenh.* 2. et quidquid deus praecepit, edendum est *edit. Elmenh.* 3. *MSS.* carnium usum. (Bened.)

Cap. XXXIV. — 1. Malas vero dicere *edit. Elmenh.* 2. quoque *edit. Elmenh.* 3. mali causas creare percipientibus *cod. Florent.* malitias causare percipientibus *edit. Elmenh.* 4. *Ita de librorum suorum auctoritate recte ediderunt Benedictini pro vulgata* Hierachitarum, *cui Elmenhorstius quoque acquievit.* Encratitarum *in suo cod. ms. invenit etiam F. Bapt. Cotelerius, sponsore ipso Eccl. Gr. Monum. tom. I, pag. 780.*

Cap. XXXV. — 1. vero *„alii" ap. Elmenh.* 2. non *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVI. — 1. fuit virgo *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVII. — 1. credamus *edit. Elmenh.*

Cap. XXXVIII. — 1. semel *cod. Florent., et edit. Bened.* insimul *edit. Elmenh., cum ceteris.*

Cap. XXXIX. — 1. non *cod. Florent.*

[2]timore superatus truncaverit: neque illum qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusisse [3]dinoscitur: neque eum qui publica paenitentia mortalia crimina deflet: neque illum qui aliquando in furiam versus insanivit, vel afflictione diaboli vexatus est: nec eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam offert.

Cap. XL. (Cap. LXXIII.) Sanctorum corpora, et praecipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra sincerissime honoranda, et basilicas eorum nominibus appellatas, velut [1]loca divino cultui mancipata, affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas [2]credimus. Si quis contra hanc sententiam [3]venit, non Christianus, sed Eunomianus et Vigilantianus [4]creditur.

Cap. XLI. (Cap. LXXIV.) Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Nullum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam aeternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet: hoc et martyr coram persecutore facit, qui et confitetur fidem suam, et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel adspergitur aqua, vel intinguitur: [1]et hic vel adspergitur sanguine, vel [2]intinguitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum: hic [3]locutorium efficitur spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed spiritus [4]patris, qui loquitur in illo. Ille communicat eucharistiae in commemoratione mortis domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiaturum: hic ipsi renuntiat vitae. Illi peccata omnia dimittuntur: in isto extinguuntur.

Cap. XLII. (Cap. LXXV.) In eucharistia non debet pura aqua offeri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cum aqua mixtum; quia et vinum fuit in redemptionis nostrae mysterio, cum dixit: [1]*Non bibam a modo de hoc genimine vitis:* et aqua mixtum, [2]quod post caenam dabatur. Sed et de latere eius, quod lancea perfossum est, aqua cum sanguine egressa vinum de vera eius carnis vite cum aqua expressum ostenditur.

Cap. XLIII. (Cap. LXXVI.) Bona est caro nostra, et valde bona, utpote a bono solo deo

2. iudicio *cod. Colbertinus, ap. Benedictinos.* 3. probatur *cod. Florent.*

Cap. XL. — 1. loca sancta divino *edit. Elmenh.* 2. credimus *abest a MSS.* (Bened.) 3. venerit *edit. Elmenh.* 4. habeatur *cod. Florent.*

Cap. XLI. — 1. martyr vero vel *edidit Elmenh. ex cod. Florent.* 2. intinguitur *legitur in MSS., testibus Benedictinis, qui tamen vulgatam retinuerunt* contingitur. 3. locutorium *restituerunt Benedictini de auctoritate scriptorum librorum.* locatorium *cod. Florent.* habitaculum *edit. Elmenh., ceterique ante Benedictinos editi.* 4. sanctus *cod. Florent.*

Cap. XLII. — 1. Matth. XXVI, 29. 2. non quod post coenam dabatur, sed quod de latere eius lancea perfosso aqua *edit. Elmenh.*

condita, et non est mala, ut volunt [1]Sethianus et [2]Ophianus et Patricianus; nec mali causa, ut docuit [3]Florinus, nec ex malo et bono compacta, ut Manichaeus blasphemat. Sed cum sit creatione bona, arbitrio [4]animae efficitur nobis vel bona vel mala, non [5]mutatione substantiae, sed [6]executionis mercede. Ipsa enim est quae stabit ante tribunal Christi, [7]in qua referat anima propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum.

Cap. XLIV. (Cap. LXXVII.) In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, et femina in forma feminae, [1]carens sexus tamen huius vitae tantum conditione, non specie naturali, ne non sit vera resurrectio, si non id resurget quod cadit.

Cap. XLV. (Cap. LXXVIII.) Ante [1]passionem domini, omnes animae sanctorum in inferno sub debito praevaricationis Adae tenebantur, donec auctoritate domini per indebitam eius mortem [2]de servili conditione liberarentur.

Cap. XLVI. (Cap. LXXIX.) Post ascensionem domini ad caelos omnium sanctorum animae cum Christo sunt, et exeuntes de corpore ad Christum [1]vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram et [2]perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur; sicut et peccatorum animae in inferno sub timore positae expectant resurrectionem sui corporis, ut cum [3]ipso ad poenam [4]detrudantur aeternam.

Cap. XLVII. (Cap. LXXX.) Paenitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vitae spiritu admissorum paeniteat, et publica lamentatione peccata prodantur; quia propositum [1]dei, quo decrevit salvare quod perierat, stat immobile: et ideo quia voluntas eius non mutatur, sive emendatione vitae, si tempus conceditur, sive [2]supplici confessione, si continuo vita exceditur, venia peccatorum fideliter praesumatur ab illo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione paenitendo, et salvatus miseratione [3]domini vivat. Si quis aliter de iustissima dei pietate sentit, non Christianus sed Novatianus est.

Cap. XLVIII. (Cap. LXXXI). Internas animae cogitationes diabolum non videre certi sumus,

Cap. XLIII. — 1. Timotheani et Prisciani *cod. Florent.* 2. *MSS.* Ophinianus (Benedict.) 3. *Sic MSS. At editi* Florianus (Bened.) Florianus *habet Elmenh. quoque editio.* 4. animi *cod. Florent.* 5. immutatione *edit. Elmenh.* 6. *Aliquot MSS.* excusatione commercii. *Quidam* exsecutione commercii. (Ben.) 7. in qua perferat *edit. Elmenh.*

Cap. XLIV. — 1. carens tamen sexuum in hac vita conditione *edit. Elmenh*

Cap. XLV. — 1. passionem et resurrectionem domini *cod. Florent. et edit. Elmenh.* 2. a servili *edit. Elmenh.*

Cap. XLVI. — 1. *Auget MS. Florent.* vadunt, sicut scriptum est, Iustorum animae in manu dei sunt. (Elmenh.) 2. *Quidam MSS.* perfectam. (Bened.) 3. ipso diabolo *edidit Elmenh. ex cod. Florent.* 4. convertantur *MSS. Benedictinorum et cod. Florent.*

Cap. XLVII. — 1. Luc. XIX, 7. 2. *Aliquot MSS. Benedictinorum et cod. Florent.* publica confessione. 3. Ezech. XIX, 23. XXXIII, 11.

sed motibus eas corporis ab illo et affectionum indiciis colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit ad quem dicitur, [1] *Tu solus nosti corda filiorum hominum.*

Cap. XLIX. (Cap. LXXXII.) Non omnes malae cogitationes nostrae semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt. Bonae autem cogitationes semper a deo sunt.

Cap. L. (Cap. LXXXIII.) Daemones per [1] energiam non credimus substantialiter illabi animae, sed [2] applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui natura subsistens incorporeus capabilis est suae facturae.

Cap. LI. (Cap. LXXXIV.) Signa et prodigia et sanitates etiam peccatores in nomine domini facere ab ipso deo didicimus: [1] et cum alios hac praesumptione iuvent, sibi per ambitionem humanae gloriae nocent, quia gloriantur in dato falso, [2] id est non meritis debito.

Cap. LII. (Cap. LXXXV.) Signis et prodigiis clarum posse fieri Christianum, non tamen sanctum, si intemperatis et asperis [1] moribus agat, temperatis autem et placidis moribus etiam absque signorum efficacia et sanctum et perfectum et dei hominem fieri recte credimus.

Cap. LIII. (Cap. LXXXVI.) Nullus sanctus et iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus [1] et sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim [2] naturae viribus, sed propositi adiumento per dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo veraciter se omnes sancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, et si non reprehensione conscientiae, certe mobilitate [3] praevaricatricis naturae.

Cap. LIV. (Cap. LXXXVII.) Pascha, id est dominicae resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernalis aequinoctii et [1] quartaedecimae lunae perfectionem non potest celebrari, [2] eodem tamen mense natae.

Cap. LV. (Cap. LXXXVIII.) Propter novellos legislatores, qui ideo animam tantum ad imaginem dei creatam dicunt, ut quia deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima esse credatur, libere confitemur imaginem in aeternitate, similitudinem in moribus [1] inveniri.

Cap. XLVIII. — 1. III Reg. VIII, 40.

Cap. L. — 1. energiam *MSS. Benedictinorum.* ἐνέργειαν *edidit Elmenh. de auctorit. cod. Florent.* energicam operationem *vulgatam scripturam receperunt Benedictini.* 2. applicatione *inducit cod. Florent.*

Cap. LI. — 1. *Scribendum puto* sed. 2. id est *om. edit. Elmenh.*

Cap. LII. — 1. motibus *ediderunt Benedictini utroque loco.*

Cap. LIII. — 1. vel *edit. Elmenh.* 2. naturae humanae viribus *edit. Elmenh.* 3. mobilitate et mutabilitate *edit. Elmenh.*

Cap. LIV. — 1. *MSS.* quintaedecimae lunae initium. (Bened.) sextaedecimae lunae initium *cod. Florent.* 2. in eodem mense natae *edit. Elmenh.*

Cap. LV. — 1. *Veteres codices non omnes ad caput nostrum 55. desinunt, adduntur que alia et alia in diversis codicibus capitula.* (Bened.) *Ita in cod. ms. saec.*

*VIII. vel IX. olim Bobiensi, hodie Vindobonensi n. CCCXXII. (cf. Endlicheri Catal. Codd. Philol. Latin. Bibl. Palat. Vindob. p. 217 sq.), haec addita leguntur:* iuxta divinae scripturae relationem integrum hominem, qui ex anima constat et carne, ad imaginem dei factum, illa imagine, qua postea homo factus est deus, dicente Apostolo: et regnavit mors ab adam usque moysem, etiam in eos, qui non peccaverunt, in similitudinem prevaricationis adae, qui est forma futuri, id est χρι novissimi adam, qui in forma qua erat quandoque hominem adsumpturus, praeformavit primum adam, confirmante hoc ipsum apostolo, ubi dicit: vir quidem non debet velare caput suum, quia gloria et imago dei est, mulier in gloria viri est. In anima sexus diversitas non est. Si una masculo et feminae anima est, sicut vera est, quomodo viri dicitur imago esse dei, femina imago viri, nisi quod χρι deus creator hominis viri formam adsumpturus postea erat, impsum *(sic)* ad imaginem suam prefiguravit, femina vero ex viro sumptam viri imaginem expressit, ambo tamen imago dei, quia unus ex altero, dicente scriptura: creavit deus hominem, ad imaginem dei creavit eum, masculum et feminam creavit eos. „**Explicit expositio fidei catholicae.**"

# GEVERHARTI ELMENHORSTI

## NOTAE

AD

## GENNADIUM.

Gennadius] Ita rectissime libelli huius autorem indigetant Walafridus Strabo, Algerus, Petrus Lombardus, Thomas de Aquino, Platina et MS. codex Florentinus, uti huius rei oculatus testis, Fridericus Lindenbrogius, vir doctissimus, nobis indicium fecit.

De ecclesiasticis dogmatibus] I. e. *de ecclesiasticis placitis.* Augustin. Tom. IV. lib. 1. quaest. Evangel. quaest. XI. *Dogmata sunt placita sectarum.* Diog. Laertius lib. III. in Platone, p. 217. Δόγμα δὲ ἑκατέρως καλεῖται, τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή. τούτων δὲ τὸ μὲν δοξαζόμενον πρότασις ἐστὶν, ἡ δὲ δόξα ὑπόληψις. Scripserunt autem et ante Gennadium de dogmatib. ecclesiast. Musanus et Didymus Alexandrinus, quorum lucubratiunculae cum ipsis perierunt. Hieronym. *de viris illustribus.*

Cap. I. — Credimus unum esse deum patrem, et filium, et spiritum sanctum] Exorditur a communi regula fidei, quam velut fundamentum omnibus haeresibus opponit. Nazianz. de Fide orat. XLIX. Socrates Histor. ecclesiast. lib. II. c. XXV. Tertullian. de virgin. velandis cap. I. Guitmundus de Trinitate tom. 4. biblioth. patrum. Augustinus Hipponensis eccles. episcopus tom. 3. de fide et symbolo ç. 1. de Tempore serm. CXCV. et CXXV. Iohannes Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. 8. Gregorius PP. in decretis part. I. tit. I. Athanasius in exposit. fidei fol. 394. et sequent. Concilium Constantinopol. II. cap. 7. Concil. Toletanum I. cap. XXI. Concil. Toletan. IV. cap. I. Concil. Lateranense cap. I. Isidorus Hispalensis de officiis ecclesiasticis lib. II. cap. XXIII. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. I. apud Augustin. tom. 3. Victor in exposit. fidei tom. V. biblioth. patrum fol. 457. Fulgentius ad Trasimundum regem lib. 3. fol. 54. Ferrandus Diaconus paraenet. ad Reginum fol. 1893. in appendic. biblioth. patrum. Edictum Iustiniani Imp. de fide tom. I. Iuris Graeco-romani fol. 521. Concil. Arelatense III. cap. I. Concil. Wormatiense cap. I. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. II. cap. LVII. Gregor. Turonensis histor. Francor. lib. I. cap. I.

Unum esse deum] *Unum esse deum* dicit ideo, ne quis cum *Tritheitis* tres, vel cum paganis multicolis plures deos recipiat. Fulgentius episcop. Ruspensis in respons. ad Arrianos fol. 30. et 33. ad Donatum fol. 91. Deuteron. cap. VI. vers. 4. Esaiae XLII. vers. 10. XLIV. vers. 8. 1 Corinth. VIII. vers. 6. ad Ephes. IV. vers. 5. ad Timoth. I. cap. 2. vers. 5. Ignatius ad Philadelphens. epist. V. p. 23. Iustinus Martyr in exposit. fidei fol. 292. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. V. Cyrillus in exposit. symboli Niceni fol. 204. Petrus Chrysolog. in symbol. apostol. sermon. LX. *Unum deum in trinitate credit Christiana fides: scit patrem, scit filium, scit spiritum sanctum, deos nescit. Divinitas in personis trina est, sed una in trinitate est divinitas; personis trinitas distincta est, non est divisa substantiis. Deus unus est, sed trinitate; deus solus est, sed non solitarius: divinitas nec trini-*

*tate dividitur, nec confunditur unitate.* Augustinus de tempore serm. 3. *Deus unus est pater, deus unus est filius, deus unus est spiritus sanctus; non tres dii, sed unus est deus, trinus in vocabulis, unus in deitate substantiae.*

Patrem eo quod filium habeat] Contra Mahumetistas qui deum filio carere dicunt. Alcoran azoara XI. fol. 37. azoara XX. fol. 70. azoara XXVIII. fol. 94. azoara XXXI. fol. 140. azoara XXXIII. fol. 111. azoara XXXV. fol. 114. azoara XLVII. fol. 104. azoara XLIX. fol. 143. azoara CXXII. fol. 788. Iohan. Cantacuzenus Imp. Constantinopol. orat. 3. in Mahumetem. Saracenica Commelini p. 2. D. Clemens epistola I. ad Iacob. fratrem domini tom. I. Concil. fol. 30. *Patrem cum audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui possidet aliquid.* Cyrillus Hierosolym. Catechesi VII. illuminat. fol. 85. Augustin. de tempore serm. XXXVIII. Athanasius orat. 2. contra Arrianos fol. 158. Chrysostomus tom. III. de SS. Trinitate. Ruffinus in exposit. symboli apud Hieronym. tom. 9. fol. 74. Nazianzenus in laudem Heronis philosophi orat. 23. Hilarius lib. 3. de Trinitate. Phaebadius contra Arrianos. Ambrosius in exposit. symboli apostolorum cap. V. fol. 91. Chrysologus serm. LVII. LVIII. LIX. LX. Tertull. adversus Praxeam cap. X. Baeticus de fide.

Filium eo quod patrem habeat] Beda in exposit. epist. Pauli ad Hebraeos c. 1. fol. 1056. *Filius dei secundum hoc dicitur, quod ei pater est, quod habet de quo sit: non secundum hoc quod prior esset pater, et postea filius.* Cyrillus Hierosolymit. catechesi XI. illuminat. fol. 79. Gregorius Baeticus de fide. Fulgentius contra obiectiones Arrianorum fol. XXVII. Nazianzenus orat. IV. de Theologia. Hieronym. in Psalm. XVII.

Spiritum sanctum, quod sit ex patre et filio procedens] Sancti spiritus missionem a patre esse et filio, cum ecclesia Romana recte approbat atque credit, contra communem Graecorum errorem, qui spiritum sanctum a patre solum procedere affirmant. Psellus in cap. Theolog. p. 157. cap. X. ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία τὸν πατέρα μὲν δογματίζει ἀγέννητον, τὸν υἱὸν δὲ γεννητὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. et Cyrill. de S. Trinitate c. X. Ius Graeco-roman. tom. I. fol. 440. Concil. Nicaenum. Concil. Constantinop. I. c. VII. Epiphan. in fine *Ancorati.* Anastasius de dogmatib. fidei fol. 674. Nazianzen. *in S. Lumina.* orat. XXXIX. Damascen. de fide orthodoxa lib. I. c. IX. Theophylact. Bulgar. archiepiscop. in Iohan. cap. 3. Vide Concilium Florentinum tom. 3. concil. session. XVIII. et seq. Petrum Lombardum sentent. lib. 1. cap. XI. Durandum lib. I. distinct. XI. quaest. I. Thomam Aquin. part. I. sum. quaest. 36. articulo I. Bonavent. in sent. Petri Lombardi lib. I. distinct. XI. quaest. 1. Marcialis episcopus in epist. ad Burdigal. c. X. *Spiritus domini non genitus, non factus, non creatus, sed procedens est a patre et verbo.* Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XI. *Firmissime tene, et nullatenus dubites spiritum sanctum, qui patris et filii unus est spiritus, de patre et filio procedere. Dicit enim filius, cum venerit spiritus veritatis, qui a patre procedit. Ubi suum spiritum esse docuit, quia ipse est veritas. De filio quoque procedere spiritum sanctum prophetica atque apostolica nobis doctrina commendat. Esaias enim dicit de filio, percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo et apostolus ait: quem interficiet dominus Iesus spiritu oris sui. Quem etiam ipse unicus dei filius spiritum oris sui esse significans post resurrectionem insufflans in discipulos ait: accipite spiritum sanctum.* Isidorus Hispalensis epistol. ad Claudium fol. 694. Cyprianus de *Spiritu sancto.* fol. 437. Hilarius lib. VIII. de Trinitate. Gregorius Magnus tom. 2. in Evangelia homil. XXVI. Beda homil. aestival. de tempore fol. 46. De Elementis Philosoph. lib. I. fol. 313. Hieronym. in Esaiam lib. XVI. c. 57. et tom. 3, ad Haedibiam quaest. IX. Concilium Toletanum I. c. 21. Concil. Toletanum IV. cap. 1. Corpus Canonicum part. 3. distinct. V. de consecratione. Concil. Lateranense c. 1. Rabanus Maurus de institut. Clericorum lib. 2. c. 57. Autor de Spiritu et Anima c. 54. Autor de Speculo c. 18. apud Augustin. tom. IX. Augustin. de Trinitate lib. XV. cap. XXVI. et sequent. Tom. VI. contra sermonem Arrianorum c. XIX. de fide et symbolo cap. 1. Autor de Trinitate et unitate dei c. 1. apud Augustin. tom. IV. fol. 673.

Pater principium deitatis] Rabanus Maurus archiepiscop. Mogunt. in Ecclesiast. lib. VI. cap. 2. *Pater origo est divinitatis.* Autor de Spiritu et Anima apud Augustinum tom. 3. fol. 635. *Pater a nullo est, filius a solo patre est, spiritus sanctus simul a patre et filio est.* Iohan. Theophilus in exposit. symboli Nicaeni

tom. I. concil. fol. 544. Damascenus contra Manichaeos p. 239. de fide orthodoxa lib. I. c. IX. Caesarius Dialog. I. Nazianz. orat. XXXIX. Clemens Epist. 1. ad Iacob. fratrem domini. Procopius Sophista in Esaiam fol. 501. Hilarius lib. VI. de Trinitate. Gelasius de Actis concil. Nicaeni p. 117. Ambrosius in symbolum apostolorum c. 3. Paulinus adversus Felicem Urgelitanum fol. 438. Cyrillus Alexandrinus in Thesauro lib. 1. cap. VI.

Pater principium deitatis] Graeci et Latini theologi veteres patrem statuunt principium filii et fontem τοῦ τῆς δικαιοσύνης ποταμοῦ, κατὰ τὸ αἴτιον, non quod pater sit prior filio aut tempore, aut natura. Est enim filius patri coaeternus et coessentialis, lumen de lumine, deus verus de deo vero, ποιητὴς χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον. εἰ δὲ λέγομεν τὸν πατέρα ἀρχὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ καὶ μείζονα, οὐ προτερεύειν αὐτὸν τοῦ υἱοῦ χρόνῳ ἢ φύσει ὑποφαίνομεν (δι᾽ αὐτοῦ γὰρ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν), οὐδὲ κατὰ ἕτερόν τι, εἰ μὴ κατὰ τὸ αἴτιον, τουτέστιν, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι ὁ πατὴρ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ φυσικῶς, ὥσπερ οὐκ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ πῦρ φαμὲν προέρχεσθαι, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πυρὸς τὸ φῶς. ὅτε οὖν ἀκούσομεν ἀρχὴν καὶ μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, τῷ αἰτίῳ νοήσωμεν. καὶ ὥσπερ οὐ λέγομὲν ἑτέρας οὐσίας τὸ πῦρ, καὶ ἑτέρας τὸ φῶς, οὕτως οὐχ οἷόν τε φάναι ἑτέρας οὐσίας τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἑτέρας, ἀλλὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς. Quoniam vero filius ex patre per generationem est, non tribuuntur illi hae proprietates, quod sit ἄναρχος, ἀναίτιος vel ἀγέννητος. Cyrill. Hierosolym. catechesi XI. p. 237. Theodoret. Cyri episcop. dialog. 2. p. 107. et 111. Hilarius lib. IX. de S. trinitate. Cyrillus Alexandr. de S. trinitat. cap. VIII. p. 37. et sequent. Basilius Magnus lib. I. contra Eunomium. Iohannes Damascenus de fide orthodox. lib. I. cap. IX.

Ita nunquam non fuit pater] Testimonium evidentissimum contra Arrii blasphemias, qui asserere arrepta impietate praesumpsit *patrem non semper patrem fuisse*. Arrii verba sunt, οὐκ ἀεὶ ὁ θεὸς πατὴρ ἦν, ἀλλ᾽ ἦν ὅτε θεὸς μόνος ἦν, καὶ οὔπω πατὴρ ἦν, ὕστερον δὲ ἐπεὶ γέγονε πατήρ. Athanasius disput. 2. contra Arrianos fol. 137. Athanasius tom. 1. orat. 2. contra Arrian. fol. 144. et sequent. tom. 2. fol. 33. Damascenus contra Manichaeos p. 239. de fide orthodoxa lib. 1. c. VIII. Epiphanius contra Sabellianos haeres. LXII. in *Ancorato* fol. 326. Nazianz. orat. IV. de *Theologia*. Nicephorus Callistus eccles. Histor. lib. VIII. c. VIII. Socrates Scholasticus lib. I. c. 3. Historia Tripartita lib. I. c. 13. Gennadius in *Syagrio*.

A quo filius natus] Caesarius Dialogo I. Nazianz. de fide Nicaena. in S. lumina. orat. XXXIX. Augustin. in quaest. de Trinitate tom. III. fol. 739. Damascenus de fide Orthodoxa lib. I. c. IX. lib. IV. c. VII.

Spiritus sanctus non natus] Ambrosius in exposit. symboli apostolorum c. 3. fol. 89. *Quod neque natum neque factum est, pater est, non enim ab aliquo est. Quod natum et factum non est; filius est, qui a patre genitus est. Quod vero neque natum neque factum est, spiritus sanctus est, qui a patre et filio procedit.* Alcuin. de doctrina fidei in appendice bibliothec. patrum fol. 1924. Quaest. *Quare spiritus sanctus ingenitus vel genitus dici non debet.* Respons. *Quia si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres, si genitus, duo filii aestimari possent.* Nazianzenus de fide Nicaena. Autor de Trinitate et unitate c. I. apud Augustinum tom. IV. Gennadius de viris illustribus in *Isaac*. Petrus Lombardus lib. I. sententiar. distinct. XIII. Durandus lib. I. distinct. XIII. quaest. 3. Augustin. in respons. ad Orosium tom. IV. fol. 481. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. XVIII. lib. IV. cap. VII.

Filius patri coaeternus] Fulgentius contra obiectiones Arrianorum fol. 27. *Quod pater est, hoc est et filius, quia de deo deus, de perfecto perfectus, de immenso immensus, de omnipotente omnipotens, de aeterno patre natus est filius coaeternus.* Vid. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. c. V. Augustin. tom. VI. contra serm. Arrianorum fol. 454. Autor de V. haeres. fol. 30. Autor de Trinitate et unitate cap. V.

Pater ingenitus] Graeci et Latini patres passim deum patrem appellant ἀναίτιον, ἄναρχον, ἀγέννητον, *causae et principii expertem, innascibilem, ingenitum.* Iustinus Martyr in exposit. fidei fol. 292. Basilius Magnus in lib. contra Eunomium. Theodoretus Cyri episcop. dialog. 2. pag. 106. 111. Cyrillus Hierosolym. catechesi XI. fol. 237. Cyrillus Alexandrinus in quaestion. et respons. p. 122. de S. Trinitate cap. IX. Damascenus de fide orthodox. lib. 1. cap. IX. et in quaestion. p. 138. Psellus in cap. theolog. c. I. et X. quae voces tamen in S. scriptura non reperiuntur, sed ex ea colliguntur, ut ait Gregor. Nazianzenus orat. V. de Theo-

logia. Nicetas in Nazianz. tom. 2. fol. 927. Augustinus ad Pascentium epistola CLXXIV. Epiphanius contra Aëtium haeres. LXXVI. Athanasius in disputat. contra Arrium tom. II. fol. 374. scribit: cum Sabelliana haeresis genitum ex virgine patrem voluisset asserere, ἀγέννητον contra hanc confitendo ecclesia tradidit patrem. In lib. dialog. de S. trinitate 2. fol. 160. 161. 162. et 164. cum Epiphanio contra Semiarrianos haeres. LXXIII. et Ambros. de incarnat. Dominicae sacram. cap. VIII. et IX. verbum ἀγέννητον (ex quo Aëtius et Arrius probare nitebantur, alterius substantiae esse patrem, alterius filium, quod ille ingenitus, ille genitus diceretur) plane reiicit, et patrem non ingenitum, sed patrem cum sacra scriptura dicendum, affirmat.

Spiritus sanctus patri et filio coaeternus] Augustinus de fide et symbolo tom. III. fol. 102. cap. IX. *Spiritus sanctus non de minore natura quam pater et filius est, sed ut ita dicam, consubstantialis et coaeternus, quia ista trinitas unus est deus.* Vide Iohan. Damascenum de fide orthodoxa lib. I. c. X. et XVIII.

Non confusa in una persona trinitas, sicut Sabellius dicit] Honorius de haeres. *Sabelliani unam personam patris et filii et spiritus sancti adstruunt.* Vincent. Lirinens. contra haeret. c. XXXIV. Didymus Alexandrinus in epistolam Ioh. I. c. V. Victor de fide catholica. Cassianus de incarnat. Christi lib. I. Vigilius Martyr contra Eutychen lib. I. Epiphanius haeres. LXII. LXIX. Leontius de sectis p. 437. Caesarius frater Nazianz. dialog. I. Harmenopulus de sectis p. 589. Isidorus Hispalensis orig. lib. VIII. c. V. Philastrius haeres. LIV. Iohan. Monachus in canone contra omnes haereses tom. IV. biblioth. patrum. Theodoretus lib. 2. fabul. haeret. Fulgentius de fide orthodoxa ad Donatum fol. 94. Faustinus de fide contra Arrianos fol. 770. Baeticus in lib. de fide. Nicephorus Callistus lib. VI. c. XXV. Leo PP. serm. IV. de Nativitate domini pag. 37. Ambrosius in symbol. apostolorum c. 2.

Neque separata aut divisa in natura divinitas, ut Arrius blasphemat] Proculus de fide ad Armenios fol. 413. *Fugiamus Arrii vaesaniam, qui trinitatem inseparabilem substantiis dividit.* Cyrillus in Iohan. lib. VII. cap. X. Athanasius tom. 1. fol. 444. de Incarnat. Christi fol. 490. orat. V. contra Arrianos fol. 323. Honorius in catalogo de haeres. Caesarius dialog. I. Isidorus origin. lib. VIII. cap. V. Legatio Manuelis Imp. ad Armenios pag. 57. et 89. Epiphanius haeres. LXIX. Augustin. haeres. 49.

Alter in persona filius] Contra haereticos qui dicuntur κατὰ Aeschinem. Tertullianus praescription. adversus haeret. cap. LII. *Privatam blasphemiam illi, qui sunt κατὰ Aeschinem hanc habent, ut dicant, Christum ipsum esse filium et patrem.* Vid. Augustin. de fide et symbolo cap. IX.

Sed alter in persona pater, alter in persona filius] Lombardus lib. I. distinct. II. *Teneamus patrem, et filium, et spiritum sanctum, unum esse naturaliter deum. Neque tamen ipsum patrem esse, qui filius est: nec filium ipsum esse, qui pater est, nec spiritum sanctum ipsum esse, qui pater aut filius est. Una est enim patris, et filii, et spiritus sancti essentia, quam Graeci ὁμοούσιον appellant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus; quamvis sit personaliter alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus.* Augustin. ad Maxim. Medicum epist. 66. de Tempore serm. XXXVIII. Anastasius de dogmatibus fidei fol. 676. Tertull. adversus Praxeam cap. 2. Hilarius lib. 1. de S. Trinitate. Vincentius Lirinensis de haeres. cap. XIX.

alter in persona spiritus sanctus] Contra Urbicum Potentinum, qui dicebat spiritum sanctum aut esse patrem aut filium, aut certe creaturam. Athanasius Alexandrin. episcop. tom. 2. fol. 417.

Unus natura in sancta trinitate deus pater] Autor de fide ad Petrum Diaconum apud Augustin. tom. III. cap. I. fol. 149. *Principaliter atque indubitanter toto corde retine, patrem deum, filium deum, et spiritum snnctum deum, id est sanctam atque ineffabilem trinitatem unum esse naturaliter deum etc.* Athanasius in rescripto ad Liberium PP. fol. 398. Hieronym. *de illis, quae deo in S. scripturis tribuuntur.* Tom. IX. fol. 67. Nazianz. in laudem Heronis orat. XXIII. de fide orat. XLIX. Caesarius dialog. 1. Damascenus de fide orthodoxa lib. 1. cap. XI. Cerealis episcopus contra Maximinum Arrianum cap. II. Psellus in cap. Theolog. cap. I. Augustinus de Tempore sermon. 38.

Cap. II. — Non pater carnem assumpsit] Contra *Patripassianos* et delirium *Praxeae*, qui dicebat patrem descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum

passum. Tertullianus adversus Praxeam cap. I. de praescriptione adversus haeretic. cap. LIII. Ruffinus in exposit. symboli apud Hieronym. tom. IX. fol. 75. Rabanus Maurus de Trinitate cap. IV. Prudent. apotheosi p. 270. et sequent. Autor de fide ad Petrum cap. II. fol. 150. apud Augustin. tom. III. Marius Victorinus adversus Arrium lib. 1. fol. 305. Hilarius de Trinitate lib. 1. Iohannes Damascenus de *duabus Christi voluntatibus* fol. 488. de fide orthodoxa lib. IV. c. IV. Gregor. Turonens. histor. Francor. lib. V. cap. XLV. Petrus Lombardus episcopus Parisiensis sentent. lib. 3. distinct. 1. Vigilius Martyr lib. I. contra Eutychen: *Susceptae carnis dispensatio nec ad patrem nec ad spiritum sanctum, sed ad solum pertinet filium: proprie enim filius, non pater de virgine natus est.*

Ipse fieret in homine, hominis filius] Ferrandus Diaconus paraenet. ad Reginum Comitem: *Ex homine non est natus secundum carnem pater, qui filius nunquam fuit; nec spiritus sanctus, qui nec pater aliquando fuit, nec filius: sed natus est filius, ut ipse fieret filius virginis matris, qui est filius dei patris.*

Dei filius factus est hominis filius] Vid. Iohan. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. IV.

Non adoptione, non appellatione] Contra Felicem Urgelitanum et Elipandum Toletanum Episcopp. qui asserebant *Christum dei filium, quod ad humanitatem spectat, dicendum esse adoptivum non proprium ac naturalem.* Caesar Baronius tom. IX. annal. ad ann. Christi DCCLXXXIII. fol. 357. Adelmus Benedictin. Franc. reg. annal. ad annum domini DCCXCII. fol. 399. Hilarius Pictaviensis episcop. de Trinitate lib. V. *Non est dei filius deus falsus, nec deus adoptivus, nec deus nuncupativus, sed deus verus.* Vid. Paulinus Aquil. Episcop. adversus Felicem Urgelitanum fol. 435. tom. V. bibliothec. patrum. Fulgentius ad Monimum lib. III. fol. 26. ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 54. Cyrillus Hierosolymit. cateches. XI. fol. 80.

Non ergo duos Christos neque duos filios] Impugnat errorem nefandum Nestorii et Pauli Samosateni, qui duos Christos et filios, *unum servum, alterum dominum, unum patibilem, alterum impatibilem* dicunt. Theodotus Ancyrae episc. sermone contra Nestorium in Actis concilii Ephesini fol. 260. Vigilius Martyr lib. II. contra Eutychen. Legatio Imp. Manuelis ad Armenios pag. 39. 45. 51. 59. 163. 179. Harmenopulus de sectis pag. 165. Cyrillus Alexandrinus in argument. contra Nestorianos p. 2. de recta fide ad Theodosium Imp. in Actis concil. Ephesini fol. 14. in epistola ad Succesum episcop. fol. 262. 270. et tom. IV. ad Acacium episcop. Epistola XXIX. ad Iohannem Antiochenum in Actis concilii Ephesini tom. V. cap. 9. Theodorus presbyter de Incarnat. domini pag. 233. Vincent. Lirinensis contra haeres. cap. XVII. et XVIII. Elias Cretensis in Nazianzenum fol. 1011. Nazianzenus oratione XXXI. et Epistola 1. ad Cledonium fol. 739. εἴ τις εἰσάγει δύο υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Φύσεις μὲν γὰρ δύο θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα. υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ θεοί. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε, id est, *Si quis duos filios, alterum ex deo et patre, alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quae credentibus promissa est. Quanquam enim deus et homo duae naturae sunt, quemadmodum et anima, et corpus, non tamen duo filii nec dii, quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam et externam hominis partem appellaverit.* Vigilius Martyr. lib. I. contra Eutychen: *Nos unum deum, eundemque dei filium et hominis filium, non duos profitemur: et ita verbum intra virginei uteri secreta carnis sibi initia consecrasse, ut tamen verbi natura non mutaretur in carnem. Item carnis naturam ita per suscipientis mixtionem in verbi transisse personam, ut non tamen fuerit in verbo consumpta; manet enim utraque, id est verbi carnisque natura, et ex his duabus hodieque manentibus unus est Christus, unaque persona.* Vide Cyrillum Alexandrinum de recta fide ad Theodos. Imp. in Actis concilii Ephesini fol. 17. et *Quod Iesus Christus unus sit dei filius et dominus.* fol. 59. de recta fide ad Reginas fol. 70. Augustin. de verbis apostoli tom. XI. fol. 219. serm. XIV.

Unigenitum dicimus] Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. IX. λέγεται μονογενὴς, ὅτι μόνος ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς μόνως ἐγεννήθη. οὐδὲ γὰρ ὁμοιοῦται ἑτέρα γέννησις τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσει. οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ἄλλος υἱὸς τοῦ θεοῦ. Lib. IV.

cap. VIII. Chrysostomus de *incomprehensibili dei natura* tom. V. fol. 988. Theodoretus divinorum decret. epitome fol. 393. Augustinus de fide et symbolo tom. III. fol. 166. de Tempore sermon. XXXVIII. Theophylactus in Matthaeum cap. I. Damasus PP. epistola ad Paulinum Antiochen. tom. I. concil. fol. 381. Hilarius de S. Trinitate lib. III. et IV. Gregorius Baeticus de fide. Fulgentius in respons. contra Arrianos fol. 30. ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 54. Rabanus Maurus de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X.

Non confusis naturis] Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 58. *In uno eodemque Christo vera divinitatis, veraque humanitatis natura permansit, dum deus non confusus homini, sed unitus, sic in una persona utriusque naturae permanentis indicia demonstravit, ut verus deus, et plenus veris divinisque virtutibus in homine clareret assumpto, et veritas infirmitatis humanae verum plenumque hominem monstraret in deo. — Dum nostri redemptionis commercium gereretur, pleno veroque homini, plenum verumque deum decebat uniri, sic tamen ut in unitate personae, nec in homine deus, nec homo posset in deo confundi.* Iohannes Damascenus in oratione contra Acephalos fol. 573. Γέγονεν ἐκ τελείας θεότητος, καὶ τελείας ἀνθρωπότητος, εἷς Χριστὸς, εἷς υἱὸς, ὁ αὐτὸς θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου εἷς κύριος, ὁ αὐτὸς θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος. Ὅλος θεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος ἀσυγχύτως ἑνωθεισῶν τῶν φύσεων, ἀλλήλαις καὶ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιαιρέτως. Ἀσυγχύτως μὲν, φυλάττει γὰρ ἑκάστη φύσις τῆς ἑαυτῆς διαφορὰν, τὸ ἄκτιστον ἡ θεότης, τὸ κτιστὸν ἡ ἀνθρωπότης, τὸ ἀπαθὲς, ἡ θεότης, τὸ παθητὸν ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀτρέπτως δὲ, ὅτι μεμένηκεν ἑκάστη φύσις ἀναλλοιώτως. οὐ τραπεῖσα εἰς τὴν ἑτέραν, οὐδὲ μία σύνθετος χρηματίσασα φύσις, ἀλλὰ δύο ὑπάρχουσαι καὶ διαιωνίζουσαι. ἀδιαιρέτως δὲ, ὅτι ἥνωνται ἀλλήλαις καθ' ὑπόστασιν, μίαν ἔχουσαι ὑπόστασιν, τὴν προαιώνιον μὲν, ἀσώματον καὶ ἁπλῆν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων ἐκ τῆς ἁγίας, ἀεὶ παρθένου σωματωθεῖσαν ἀμεταβλήτως. *Ex perfecta deitate et perfecta humanitate factus est unus Christus, unus filius dei et hominis, idem ipse deus perfectus, et homo perfectus, totus deus, totus homo, naturis inter se unitis* i n c o n f u s e, i n c o n v e r t i b i l i t e r  a c  i n s e p a r a b i l i t e r. *Inconfuse quidem quia quaeque natura suam propriam differentiam retinet; divinitas, increatum, impassibile esse; humanitas creatum, passibile esse, et quae sunt huiusmodi. Inconvertibiliter vero, quia quaeque natura inalterabilis permansit, non conversa in alteram, neque una composita natura inde conflata, sed duae verae sunt, perpetuoque manebunt naturae. Inseparabiliter vero denique quia hypostatice sibi invicem sunt unitae, unam habentes hypostasin, quae cum fuerit aeterna, incorporea et simplex, novissimis temporibus ex sancta et semper virgine immutabiliter incarnata est:* et de fide orthodoxa lib. III. cap. III. lib. IV. cap. IX. Petrus Diaconus de incarnat. domini cap. 2.

Timotheani] Danaeus ad Augustinum de haeres. cap. 90. ex exemplari Gemblensi: *Timotheani dicunt filium dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, sed non ita unam reddidisse personam, ut non in unam sit redactus naturam, conflatorium quoddam volentes fuisse interiora virginis, per quod duae naturae, id est deus et homo, in unam resolutae et compactae massam, unam dei et hominis exhibuerint formam; immutatam videlicet naturarum proprietatem, efficientiarum coitione. Et ad confirmandam huiusmodi impietatem, quae deum asserit a sua versum natura cogunt evangelistae testimonium dicentis: et verbum caro factum est, quod ita interpretantur, divina natura in humanam conversa est. O abolitionem illi inviolabili impingentem substantiae. Huius impietatis initium Timotheus apud Byzam Bithyniae modo exulans civitatem, continentis et religiosae vitae imagine multis illudit.* Huius furori opposuit se olim Samuel Edessenae ecclesiae presbyter, ostendens verbum carnem factum, manente verbo in sua substantia, et homine in sua natura, societate non immixtione, unam filii dei reddidisse personam. Gennadius Massiliens. in catalog. viror. illustr. in Samuele.

Deus hominem assumpsit] Id est, ut Augustinus ait de Fide ad Petrum, c. 2. *Deus verbum accepit naturam hominis non personam.* Nam contrarium dicere (scil. quod persona manens in sua personabilitate fuerit assumpta) est error Nestorii qui posuit in Christo duas personas, vel duo supposita, quo qui adhaeret deo unus spiritus est: qui error condemnatus est in synodo Calcedonensi. Vid. Durandus sentent. lib. 3. distinct. V. quaest. I. Petrus Lombardus lib. 3. sentent. distinct. V. Damascenus de fide orthodoxa lib. III. cap. I. Fulgentius ad Trasimundum regem lib. III. Isidorus Hispalensis sentent. lib. I. cap. XIV. Augustinus

ad Maximum Medicum epist. LXVI. Sophronius de assumptione S. Mariae apud Hieronym. tom. IX. fol. 49. Petrus Diaconus de incarnat. domini cap. V. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. II. cap. XXXI. Thomas Aquinas part. 3. quaestion. IV. articulo 2. et seq.

Homo in deum transivit] Dura locutio, ut et illa Augustini ad Volusianum tom. 2. epist. 3. fol. 7. *Deus homini permixtus est*, et Tertulliani advers. Marcionem lib. II. cap. XXVII. *Filius arbiter patris et minister, miscens in semetipso hominem et deum.*

Non naturae versibilitate sicut Apollinaristae dicunt] Apollinaristae dicebant λόγον verbum per transmutationem in carnem conversum. Theodorus presbyter de incarnat. domini. Vigilius Martyr. lib. I. et 2. contra Eutychen. Epiphanius ancorat. fol. 386. Damascenus de fide orthodox. lib. 3. cap. 3. Athanasius tom. I. fol. 479. et 249. Cyrillus Alexandrinus tom. IV. epist. ad Nestorium fol. 29. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. 12. cap. 4.

Ut nec deus mutaretur in humanam substantiam] Fulgentius ad Trasimundum regem Wandal. lib. 3. fol. 58. *Ab ipso conceptionis virginalis exordio sic in Christo personalis unitas mansit, et sic utriusque naturae inconfusa veritas perduravit, ut nec homo a deo direlli, nec deus a suscepto homine possit separari, nec tamen deus hominem consumeret, nec homo deum in aliquo permutaret.* Et paulo post: *Sic verus deus verum suscepit hominem, ut in veritate humanae susceptionis veritatem non amitteret deitatis. Et sic dignatus est fieri quod ante non erat, ut non desisteret esse quod semper erat. Sic etiam voluit unam cum homine personam deus habere; et licet non alius esset Christus deus, et alius Christus homo; verus tamen deus permaneret in homine, et verus homo permaneret in deo: atque ita in uno Christo divinae humanaeque naturae esset inconfusa pariter et indivisa perfectio.* Vid. Augustin. de Tempore serm. XXVIII. Hormisda PP. in decretis cap. 3.

Non ex viri coitu, ut Ebion dicit] *Ebionitae* Christum solum hominem putabant, et communi etiam nativitate ex viro et femina procreatum. Eusebius eccl. histor. lib. III. cap. 27. Theodoret. lib. II. fabular. haeret. in epitome divinorum decret. fol. 402. Philastrius haeres. 37. Epiphanius haeres. XXX. S. Ignatius epist. IX. Origenes in Lucam cap. XI. homil. XVII.

Carnem ex corpore virginis trahens] Vid. Beda in Iob. cap. 26.

Carnem non de caelo secum afferens, sicut Marcion, Origenes et Eutyches affirmant] Marcion, Eutyches, Origenes, Apollinaris et Valentinus, in eum impietatis prolapsi sunt errorem, ut non solum verbi et carnis unam crederent esse naturam, verum etiam Christi carnem non de sanctae virginis Mariae corpore assumptam, sed de caelo in virginem descendisse impio ore assererent. Vigilius Martyr lib. 3. contra Eutychen. Theophilus Alexandrinus in epist. Paschali tom. I. bibliothec. patrum fol. 371. Athanasius de haeres. fol. 852. Theodorus presbyter de incarnat. Domini pag. 235. Theophylact. Bulgar. in Iohan. cap. 3. Suidas in Εὐτυχής. Sedulius in epist. Pauli ad Romanos cap. I. Gennadius Massil: presbyter in *Leone* episcopo Romano. Tertullian. praescription. adversus haeret. cap. XLIX. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ'. φωτιζομένων ἐν ἱεροσολύμοις. p. 77. πίστευε ὅτι οὗτος ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐξ οὐρανῶν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, τὴν ὁμοιοπαθῆ ταύτην ἡμῖν ἀναλαβὼν ἀνθρωπότητα, καὶ γεννηθεὶς ἐξ ἁγίας παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐ δοκήσει καὶ φαντασίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως γειναμένης, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ, οὐδ' ὥσπερ διὰ σωλῆνος διελθὼν τῆς παρθένου, ἀλλὰ σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς ἀληθῶς, φαγὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ πιὼν ὡς ἡμεῖς ἀληθῶς. εἰ γὰρ φάντασμα ἦν ἡ ἐνανθρώπησις, φάντασμα καὶ ἡ σωτηρία. *Crede quod hic unigenitus filius dei propter peccata nostra de caelo descendit in terram, et earundem affectionum cum nobis assumpsit humanitatem, et natus est ex Maria virgine et spiritu sancto. Non opinione, non phantasia humanitatem assumpsit, non tanquam per canalem transiens per virginem, sed vere incarnatus ex ipsa: lacte nutritus vere, vereque comedens sicut et nos. Si enim phantasma erat illa incarnatio, phantasma et salus.* Docte Ignatius epist. 2. ad Trallianos. et epist. V. ad Philippenses.

Neque in phantasia sicut Valentinus asserit] Valentinus, Eutyches, Saturninus, Marcion, Basilides, Cerdo et Manichaeus phantasiae praedicatores, aiunt filium dei deum, et personam hominis non substantive extitisse, sed actu putativo quodam et conversatione simulasse. Vincent. Lirinensis contra haeres. c. XX. Vigilius Martyr lib. I. contra Eutychen. Gennadius Massil. presbyter de viris illust. in *Sabbathio* episcopo. Tertullianus de anima cap. XVII. Praescription. adversus

haeret. cap. XLIX. adversus Marcionem lib. 3. cap. VIII. Epiphanius haer. XXX. Arethas Caesariens. Cappadoc. episcop. in apocalypsin cap. VIII. Nicephor. Callist. eccles. histor. lib. VI. cap. 31. Socrates lib. I. cap. 17. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. I. Theodor. Cyri episc. dialog. 2. Contra fabul. haeret. lib. IV. fine. Manuelis Imp. Legat. ad Armenios pag. 181. Optatus Milevitanus adversus Parmen. lib. IV. Damascen. de haeres. fol. 584. Beda in Lucam lib. VI. c. XXIII. Basilius Magnus ad Sozopolitan. epist. LXV.

Anima non absque sensu et ratione, ut Apollinaristae] Honorius de haeres. *Apollinaristae dicunt Christum corpus tantum sine anima suscepisse, et deitatem pro anima habuisse.* Theodoret. lib. IV. fabul. haeret. in epitome divinor. decretor. fol. 402. Vincent. Lirinensis contra haeres. cap. XVII. et XXII. Nicephorus Callist. lib. XII. cap. IV. Socrates lib. II. cap. XXXVI. Augustinus de LXXXIII. quaestion. tom. IV. quaestione 80. de agone Christiano cap. XIX. Theodoret. dialog. 2. Ruffinus eccles. histor. lib. XI. cap. XX. Cyrillus lib. VI. in Iohan. c. VII. Cassian. lib. 1. de incarnat. Domini. Leontius de sectis pag. 447. Harmenopulus p. 559. Paulinus epist. XXV. Nazianzen. epist. ad Clenodium. Athanasius de incarnat. Domini tom. I. Suidas in voce *Apollinaris.* Thomas Aquinas sum. 3. quaest. V. art. 3. Manuelis Imp. Legat. ad Armenios p. 179. et 183. Theodorus presbyter de incarnat. Domini p. 231. Theophylact. in Iohan. c. I. in Matthaeum cap. 2.

Caro absque anima ut Eunomius] Eunomius carnem in deitatem versam praedicabat. Honorius Augustodun. episcop. de haeres.

Veros in passione et ante passionem suae carnis dolores sustinuit] Contra Mahumetistas, Simonianos, Basilidianos, Marcitas, Cerdonianos, Marcionitas, Apellitas, Docetas et Manichaeos, qui ficte et putative tantum, non autem vere passum Christum affirmant. Philastrius haeres. XXXII. XLII. XLIV. XLV. LXI. Augustin. de haeres. cap. I. IV. XIV. XX. XXIII. XLVI. Sarracenica quae Commelinus edidit ann. MDXCV. Alcoran azoara XI. fol. 37. Iohan. Cantacuzenus apolog. 2. contra Mohumetistas, Cyrillus Alexandr. anathemat. XII. Εἴτις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, ἀνάθεμα ἔστω. Interpretatur anathem. illum in libello ad Euoptium tom. IV. fol. 219. *Frustra dubitat et formidat quisquam, ne passibilem filii naturam sacramenti sermo declaret, quando dicitur carne pati. Propriae enim fiunt proprii corporis passiones. Hoc sentire visus est et sanctus Petrus dicens: Christo igitur passo pro nobis in carne. Aliud autem est dicere pati in carne, et aliud simpliciter dicere pati divinitatis naturam. Quia enim idem deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad divinitatis attinet naturam, passibilis vero secundam humanitatem. Quid hic absurdi, si dicitur pati in eo quod pati potest, qui mansit impassibilis in eo quod pati non potest?* In Actis Concilii Ephesini tom. I. cap. V. fol. 57. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ. ὡς γὰρ ὑπάρχοντος θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, σοφῶς καὶ ἐμφρόνως ὁ μαθητὴς σαρκὶ πεπονθέναι φησὶν αὐτὸν. ὑπεξάγων τοῦ παθεῖν τὴν ἀπόῤῥητον φύσιν, ἧς ἀλλότριον τὸ παθεῖν. ἰδίᾳ τοίνυν πέπονθε σαρκὶ, καίτοι τοῦ παθεῖν ἀμοιρεῖν εἰθισμένος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος. θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς· θεϊκῶς μὲν ἀπαθὴς, παθητὸς δὲ κατὰ τὴν σάρκα. Christo igitur passo pro nobis in carne. *Cum Christus sit verus deus, recte sapienterque discipulus carne illum passum affirmat. Hac enim oratione naturam illam immensam, in quam nulla perpessio cadit, ab omni perpessione exemit. Sua igitur carne passus est. Nam dei verbum secundum se nullius perpessionis capax est. Christus proinde deus est, qui quidem secundum divinam naturam pati minime potest, secundum humanam autem potest.* Epist. X. ad Nestorium fol. XXX. *Confitemur quod idem ipse qui ex deo patre genitus filius est ac deus unigenitus, tametsi secundum propriam naturam sit impassibilis, carne tamen passus sit pro nobis secundum scripturas, ut propriae carnis passiones in corpore crucifixo impassibilis sibi appropriaverit, et gratia dei pro omnibus gustaverit mortem proprio illi dato corpore, licet secundum naturam suam ipse vita sit et resurrectio.* In exposit. symbol. Nicaen. fol. 229. tom. IV. *Impassibile citra omnem controversiam, quantum ad suam naturam attinet, est verbum dei: et nullus tam attonitus est, qui putare possit, naturam quae super omnia, passionum capacem. Quia autem factus est homo, propriam carnem fecit, quae ex sancta virgine. Hoc igitur modo dispensationis verba sequentes in carne propria passum esse humano more eum qui extra omnem passionem est utpote deum affirmamus.* In Actis Concil. Ephesini tom. I. cap. XII.

*Christum dicimus passum esse et resurrexisse, non quod deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavos transfixionis, aut alia vulnera: (Deus namque incorporalis extra passionem est) sed quod corpus illud quod ipsius proprium factum est; ideo haec omnia pro nobis dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur deus, qui pati non poterat. Simili modo et mortem eius intelligimus. Immortale enim et incorruptibile est naturaliter et vita et vivificans deus verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustavit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis, non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet. Insania enim est, hoc vel sentire vel dicere.* De incarnatione unigeniti cap. XXVI. *Christus patitur et non patitur, secundum aliud et aliud. Patitur autem humana carne eo quod homo sit: impassibilis autem divine manet ut deus.* Haec loca Cyrilli adscripsi ad confusionem illorum hominum, qui ipsum deitati passionem attribuisse improbe garriunt: a quo errore alienissimus fuit. Nam unicum illud dictum, quod ex lib. de incarnatione domin. cap. XXVII. fol. 261. ad doctrinam suam novam stabiliendam adferunt, tam commode ab ipso Cyrillo explicatur, ut nihil eos iuvet, et ipsum non esse dogmatis, cuius accusatur, clare demonstret. Iniuriam igitur faciunt innocentissimo viro, dum illum onerant haeresi, a qua palam se ipse defendit, et quae omnino illius non fuit, sed propria plane *Apollinaristarum, Theopaschitarum, Arrianorum, Armeniorum, Eutychis, Dioscuri, et Severi*, uti apparet ex Athanasio ad Epictetum contra omnes haeres. fol. 454. Nicephoro Callisto eccles. histor. lib. XVI. cap. XXXIII. lib. XVIII. cap. LII. Nazianzen. epistola 1. ad Cledonium fol. 740. Iohan. Cantacuzeno apolog. 2. contra Mahumetistas. S. Nicone *de pessima religione Armeniorum* tom. I. biblioth. patrum fol. 456. Vigilius Martyr quoque passionem, quae propria carnis Christi fuit, male refert ad naturae verbi proprietatem. Inquit enim contra Eutychem lib. 2. fol. 555. 556. 558. Tom. V. bibliotec. patrum: *Passionis iniurias etiam divinitas pertulit, — confixa divinitas clavis, sed ipsa penetrari non potuit — apparet deum verbum impassibiliter passum, — divinitas passionis pulsata iniuriis est.* Sed salubriter hunc errorem postmodum videtur emendasse Vigilius dum ait lib. IV. *Ipse unus idemque dei filius mortuus est secundum formam servi, et non est mortuus secundum formam dei,* et lib. 2. *In servili forma universas passionis iniurias pertulit. Et verbum immortale est, et passio secundum carnem est. Unde et Petrus apostolus ait, Christo itaque passo carne; passio igitur proprie ad carnem pertinet secundum naturam: ad verbum autem secundum personam, quia et verbi et carnis una eademque persona.* Orientales et occidentales episcopi in suis scriptis acerrime divinae naturae ἀπάθειαν propugnant, passiones specialiter ad carnem referentes. Iunilius de partibus divinae legis lib. I. cap. XVI. Atticus episcop. Constant. in actis Concil. Ephesini tom. 2. cap. 28. Acatius episcop. Melitensis in actis Concil. Ephesini tom. VI. cap. XI. Nicephorus Constantinopol. episc. in actis Concil. Ephesini tom. V. cap. XXII. Theodoretus lib. 3. dialog. fusc. Tertullianus adversus Praxeam c. XXIX. Proculus de fide ad Armenios fol. 412. Eusebius praeparat. Eccles. lib. IV. c. XIII. Isidorus Pelusiota epist. lib. IV. epist. 166. et 179. Leo PP. ad Flavianum epist. X. Fulgentius ad Trasimundum lib. 3. fol. 54. 56. 58. 59. 60. Damascenus de fide orthodoxa lib. III. cap. IV. VI. XIV. XVIII. XXVI. Theophylact. Bulgar. archiepiscop. in Iohan. cap. III. et VIII. Augustin. de Tempore sermon. CXCI. Nazianzen. epist. ad Cledonium. de fide orat. XLIX. Philastrius haeres. XCI. Paulinus Aquileiensis adversus Felicem Urgelitanum fol. 439. Iohan. episcop. Roman. de duabus naturis adversus Eutychen. Concil. Hispalense II. cap. XIII. Fulbertus episcop. Carnotensis in epistola ad Deo-datum tom. I. biblioth. patrum. Iohan. Cantacuzenus orat. 3. in Mahumet. Gelasius PP. adversus Nestorium fol. 475. tom. V. bibliothec. patrum. Paulus Emisenus episcop. de incarnat. Christi apud Cyrillum tom. IV. homil. VII. fol. 104. et 105. Epiphanius contra Ariomanitas haeres. LXIX. contra Aëtium haeres. LXXVI. contra Dimaeritas haeres. 77. Gregorius Magnus in Evangel. homil. XXV. Autor de fide ad Petrum cap. 2. Paulus Emisenus homil. 2. in nativitate salvatoris in Actis Concil. Ephesini fol. 278. Ἔτεκεν οὖν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ. κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητόν. εἰ γὰρ καὶ οἰκειοῦται τοῦ ἰδίου σώματος τὰ πάθη ὁ θεὸς λόγος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει, ἀλλά γε αὐτὸς μεμένηκεν ἐν τοῖς τῆς ἀπαθείας ὅροις. κἂν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος, δέδωκα τὸν νῶτόν μου εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· μηδὲν αὐτὸν

πεπονθέναι εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπολάβῃς. οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον τοῦ ἰδίου σώματος τὰς μάστιγας. Ὁ γὰρ θεὸς λόγος μεμένηκεν ἀπαθής. Ambrosius in Lucam lib. VI. cap. VII. fol. 103. *A morte sequestrata divinitas corporalium non subiit consortium passionum.* Lib. X. cap. XXIII. fol. 220. *Christus ascensurus crucem regalia vestimenta deposuit, ut scias quasi hominem passum esse, non quasi deum; etsi utrumque Christus, quasi hominem tamen, non quasi deum cruci esse suffixum,* et de fide ad Gratianum Imp. lib. II. cap. III. et IV. fol. 136. *Christus ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur. Sic enim et apostolus Paulus dixit, quia Christi carnem crucifixerunt. Et Petrus: Christo passo secundum carnem. Caro igitur est passa, divinitas mortis libera: passioni corpus humanae naturae lege concessit. Unde illud quod lectum est: Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus, sed quia idem deus et homo, per divinitatem deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturae, id est humanae atque divinae, in terra hominis subiit passionem, ut indiscrete et dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est, et filius hominis, sicut scriptum est, qui descendit de caelo.* Eranistes apud Theodoret. dialog. 3. p. 273. αὐτὸν δὲ θεὸν λόγον ἀπαθῶς πεπονθέναι φάμεν. Orthodoxus καὶ τίς σωφρονῶν τῶν καταγελάστων τούτων ἀνάσχοιτ' ἂν γρίφων; ἀπαθὲς γὰρ πάθος οὐδεὶς ἀκήκοέ ποτε, οὐδὲ ἀθάνατον θάνατον. τὸ γὰρ ἀπαθὲς οὐ πέπονθε, καὶ τὸ πεπονθὸς οὐκ ἀπαθὲς μείνοι ἄν. *Ipsum deum verbum impatibiliter passum dicimus.* Orthod. *Quis sana mente praeditus ferat has deridendas verborum praestigias? Nemo enim audivit unquam aut impatibilem passionem aut mortem immortalem. Nam impatibile non patitur, et patibile non manet passionis expers et vacuum:* et pag. 287. ὥσπερ τοίνυν καταβεβηκέναι μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν θείαν φύσιν ἔφησθα, υἱὸν δέ γε ἀνθρώπου κληθῆναι αὐτὴν διὰ τὴν ἕνωσιν εἴρηκας, οὕτω προσηλωθῆναι μὲν τῷ ξύλῳ τὴν σάρκα προσήκει λέγειν, ἀχώριστον δὲ ταύτης εἶναι τὴν θείαν φύσιν ὁμολογεῖν, κἂν τῷ σταυρῷ, κἂν τῷ ταφῷ πάθος ἐκεῖθεν οὐ δεχομένην, ἐπειδὴ πάσχειν οὐ πέφυκεν, οὐδέ γε θνήσκειν, ἀλλὰ ἀθάνατον ἔχει καὶ ἀπαθῆ τὴν οὐσίαν, ταύτητοι, καὶ κύριον δόξης τὸν ἐσταυρωμένον ὠνόμασε, τὸ τῆς ἀπαθοῦς φύσεως ὄνομα, τῇ παθητῇ προσνείμας. ἐπειδήπερ αὐτῆς ἐχρημάτισε σῶμα. προσεξετάσωμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὁ θεῖος εἶπεν ἀπόστολος· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. ἐσταύρωσαν τοίνυν ἣν ἔγνωσαν φύσιν, οὐχ ἣν πάμπαν ἠγνόησαν. εἰ δὲ ἔγνωσαν ἣν ἠγνόησαν, οὐκ ἂν ἐσταύρωσαν ἥνπερ ἔγνωσαν. ἐπειδὴ δὲ τὴν θείαν ἠγνόησαν, τὴν ἀνθρωπείαν ἐσταύρωσαν, ἢ οὐκ ἀκήκοας αὐτῶν λεγόντων· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς ἑαυτὸν θεόν. διὰ δὲ τούτων δηλοῦσιν, ὡς ἣν μὲν ἑώρων ἐπεγίνωσκον φύσιν, τὴν δέ γε ἀόρατον, παντάπασιν ἠγνόουν. εἰ δὲ κακεῖνον ἐπέγνωσαν οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. *Sicut descendisse e caelis divinam naturam, filium vero hominis vocari ipsam propter unionem, dixisti, sic convenit dicere, ligno quidem affixam esse carnem, confiteri autem non separatam esse ab hac divinam naturam, tam in cruce, quam in sepulchro, nec tamen passionis capacem fuisse, quia nec pati nec mori potest, sed immortalem et impatibilem habet essentiam. Sic et dominum gloriae crucifixum nominavit, impatibilis naturae nomen patibili attribuens, quoniam ipsius corpus erat. Utamur etiam hac ratiocinatione. Divus dixit apostolus: si cognovissent dominum gloriae, non crucifixissent. Crucifixerunt igitur naturam quam cognoverunt, non eam quam omnino ignoraverunt. Si enim cognovissent quam ignorarunt, non crucifixissent quam noverunt. Sed quia divinam ignorabant, humanam cruci affixerunt. An non audis ipsos dicentes: propter nullum bonum opus lapidamus te, sed propter blasphemiam, quia tu homo cum sis, facis teipsum deum; et his verbis significantes, quod naturam incurrentem in oculos agnoverint, invisibilem vero omnino ignorarint. Si vero hanc agnovissent, dominum gloriae non crucifixissent.* Irenaeus apud Theodoret. dialog. 3. p. 293. ὥσπερ γὰρ ἦν ἄνθρωπος ἵνα πειρασθῇ, οὕτω καὶ λόγος ἵνα δοξασθῇ, ἡσυχάζοντος μὲν τοῦ λόγου ἐν τῷ πειράζεσθαι, καὶ σταυροῦσθαι, καὶ ἀποθνήσκειν, συγγινομένου δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ νικᾷν καὶ ὑπομένειν, καὶ χριστεύεσθαι, καὶ ἀνίστασθαι, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι. *Sicut homo erat, ut tentaretur, sic et verbum erat ut glurificaretur, requiescente quidem verbo, ut posset tentari, crucifigi, et mori, et tamen humanitati unito, ut posset vincere, et perferre, et benefacere, et resuscitare, et recreare.* Damasus PP. apud Theodoret. lib. 3. dialog. p. 307. εἴ τις εἴποι, ἐν τῷ πάθει τοῦ σταυροῦ πόνον ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεός, καὶ οὐχὶ ἡ σὰρξ μετὰ τῆς ψυχῆς ἣν ἐνεδύσατο ἡ τοῦ δούλου μορφή, ἣν ἑαυτῷ ἔλαβε καθὼς εἴρηκεν ἡ γραφή, ἀνάθεμα ἔστω.

Dolores in passione veros sustinuit] Hinc erroris revincitur Hilarius qui nihil

doloris in passione Christum sensisse affirmat. Hilarius de S. Trinitate lib. X. p. 150. *Homo Iesus Christus unigenitus deus per carnem et verbum, ut hominis filius, ita et dei filius, hominem verum secundum similitudinem nostri hominis non deficiens a se deo, sumpsit: in quo quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent quidem haec impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent: ut telum aliquod aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aëra vulnerans. Omnes quidem has passiones naturae suae infert, ut perforet, ut compungat, et vulneret, sed naturam suam in haec passio illata non retinet; dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel aëra vulnerari, quamvis natura teli sit vulnerare et compungere, et forare. Passus quidem dominus Iesus Christus dum caeditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur, sed in corpus irruens passio, nec non fuit passio: nec tamen naturam passionis exercuit, dum et poenali ministerio illa desaevit, et virtus corporis sine sensu poena vim poenae in se desaevientis excepit.* Claudianus Mamert. episcop. de statu animae lib. II. cap. X. Petrus Lombardus episcop, Parisiensis sentent. lib. III. distinct. XVII. Cyprianus quoque in lib. de idolorum vanitate fol. 264. de morte Christi incommode loquitur, et caute legendus est: *Prophetarum* (inquit) *omnium testimonium sic ante praecesserat, oportere Christum pati, non ut sentiret mortem sed ut vinceret.* Magis rectius Fulgent. ad Trasimundum Regem lib. 3. fol. 54. *Impassibilis deus, verum passionem in vera carne sensit,* et fol. 61. *Passiones et infirmitates voluntarias quidem sed veras Christus habuit; quia carnis humanae naturam non in phantasia, sed in veritate suscepit.*

Cap. III. — Ut divinitatis initium homo nascendo acceperit] Autor de fide ad Petrum cap. 2. apud Augustin. tom. 3.

Artemon] Purum hominem, id est absque deo salvatorem fuisse confirmat. Eusebius eccles. histor. lib. V. cap. XXVIII. in apolog. pro Origine fol. 486. Nicephor. Callist. lib. IV. cap. XXI. Theodoret. Cyri episcop. fabul. haeret. lib. 2. Manuelis Imp. Legatio ad Armenios p. 181. Augustinus de haeres. cap. XLIV. Et haec est etiam doctrina Carpocratis. Tertullian. praescript. adversus haeret. cap. XLVIII.

Berillus] Peregrina quaedam et aliena a veritate docere coepit, asserens dominum et salvatorem nostrum, neque extitisse ante carnis nativitatem, neque propriam habere deitatis substantiam, sed hoc solum, quod paterna deitas in eo habitaret. Nicephorus Callistus lib. V. cap. XXII. Eusebius eccles. histor. lib. VI. cap. XXIV.

Marcellus] Purum tantum hominem praesumpsit dicere dominum Christum. Historia Tripartita lib. III. cap. IX. Nicephorus lib. V. cap. XXII. Marius Victorinus adversus Arrium lib. I. fol. 294. Socrates eccles. histor. lib. 1. cap. XXIV. Sozomenus lib. II. cap. XXXI. Basilius Magnus ad Eustathium epist. LXXVIII.

Et deus et homo ex virgine natus] Augustin. tom. X. serm. 1. de assumpt. Mariae fol. 880. *Christus ex sacratissimo corpore Mariae carnem assumpsit, et divinam naturam humanae univit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat: ut verbum caro, hoc est deus homo fieret.*

Cap. IV. — Nihil creatum et serviens in trinitate credendum] Nicetas in Nazianz. de S. baptismo fol. 881. *Nihil in trinitate servum est aut creatum, aut adventicium: utpote prius nequaquam existens, deinde autem adveniens. Neque igitur aut filius patri defuit unquam aut filio spiritus sanctus, verum immutabilis semper atque alternationis expers est sancta trinitas.* Cyrillus tom. 2. lib. *Quod spiritus sanctus deus sit, et non creatura.* Gregorius Neocaesariens. episcop. apud Euseb. lib. VII. eccles. histor. cap. XXV. Harmenopul. de sectis pag. 559. Athanasius tom. 1. ad Serapionem. Augustin. ad Bonifacium epist. L. de haeres. c. LII. Nicephor. Callist. lib. XI. cap. XLII. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. 4. c. X.

Dionysius fons Arrii] Hunc Dionysium falso Arrianismi insimulatum, longa oratione demonstrat Athanasius tom. I. fol. 428. et sequent. Ruffinus de adult. libror. Origenis apud Hieronym. tom. IX. fol. 153. Vid. Caesar Baronius Annal. eccles. tom. 2. ad ann. Christi CCLXIII. fol. 600.

Nihil inaequale gratiae ut Aëtius] Opinabatur itidem ut Arrius, conditum, et ex non existentibus, atque inaequalem patri filium esse. Nicephorus Callistus eccles. histor. cap. XXXVI. lib. XI. cap. XI. Basilius Magnus contra apologet. Eunomii lib. I.

Nihil inaequale ut vult Eunomius] Dissimilem per omnia patri asserens fili-

um, et filio spiritum sanctum. Augustin. de haeres. cap. LIV. Nicephorus Callistus lib. XI. cap. XI. Ruffin. eccles. histor. lib. X. cap. XXV. Basilius Magnus contra apologeticum Eunomii.

Nihil anterius posteriusve aut minus, ut Arrius] Athanas. tom. II. fol. 14. et de synodis *Arimini et Seleuciae* tom. I. fol. 681. Caesarius Dialog. I. *Non quidquam vel maius vel minus natum, non quidquam prius existens, adventiciumve divina in trinitate vel ante secula fuit, vel est hodie, vel deinceps erit. Nimirum pàter et filius et spiritus sanctus trinitas est, et intelligitur, et adoratur ab iis, qui vere, non dicis causa vel blaspheme adorant ut Arrius, qui dei naturam distrahit, ac maius ac minus in divina trinitate imaginatur.*

Nihil extraneum, ut Macedonius] Macedoniani sanctum spiritum a substantia patris, filiique plane discernunt, tanquam ministrum meriti prorsus inferioris. Fulgent. ad Donatum fol. 94. Ruffinus eccles. histor. lib. X. cap. II. Nicephorus Callistus lib. IX. cap. XLVII. Gregorius Magnus epistol. lib. IV. epist. XXXII. fol. 793. Damascenus de duabus Christi naturis fol. 499. Augustin. de haeres. cap. LII. Socrates ecclesiast. histor. lib. II. cap. XXXV. Theodoretus lib. 2. cap. IV. Historia Tripart. lib. V. cap. XLI. S. Maximus in lib. *de duabus naturis Christi salvatoris.* Theophylact. Bulgariae archiepiscop. in Iohan. cap. III. XIV. et XVI.

Nihil pervasione aut surreptione insertum, ut Manichaeus] Vide Augustinum de haeres. cap. XLVI. Nicephorum Callistum eccles. histor. lib. VI. cap. XXXI. Epiphanium episcop. Constantiae Cypri haeres. LXVI.

Nihil corporeum, ut Tertullianus] Augustin. haeres. 86. *Tertullianus dicit deum corporeum esse.* Ad Optatum epist. CLVII. de Genesi ad literam lib. X. c. XXV. Thomas de Aquino in epist. Pauli 2 Corinth. cap. 4. lect. V. Tertullianus de paenitentia cap. III. de carne Christi cap. II. adversus Marcion. lib. 2. cap. 16. adversus Praxeam cap. VII.

Nihil corporaliter effigiatum, ut Antropomorphus] Honorius Augustodunens. eccles. presbyt. *Antropomorphitae deum humana membra et humanam formam habere autumant, cum deus sit spiritus et incorporeus.* Hieronym. in Psalm. 93. fol. 120. Origin. in epist. Pauli ad Roman. lib. I. cap. I. Cassian. collat. lib. X. cap. V. Isidor. origin. lib. VIII. cap. V. Augustin. de Genesi ad litteram lib. X. c. XXV. epist. III. ad Fortunatian. epist. 157. ad Optatum. Ruffinus invectiva I. in Hieronym. fol. 164.

Vadianus] Augustin. de haeres. cap. L. *Vadianos quos appellant (et Epiphanius schismaticos, non haereticos vult videri) alii vocant Anthropomorphitas, quoniam deum sibi fingunt cogitatione carnali in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod rusticitati eorum tribuit Epiphanius, parcens eis, ne dicantur haeretici.*

Nihil sibi invisibile a creaturis ut Origines] Origines docebat deum patrem per naturam invisibilem, etiam a filio non videri. Vide illum περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. IV. Hieronymum adversus errores Hierosolymit. Iohan. epistola LXI. c. 3. ad Avitum epist. LIX. fol. 204. Epiphanium haeresi LIV. et in epist. ad Iohan. Hierosolym. et Ancorato fol. 381. Papiam in voce *Origeniani.* Honorium de haeres. Isidorum Hispalens. orig. lib. VIII. cap. V. Athanasius de blasphemiis Arrii tom. I. fol. 681. et Histor. Tripart. lib. I. cap. XIII. Arrio hanc opinionem adscribunt. Aetate Servus-Dei etiam exorti haeretici, qui dicerent Christum in hac vita degentem non vidisse carneis oculis suis patrem, sed post resurrectionem ex mortuis et ascensionem in caelis cum translatus est in gloriam dei patris, profectum scilicet ei dantis in remunerationem martyrii: in quos praedictus episcopus acerrime stylum strinxit, sana disputatione, et libello documentis scripturarum sufficienter facto demonstrans, *quod homo deus factus, semper patrem carneis suis oculis viderit, et spiritum sanctum, per specialem et unitam dei et hominis societatem.* Gennadius de viris illustribus in *Servus-dei.*

Nihil moribus et voluntate diversum ut Marcion] Vid. Epiphanius haeres. XLIV. Nicephorus Callistus eccles. hist. lib. 6. cap. 28.

Nihil ex trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum ut Plato] Vid. Plato in Timaeo. Beda de elementis philosophiae lib. I. fol. 313. Augustinus de Genesi ad Litteram tom. III. cap. I. fol. 341. *Creatura omnis intellectualis sive corporalis non de dei natura, sed a deo est facta de nihilo, nihilque in ea est, quod ad trinitatem pertinet, nisi quod trinitas condidit, ista condita est.*

Et Tertullianus] Tertullian. advers. Marcion. lib. IV. cap. XXXVIII. *Hominem reddi iubet creatori in cuius imagine, et similitudine, et nomine, et materia expressus est.*

Nihil officio singulare] Vide Epiphan. in Ancorato. Photii Bibliothec. fol. 5.

Non tamen solitarium sicut Praxeas] Praxeas et Sylvanus sic unum credebant deum, ut illi neque filium, neque spiritum sanctum adnumerare vellent. Tertullian. adversus Praxeam cap. XXI. Gregorius Nazianz. de fide Nicena. *Non sic deum unum confitemur ut solitarium, nec eundem qui ipsi sibi pater sit, ipse et filius.* Concil. Bracarense I. cap. I. *Si quis patrem et filium et spiritum sanctum non confitetur tres personas unius substantiae et virtutis ac potestatis, sicut catholica et apostolica ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita ut ipse sit pater qui filius, ipse etiam sit paracletus spiritus, sicut Sabellius et Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

Cap. V. — Ὁμοούσιος patri filius] Contra Arrii blasphemias asserentis οὗτος ὁ κύριος ξένος μὲν καὶ ἀλλότριος ἐστὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, κατὰ ἐπίνοιαν δὲ μόνον λέγεται λόγος, καὶ οὐκ ἔστι μὲν κατὰ φύσιν καὶ ἀληθινὸς τοῦ θεοῦ υἱὸς. Κατὰ θέσιν δὲ λέγεται καὶ οὗτος υἱὸς, ὡς κτίσμα. Athanas. tom. I. *de sententia Dionysii contra Arrianos* fol. 441. Definit Athanasius ὁμοούσιον de S. Trinitate lib. I. fol. 149. *quod eandem essentiae rationem recipit, ut homo ab homine nihil differt, quatenus homo est, et angelus ab angelo, ita et deus a deo nihil differt quatenus deus est.* De hac voce autem apud seculum prius inter Arrianos et Catholicos acerrime decertatum. Arriani dicebant novum verbum esse ὁμοούσιον, nec reperiri in sacris litteris, cum fuisset antiquis omnino ignotum, in synodo Nicena a Catholicis nunc nuper introductum; quos etiam etiam eapropter cum Macedonianis ὁμοουσιαστὰς appellabant. Catholici contra affirmabant verbum id perantiquum esse, e sacra scriptura depromptum, a multisque viris sanctis ante synodum Nicaenam usurpatum. Athanas. de decretis synodi Nicaenae contra haeres. Arrianam fol. 400. et 415. et sequent. de synodis Arimini et Seleuciae fol. 429. 695. et sequent. de S. Trinitate dialog. I. fol. 146. 155. 158. dialog. III. fol. 191. de fide Nicena fol. 49. et sequent. Hilarius de synodis adversus Arrianos fol. 241. Gelasius de Actis concil. Niceni p. 241. Phaebadius contra Arrianos fol. 264. Marius Victorinus adversus Arrium lib. I. fol. 293. et sequent. et de homousio recipiendo fol. 361. Psellus in c. theolog. c. II. et V. Cyrillus Alexandrinus de Trinitate lib. I. Fulgent. in respons. ad Arrianos fol. 33. Histor. tripart. lib. II. cap. VII. Epiphan. contra *Ariomanitas.* haeres. LXIX. Ambros. de fide ad Gratian. Imp. lib. III. c. 7. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. IX. c. XXXI.

Non homo factus praeter deum sicut blasphemat Nestorius] Ἐκεῖνος γὰρ εἶπεν ὅτι οὐχ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου οἰκήσας ἐσαρκώθη, ἀλλ' ἄνθρωπος ψιλὸς ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς ὕστερον ἔσχε τὸν θεὸν παρεπόμενον αὐτῷ. Theophylact. Bulgariae archiepiscop. in Lucam c. II. fol. 213. in Iohan. c. I. fol. 388. Socrates eccles. histor. lib. VII. cap. XXXII. Nicephorus Callist. lib. XVIII. c. XLIX. Ius Graeco-roman. tom. I. fol. 439.

Filius sicut pater et spiritus sanctus adoratur ab angelis et omni creatura] Testimonium insigne adversus illos fanaticos, qui cultum *latriae* Christo derogant. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ'. φωτιζομένων ἐν ἱεροσολύμοις p. 12. Χριστὸς σταυρωθεὶς ὑπὸ πάσης προσκυνεῖται τῆς οἰκουμένης. Theophylact. in Lucam cap. XXIV. fol. 337. *Salvator in caelum ipsum praecursor omnium ascendit, ut ostendat conspectui patris sanctam carnem, et consideat in coelis patri.* Καὶ νῦν προσκυνεῖται ἡ φύσις ἡμῶν ἐν Χριστῷ ὑπὸ πάσης ἀγγελικῆς δυνάμεως. Iohan. Cantacuzenus Imp. Constantinop. apolog. 2. contra Mahumetistas fol. 26. Ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ πρὸ τῶν αἰώνων θεὸς ὢν προσεκυνεῖτο σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ θεῷ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. Καὶ νῦν γεγονὼς ἄνθρωπος, πάλιν προσκυνεῖται ὑπὸ αὐτῶν τῶν ἀγγέλων, καὶ μετὰ τοῦ σώματος. Συμπροσκυνεῖται γοῦν καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἀνελάβετο ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ μετὰ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, καθὼς προσεκυνεῖτο καὶ ἐν ἀρχῇ παρὰ τῶν ἀγγέλων. Theodoret. episcop. Cyri dial. 2. Δεσποτικὸν σῶμα ἄφθαρτον ἀνέστη, καὶ ἀπαθὲς, καί ἀθάνατον, καὶ τῇ θείᾳ δόξῃ δεδοξασμένον, καὶ παρὰ τῶν ἐπουρανίων προσκυνεῖται δυνάμεων. *Dominicum corpus incorruptibile resurrexit et impatibile, et immortale, et divina gloria glorificatum, et a caelestibus adoratur potestatibus.* Fulgent. in respons. ad Arrianos fol. 34. *Filium etiam in forma servi positum, et propter passionem mortis paulo minus ab angelis minoratum, in caelis omnes virtutes et angeli semper adorant.* Cyrillus Alexandrinus tom. IV. in epistola ad

Nestorium fol. 30. *Christus Iesus filius unigenitus una adoratione propria cum carne adoratur.* Damascenus de duabus Christi voluntatibus fol. 474. *Una cum patre et spiritu sancto Christum incarnatum dei filium et veneror et adoro.* Et de fide orthodoxa lib. IV. c. 3. et 2. *Christus adoratur una adoratione cum sua carne ab omni creatura.* Gregorius Magnus tom. 2. homilia in Evangelia VIII. fol. 343. *Angeli naturam nostram, quam prius despexerant, postquam super se assumptam conspiciunt, in caelesti rege venerantur, et adorant hominem deum.* Vid. Cyrillus in Actis Concilii Ephesini fol. 24.

Erit resurrectio mortuorum omnium] Gennadius in Tichonio: *Tichonius Afer dicit non duas in carne resurrectiones futuras, unam et semel omnium, in qua resurgent etiam abortivi deformati.* De abortivorum resurrectione adstipulantur Tichonio Augustinus, Philippus Presbyter et Beda. Augustin. enchirid. ad Laurentium cap. LXXXV. *Occurrit de abortivis foetibus quaestio, qui iam quidem nati sunt in uteris matrum, sed nondum ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt, tolerari potest utcunque quod dicitur. Informes vero abortus quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina quae concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, et si affirmare non audeat, id futuram resurrectionem, ut quidquid formae defuit, impleatur? atque ita non desit perfectio quae accessura erat tempore: quemadmodum non erunt vitia, quae accesserunt tempore, ut neque in eo quod aptum et congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur, neque in eo quod adversum atque contrarium attulerant, natura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur, quod fuerat vitiatum.* Et de civitat. dei lib. XXII. cap. XIII. *Abortivos foetus, qui cum iam vixissent in utero, ibi sunt mortui, resurrecturos, ut affirmare ita negare non audeo: quamvis non videam, quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum.* Philippus Presbyter in Iob. lib. I. cap. 3. et Beda exposit. in Iob. lib. I. cap. III. fol. 614. *Iob dicit: quare non in vulva mortuus sum? Nunc enim dormiens silerem et somno meo requiescerem, cum regibus et consulibus. Forte exemplum contra eos est, qui dicunt non resurrecturos, nisi qui iuxta naturae ordinem nati fuerint. Si enim conceptus moriuntur in utero, necesse est quia vivunt: aut quidquid moritur, haud dubium quia resurget: et ita quod in membris fuit et vixit, vel natura minus dederit, hoc in resurrectione in integrum reparabitur. Sic enim humani generis in melius instauratio totum reddet, quod natura fraudaverat.* Adversantur scholastici theologi dicentes: *abortivi foetus non resurgent, quoniam non vixerunt.* Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XLIX.

Non prima iustorum et secunda peccatorum] Excludit errorem dicentium resurrectionem non esse futuram omnium simul, sed primam iustorum resurrectionem, secundam fore peccatorum: quae etiam opinio Lactantii fuit, et Stephani Gobari. Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XVI. lect. VIII. Lactant. lib. VII. cap. XX. et XXVI. In epitome cap. VIII. Photius bibliothec. fol. 471.

Non secundum Originem immutatio corporum erit] Origines putabat corporales substantias in resurrectione penitus delapsuras: et futura hoc esse corpora, quod nunc est aether, et caelum, et si quod aliud corpus sincerius et purius intelligi possit. Hieronym. ad Avitum epist. LIX. fol. 205. adversus error. Iohan. Hierosolym. ad Pammachium cap. IX. fol. 219. in Esaiam lib. VIII. cap. XIV. in Ezechiel. lib. XII. c. XL. in Amos c. V. Epiphan. ancorato fol. 390. Iulianus episcop. Toletan. prognost. lib. 3. cap. XVII. In quo errore etiam Eutychius fuit. Ado Viennensis episcop. in Chron. ad ann. Christi CCCCLXXV. Beda in Lucam lib. VI. cap. XXIII. fol. 510. *Eutychius Constantinopolitanae urbis episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aëreque subtilius.* Ruffinus praefat. ad Macarium in Apolog. Eusebii pro Origene. et Eusebius apolog. pro Origene fol. 489. dicunt invisores Origenis hunc errorem falso viro optimo adfinxisse. Et ipse Origenes tom. I. in Matthaeum cap. XXV. homil. IX. fol. 291. videtur illorum sententiam reprobare, qui aërium corpus et paulatim in auras tenues dissolvendum, post resurrectionem introducunt. Gregorius Magnus exposit. moral. in Iob. lib. XIV. cap. XXX. *Fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram et eandem et diversam: eandem per naturam, diversam per gloriam: eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque spiritualis, quia incorruptibilis; erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturae.*

Cap. VII. — Omnium hominum erit resurrectio] Cyrillus Hieros. in IV. Catech. illuminat. p. 97. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναστῆναι πάντων ἐστὶν ἀνθρώπων, οὐχ ὅμοια δὲ πᾶσιν ἡ ἀνάστασις. Πάντες μὲν γὰρ αἰώνια λαμβάνομεν τὰ σώματα, ἀλλὰ οὐχ ὅμοια ἅπαντες. Οἱ δίκαιοι μὲν γὰρ ἵνα διαιωνίζοντες ἀγγέλοις συγχορεύσωσιν. Οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ἵνα εἰς αἰῶνας τῶν ἁμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὸν βάσανον. Vid. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. XXVIII.

Non dabis sanctum tuum videre corruptionem] Isidor. Hispalens. de resurrect. domini cap. LIII. Chrysostom. in Psalm. XXXVII. Athanasius Alexandrinus tractat. de definition. fol. 58. tom. 2. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 3. fol. 63. Damascenus de fide orthodoxa lib. 3. cap. XXVIII.

Inmutandos ad incorruptionem eos, qui in adventu domini vivi inveniendi sunt] Vide Hieronym. ad Minerium et Alexandrum epist. CLII. Oecumenium in epistol. Pauli ad Corinth. I. cap. XV. Thomam Aquinat. in epist. ad Thess. I. cap. IV. lect. 2. Petrum Lombard. sentent. lib. IV. distinct. XLIII. Cyrillum Hierosolym. Catechesi XIV. illuminat. fol. 138. Augustin. de civitate dei. lib. XX. cap. XIX. Sixtum Senens. biblioth. sanctae lib. VI. annotat. CCLXV. Iohannem de Gerson de articulis fidei part. 2. fol. 25.

Cap. VIII. — Diodorus] Diodorus Tarsensis putavit incorruptionem in futuro iudicio communem omnium futuram, immutationem autem proprie iustorum. Hieronym. epist. CLII. ad Minerium et Alexandrum. Autor lib. de fide ad Petrum Diaconum apud Augustin. tom. 3. fol. 153.

Vivos eos, qui in carne inveniendi sunt, credimus] Augustin. de fide et symbolo tom. III. cap. VIII. in enchiridio ad Laurentium cap. LV. de VIII. Dulcitii quaest. tom. IV. quaestion. 3. Chrysostom. tom. V. in expos. symboli: *Vivi agnoscuntur qui in corpore erunt in adventu domini, mortui qui ex hac luce migraverunt.*

Cap. IX. — Non credamus restitutionem futuram quam Origenes delirat] Beda exposit. in Salom. Prover. lib. I. c. 2. fol. 881. *Origeniani haereticis, meretricibus, cunctisque flagitiosorum turbis, et insuper ipsi diabolo atque angelis eius, post innumera licet expleti universalis iudicii tempora, remissionem scelerum, vitamque ac regnum promittunt in caelis: male intelligentes illud Esaiae: et claudentur ibi in carcere, et post dies multos visitabuntur. Quasi post multa tempora terminati iudicii solvendos ac salvandos dixerit impios, cum ille e contrario, nullam eis salutem tribuat: sed et eos, qui hoc tempore mortui prae enormitate flagitiorum, claudi merentur in carcere poenarum, tempore resurrectionis ad modicum visitandos significet tantum, ut receptis corporibus in iudicio gravius damnentur, et continuo post iudicium atrocioribus perpetuo recludantur in poenis.* Sic sacerrimus Mahumet φησὶ καὶ τοὺς δαίμονας δύνασθαι σωθῆναι διὰ τοῦ ἀλκοράνου. Richardus Monachus Florent. in confut. legis Saracen. cap. I. fol. 88. cap. IX. fol. 124. Iohan. Cantacuzenus orat. IV. in Mahumetem fol. 106. Alcoran azoar. LXI. Augustin. retract. lib. I. c. VII. in enchiridio ad Laurent. c. CXII. de civitate dei lib. XXI. c. XVII. contra Originist. ad Orosium c. IV. Gregor. Magnus expsit. in lib. Regum 2. c. 3. Leontius de Sectis p. 549. Athanas. de communi essentia patris filii, et spiritus sancti fol. 391. in quaestion. ad Antiochum quaestion. CI. Iohan. Monachus in canon. contra omnes haereticos. Caesarius dialog. 3. Ruffinus invectiva I. in Hieronym. apud Hieronym. tom. IX. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. 2. c. LVII. Thomas Aquinas in epistol. ad Ephesios c. I. lect. 3. Theophylact. in Marcum c. VIII. in Lucam. c. XVI. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. V. c. 33. lib. XVII. c. 27. Epiphan. in epist. ad Iohann. Hierosolymit. Hieronym. adversus error. Iohan. Hierosol. epist. LXI. c. 3. In Esaiam lib. VIII. c. XXV. et XXVII. in Daniel. lib. I. c. IV. Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. c. 3. Inonis Carnotensis Chronicon fol. 44. Equidem si vera, non fictitia epistola illa, quam Ruffinus de adult. lib. Origenis fol. 494. dicit ipsum Origenem adversus illos *qui adhuc illo vivente liberos eius adulteraverunt* edidisse, nunquam sensisse nec scripsisse credendus est ea, quae hoc loco Gennadius et alii ecclesiae doctores ipsi adtribuere voluerunt. Inter alia enim dum caros suos Alexandrinos affatur ita inquit: *Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos, adscribunt nobis et doctrinae nostrae crimen blasphemiae, quod a nobis nunquam audierunt: de quo ipsi viderint, nolentes observare mandatum illud quod dicit, quia maledici regnum dei non possidebunt, dicentes patrem malitiae ac perditionis et eorum qui de regno dei eiiciuntur, id est diabolum, me dicere esse salvandum, quod ne aliquis*

*quidem mente motus et manifeste insaniens dicere potest.* In Iob. lib. I. fol. 237. *Diabolus qui est totius iniquitatis autor, et omnis sceleris pater atque inventor, ad caelestem aulam ex qua sponte cecidit, nunquam iterum ascendet, nunquam denuo revertetur.* Et in Matthaeum c. XXV. homil. IX. fol. 291. *Diaboli et impiorum credimus aeterna tormenta.* Erubescant igitur qui et hoc de viro doctiss. non dubitaverunt concinnare figmentum.

Ut daemones vel impii homines post tormenta] Trithemius in Chron. monast. Hirsaugiens. circa ann. domini MCCCXV. notat, in civitate Cremensi exortos haereticos qui Luciferum cum daemonibus suis caelo iniuria pulsum, tandem cum omnibus suis beatitudini restituendum assererent.

Cap. X. — In principio creavit deus caelum et terram ex nihilo] Contra Seleucianos, Hermogenem, caeterosque *materiarios* haereticos, qui deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, praesumunt. Tertull. adversus Hermogenem cap. II. et XXV. Theodoretus divinorum decretorum epitome fol. 391. et sq. Anastasius Synaita in hexaem. fol. 1372. Iunilius Africanus in Genesin tom. VI. biblioth. patrum. Augustinus de haeresibus cap. LIX. Detestanda blasphemia Mahumetis, qui homines ex umbra, diabolum ex ignis flamma conditum ait. Alcoran azoara LXV. fol. 165.

Facti sunt angeli] Angelos factos ante mundum sensilem putat Chrysostomus de provident. orat. I. Clemens constitut. Apostol. lib. VIII. cap. XII. Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. c. X. Nazianzenus in Christi nativitat. orat. XXXVIII. in S. pascha orat. 2. Novatus de trinitate cap. I. Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. cap. 3. lib. IV. cap. XIV. Aeneas Gazaeus in Theophrast. Anastasius Synaita lib. I. in hexaem. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. VIII. in Genesin homil. I. in Matthaeum cap. XX. tract. X. Ambros. hexaem. lib. I. cap. V. in praefatione psalmorum fol. 649. Beda tom. VIII. quaest. IX. fol. 398. Photius biblioth. fol. 473. Iunilius de partibus divinae legis lib. 2. cap. 2. Augustinus lib. uno de Genes. ad litteram cap. III. et IV. lib. 2. cap. 8. in quaestionibus ad Orosium tom. IV. quaestione XXI. Sed de his tamen nihil evidenter in ecclesiastica praedicatione profertur. Origenes in prooemio libri περὶ ἀρχῶν fol. 421. *Est enim illud in ecclesiastica praedicatione, esse angelos dei quosdam, et virtutes bonas, qui ei ministrent ad salutem hominum consummandam, sed quando isti creati sunt, et quomodo sunt, non satis in manifesto distinguitur.* Eusebius in apologia pro Origine tom. IX. apud Hieronym. fol. 137. Theodoretus in Genes. quaest. 3. Epiphanius contra Paulum Samosatensem haeresi LXV. Athanas. ad Antiochum quaest. III. Autor de Incarnat. verbi apud Augustin. tom. IV. cap. IV. Petrus Lombardus sent. lib. 2. distinct. 2. Unde Iulianus Imp. vilis apostata in tribus quos contra sancta evangelia nomenque Christianum evomuit libris, Moysen maximum et vetustissimum prophetarum inscientiae arguit, quod non nativitatis angelorum, neque facturae, neque quomodo producti sint, meminerit. Cyrillus Alexand. contra Iulianum lib. 2. fol. 32. lib. 3. fol. 64.

Ut non esset otiosa dei bonitas] Iohan. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. cap. XIV. Ὁ ἀγαθὸς καὶ παντάγαθος καὶ ὑπεράγαθος θεὸς, ὁ ὅλος ὢν ἀγαθότης, διὰ τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος οὐκ ἠνέσχετο μόνον εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὑπὸ μηδενὸς μετεχόμενον, ἀλλὰ καὶ τούτου χάριν ἐποίησε, πρῶτον μὲν τὰς νοερὰς καὶ οὐρανίους δυνάμεις, εἶτα τὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητὸν κόσμον, εἶτα ἐκ νοεροῦ, καὶ αἰσθητοῦ τὸν ἄνθρωπον. Πάντα μὲν οὖν τὰ ὑπὸ αὐτοῦ γενόμενα κοινωνοῦσι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος κατὰ τὸ εἶναι. Αὐτὸς γάρ ἐστι τοῖς πᾶσι το εἶναι, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ εἰσὶ τὰ ὄντα. Οὐ μόνον ὅτι αὐτὸς ἐκ του μὴ ὄντος εἰς το εἶναι αὐτὰ παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι ἡ αὐτοῦ ἐνέργεια τὰ ὑπὸ αὐτοῦ γενόμενα συντηρεῖ καὶ συνέχει. *Bonus et omnibonus et superbonus deus, totus existens bonitas, propter superabundantes divitias bonitatis suae non passus est, solum esse bonum (id est suam ipsius naturam) a nullo participatum. Huius gratia fecit primum quidem intellectuales et et caelestes virtutes, deinde visibilem et sensibilem mundum, mox ex intellectuali et sensibili natura hominem. Cuncta igitur quae ab ipso facta sunt, participant eius bonitatem secundum esse, quia ab ipso et in ipso sunt omnia: non modo quia ipse ex nihilo illa ad esse deduxit, sed quia ipsius actio, quae ab ipso facta sunt, conservat et continet.* Vide Dionysium Aeropagitam περὶ τῆς οὐρανίου ἱεραρχίας cap. IV. Origenem περὶ ἀρχῶν lib. 2. cap. IX. Iohan. Cantacuzenum apolog. 2. contra sectam Musulmannorum.

Cap. XI. — Nihil incorporeum credendum nisi solum deum] Damascen. de

fide orthodoxa lib. I. cap. XVII. Cyrillus lib. X. contra Iulianum et de S. trinitate cap. III. Nazianzen. orat. II. de Theologia. Aeneas Gazeus in Theophrasto fol. 91. Ambrosius in symbolum apostolorum. Anastasius de incircumscript. dei essent. lib. 2. tom. VIII. biblioth. patrum. Autor de Spiritu et Anima apud Augustin. tom. 3. fol. 614. cap. XVIII. *Nihil invisibile et incorporeum natura credendum est, praeter solum deum, id est, patrem, et filium, et spiritum sanctum. Qui ex eo incorporeus et invisibilis dicitur, quia infinitus et incircumscriptus, et simplex, et sibi omnibus modis sufficiens, scipse et idipsum.*

Cap. XII. — Angeli et omnes caelestes virtutes corporeae] Tribuit hic angelis corpora ut et Iustinus Martyr quaestion. Graecar. confut. fol. 157. Caesarius dialog. I. fol. 1467. Origenes περὶ ἀρχῶν in prologo fol. 421. et lib. II. cap. II. Tertullian. de carne Christi cap. VI. et adversus Marcionem lib. 3. cap. IX. S. Macarius Eremita homil. IV. pag. 45. Elias Cretensis in apolog. Nazianzeni fol. 43. Augustin. de divinat. daemonum cap. III. et V. de Genesi ad litteram lib. III. cap. X. in enchiridio ad Laurent. cap. LIX. De LXXXIII. quaestion. tom. IV. quaestion. XLV. lib. 2. retract. cap. XXVI. ad Fortunat. epist. CXI. ad Nebridium epist. CXV. Claudianus de statu animae lib. 3. fol. 718. 719. Beda de element. philosophiae lib. I. fol. 314. *De daemonibus quaeritur, utrum corpora habeant an non, cum sint animalia, et omne animal corpus dicatur, an sint spiritus, ut ait propheta: qui facit angelos suos spiritus. Inde dicunt quidam quod corpora sint, tamen ita subtilia, quae sensu percipi non possunt. Unde respectu nostrorum corporum quae spissa sunt et grossa, spiritus dicuntur. Quemadmodum aër quamvis corpus sit, tamen propter subtilitatem sui spiritus vocatur. Quod confirmat beatus Gregorius, qui in moralibus lib. 2. cap. 2. de angelis loquens ait, comparatione nostrorum corporum spiritus sunt, sed comparatione illius summi et incircumscripti spiritus, corpora sunt dicenda. Hoc iterum probant autoritate B. Augustini, qui enchiridio quoddam ponit capitulum, qualia corpora angeli habeant. Nos autem plus illorum sententiae concedimus, qui dicunt illos esse spiritus.* Quod omnino verum volunt Dionysius Areopagita περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας cap. II. περὶ θείων ὀνομάτων cap. IV. Nazianz. Orat. II. de Theolog. et orat. XXXVIII. de natali Christi. Chrysostomus orat. I. de providentia et tom. I. homil. de *Adam et Eva* fol. 446. et in V. cap. Genes. Homil. XXII. Cyrillus in Iohan. lib. IV. cap. X. fol. 195. Gregorius Nyssenus de vita Moysis fol. 125. de pauperibus amandis orat. I. fol. 260. Iohan. Cantacuzenus apolog. I. contra Musulmannos orat. 2. et 3. in Mahumetem. Thomas Aquinas parte I. sum. quaest. LI. articulo I. De natura angelorum cap. XVIII. Basilius Seleuciensis orat. VI. in Noëmum. Sedulius in epistolam Pauli ad Philippenses cap. 2. Durandus sentent. lib. 2. distinct. VIII. quaest. I. Bernhardus de considerat. lib. V. cap. IV. Gregorius Magnus exposit. moralis in Iob. lib. IV. cap. IX. Theodoret. in Genesin quaestione XXXVI. Orat. III. contra Graecos fol. 52. et in epitom. divinor. decret. fol. 395. in Zachar. cap. I. Damascenus de fide orthodoxa lib. II. cap. III. XII. et XVII. de dormitione Mariae orat. II. fol. 454. Philo de plantatione Noae et de confusione linguarum fol. 234. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὸν ἀέρα ψυχῶν ἀσωμάτων ἱερώτατος χόρος, ὀπαδὸς τῶν οὐρανίων. Ἀγγέλους γὰρ τὰς ψυχὰς ταύτας εἴωθε καλεῖν ὁ θεσπιῳδὸς λόγος. Suidas in voce Ἄγγελοι non solum incorporeos sed et incircumscriptos angelos facit. Id falsum esse hoc loco docet Gennadius, et Didymus lib. I. de spiritu sancto fol. 219. Gregorius Magnus in Evangelia homil. XXXIV. Athanas. ad Antioch. quaest. XXVI. et ad Serapion. *Spiritum sanctum non esse creaturam* fol. 365. Durandus sentent. lib. I. distinct. XXXVII. quaest. 5. Damascenus de fide orthodoxa lib. I. cap. XVII. lib. 2. cap. II. Ἄγγελοι περιγραπτοὶ, ὅτε γὰρ εἰσιν ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ γῇ. Καὶ εἰς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀποστελλόμενοι, οὐκ ἐναπομένουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ.

Creatura omnis corporea est] Hoc et praecedens caput integrum a nostro mutuatus est Autor libri de Spiritu et Anima apud Augustin. tom. III. fol. 614. cap. XVIII. et Rabanus Maurus de sermon. proprietate lib. IV. cap. X.

Cap. XIII. — Immortales esse credimus intellectuales naturas] Vide Cyrillum Alexandrinum in thesauro lib. VIII. cap. II. Ambrosium de fide lib. 3. cap. 2. Dionysium Areopagitam περὶ θείων ὀνομάτων cap. VI. Haymonem Halberstat. Episcop. in epistol. Pauli ad Timoth. 2. cap. VI. Autorem de spiritu et anima cap. 43.

Cap. XIV. — Animas hominum non esse ab initio inter caeteras intellectua-

les creaturas, sicut Origenes fingit] Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 3. fol. 461. dicit *animas rationales antequam in corpore nascerentur, aliquid contraxisse culpae in sensibus vel motibus suis, pro qua a prima statim nativitate, imo et ante nativitatem, per divinam providentiam vel boni aliquid vel mali perpeti dispensentur.* Similia deliramenta loquitur Plato in Phaedone, cui etiam super talibus assensum, fidemque accommodant Pythagoraei, Philolaus, Basilides et Priscillianistae. Vide Clementem Alexandrin. lib. 3. Stromat. et lib. IV. fol. 217. Theodoretum Cyri episcop. in epitome divinor. decretor. fol. 400. contra Graecos orat. V. fol. 71. Nicephor. Callistum ecclesiast. histor. lib. V. c. XXXIII. lib. XVIII. c. XXVII. Augustin. de peccato origenali contra Pelagium lib. 2. cap. XXXI. de peccator. meritis et remissione lib. I. cap. XXII. Ruffinum invectiva I. in Hieronymum fol. 16. Leonem PP. I. epistola ad Turbium Asturiens. episcop. tom. I. concil. cap. X. Adnotata ad Arnobii lib. I. fol. 16. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις p. 16. Μάνθανε ὅτι πρὶν παραγένηται εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἡ ψυχὴ, οὐδὲν ἥμαρτεν, ἀλλ' ἐλθόντες ἀναμάρτητοι, νῦν ἐκ προαιρέσεως ἁμαρτάνομεν. *Disce quod priusquam in hoc mundo adesset anima nihil peccavit: sed venientes sine peccato, nunc ex nostro arbitrio peccamus.* Concil Bracarense I. c. VI. *Si quis animas humanas dicit prius in caelesti habitatione peccasse, et pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.*

Neque cum corporibus per coitum seminantur] Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Animae non per coitum cum corporibus seminantur, sicut Luciferiani, et Cyrillus, et aliqui Latinorum praesumptores affirmant.* Vide Eusebium Pamphil. apologia pro Origene fol. 491. apud Origenem tom. I.

Luciferiani] Augustinus de haeresibus cap. LXXXI. *Luciferiani cum teneant in omnibus catholicam veritatem, in hoc errore stultissimo prolabuntur, ut animam dicant ex transfusione generari eandemque dicunt et de carne, et carnis esse substantiam.*

Aliqui Latinorum praesumptores] Tertullianum designat, qui animam ex traduce esse asserit lib. de anima cap. IX. XIX. XXII. XXVII. XXXVI. Ruffinus in epistola ad Anastasium apud Hieronym. tom. IX. fol. 158. tom. II. apolog. 2. fol. 242. et Autor dialogi *de anima* apud Hieronym. tom. IX. fol. 244. etiam Lactantium iis adnumerant, qui pariter cum corpore per humani seminis traducem animam diffundi putant. Ambo apertissimi falsiloqui, ut apparet ex Lactantio de opificio dei cap. XIX.

Dicimus creationem animae solum creatorem nosse] Autor de incarnat. verbi apud Augustin. tom. 4. cap. II. fol. 660. *De anima vero utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis corporalibus habeatur: an vero aliud habeat initium, et hoc ipsum initium si est genitum, aut non genitum: vel certe si extrinsecus corpori inditur, necne, non satis manifesta praedicatione distinguitur.* Vide Lactantium de opificio dei cap. XIX. Chrysost. in Genes. cap. II. homil. XIII. Raban. Maurum de anima cap. II. Autorem dialogi de anima apud Hieronym. tom. IX. fol. 244. et seq. Bonavent. lib. 2. distinct. XVIII. quaest. 3. adnotata ad Arnobium lib. 2. fol. 49.

Cap. XV. — Neque duas esse animas in uno homine] Hoc caput habes apud autorem lib. de spiritu et anima c. XLVIII. et Thomam Aquinatem part. I. sum. quaest. LXXVI. articul. 3.

Sicut Iacobus et alii Syrorum] Iacobi Syri haeresiarchae meminit Nicephorus Callistus ecclesiast. hist. lib. XVIII. cap. LII. Timotheus presbyter tom. V. biblioth. patrum fol. 931. Damascenus de haeresib. fol. 584.

Cap. XVI. — Anima non cum corpore moritur sicut Aratus asserit] Autor de spiritu et anima cap. XLVIII. *Solum hominem credimus habere animam substantivam, quae exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet, neque cum corpore moritur ut Arabs asserit.* Non male pro Aratus *Arabs* legit. Arabici enim et *Thnetospsychitae* dicunt animam cum corpore mori. Isidorus Hispalens. origin. lib. VIII. cap. V. Augustin. de haeresibus cap. LXXXIII. Damascenus de haeresibus fol. 585. Nicephorus Callistus lib. V. c. XXIII.

Epicurea vanitas] Epicurus apud Diogenem Laertium lib. X. p. 787. Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν. Ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. Οὔτε οὖν πρὸς τοὺς ζῶντας ἐστὶν, οὔτε πρὸς τοὺς τετελευτηκότας. Ἐπειδήπερ περὶ οὓς μὲν, οὐκ ἔστιν. Οἱ δ' οὐκέτι εἰσίν. *Quod acerbissimum malorum est et horrendum ma-*

*xime, mors nihil ad nos: quoniam cum nos sumus, mors non adest; quum vero mors adest, nos iam non sumus. Neque igitur ad viventes neque ad mortuos pertinet. Nam iis qui sunt, illa non est, quibus vero adest, iam illi non sunt.* Isidorus Hispalens. Orig. lib. VIII. cap. VI. Ambrosius epist. XXV. fol. 240. Hieronym. in ecclesiast. cap. 8. fol. 23. Tertull. praescript adversus haeret. cap. VII. de anima cap. XLII. et L.

Neque post modicum intervallum substantialiter vivit sicut Zenon dicit] Laertius lib. VII. in Zenone: Δοκεῖ τὴν ψυχὴν αἰσθητικήν. Ταύτην δὲ εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα. Διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν. Φθαρτὴν δὲ εἶναι. *Opinatur animam sensibilem, eamque esse nobis insitum ingenitumque spiritum, ideo et corpus esse, ac durare post mortem; esse tamen obnoxiam corruptioni.*

Cap. XVII. — Animalium animae cum carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur] Theophylact. Alexand. episcop. apud Theodoretum lib. 3. dialog. p. 316. Τῶν ἀλόγων οὐκ αἴρονται καὶ τίθενται πάλιν αἱ ψυχαὶ, ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων συνδιαφθείρονται καὶ εἰς χοῦν ἀναλύουσιν. Aeneas Gazaeus in Theophrast. fol. 98. Basilius Magnus homil. VIII. in hexaemeron. Athanas. tom. 2. tract. de definit. fol. 57.

Nec ratione reguntur ut Plato et Alexander putant] Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Animalium animae non sunt substantivae, sed cum ipsa carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur: et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia incitamenta natura ducuntur.*

Nec ratione reguntur] Quoniam in ipsis non est electio, neque ratiocinationis discretio, qua perpendant agendorum delectum; sed simul imperat natura ad agendum impelluntur. Basilius Seleuciens. episcop. orat. 3. in Adam. Damascenus de duabus Christi voluntatibus fol. 483. Augustin. de quantitate animae cap. XXVII. XXVIII. Autor de fide ad Petrum cap. XXIV.

Cap. XVIII. — Anima humana non cum carne moritur] Athanas. ad Antioch. quaest. 17. Πόθεν [δὲ] δῆλον ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου οὐ συναποθνήσκει μετὰ τοῦ σώματος ἡ ψυχή; τινὲς γὰρ οὕτω νομίζουσιν. ΑΠΟΚ. Ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς καὶ λόγος Ἰησους ὁ Χριστὸς προφανῶς ἡμᾶς διδάσκει τὸ θνητὸν τοῦ σώματος, καὶ τὸ ἀθάνατον τῆς ἡμετέρας ψυχῆς λέγων· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὰ σώματα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Πρόδηλον ὡς ἀθάνατος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχει. Id est: *Unde potest declarari quod tempore mortis non una cum corpore moriatur anima quoque? sic enim quidam opinantur.* Respons. *Verbum Christi et dei nostri clarissime nos docet, quod corpus nostrum mortale, et quod immortalis sit anima nostra. Inquit enim Christus: ne metuatis ab istis qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere. Unde constat quod anima hominis immortalis sit et adeo existat.* Lactant. lib. VII. cap. XII. *Interire prorsus anima non potest, quoniam ex dei spiritu, qui aeternus est, originem coepit.*

Cap. XIX. — Duabus substantiis tantum constat homo] Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Thessalon. I. cap. V. lect. 2. *Dixerunt quidam quod in homine aliud est spiritus, aliud anima, ponentes duas in homine animas, unam quae animat, aliam quae rationatur. Sed haec sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatibus.* Origenes περὶ ἀρχῶν lib. III. cap. IV. Autor de spiritu et anima c. III. et XLIX. Gennadius in *Theodoro* fol. 210. apud Hieronym. tom. IX. Paulinus Aquileiens. episcop. adversus Felicem Urgelitanum fol. 445. Hieronymus in Danielem c. III.

Duabus substantiis tantum constat homo] Contra Apollinarium, qui animarum ponit διαφορὰν καὶ ἐκ τριῶν συγκεῖσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς τῆς ζωτικῆς, καὶ αὖ πάλιν, ἐκ τῆς λογικῆς, ἣν νοῦν προσαγορεύει, ἡ δὲ θεία γραφὴ μίαν οἶδεν, οὐ δύο ψυχάς. Theodoret. dialog. 2. pag. 86.

Cap. XX. — Non est tertius in substantia hominis spiritus] Autor de spiritu et anima c. XLIX. *Non est tertius in hominis substantia spiritus, ut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore spiritus appellatur.*

Sicut Didymus contendit] Vide Didymum de spiritu sancto lib. 3.

Sed spiritus ipsa est anima] Hieronym. lib. IV. in Matth. c. XXVII. *Spiritum pro anima intelligimus, sive quod spirituale et vitale corpus faciat, seu quod animae ipsius substantia spiritus sit.* Innocentius Papa III. serm. II. post pascha fol. 65. Gregorius Magnus lib. XI. Moral. c. III. Isidorus Hispal. orig. lib. XI. c. I.

Anima vero ex eo vocatur] Autor de spiritu et anima c. XLIX. *Anima ex eo*

*vocatur quod ad vivendum vel vivificandum animet corpus.* Tertullianus de anima cap. VI.

Tertius qui ab apostolo inducitur spiritus] Hieronymus ad Hedibiam quaest. XII. epist. CL. fol. 423. *Alii triplicem in homine volunt affirmare substantiam. Spiritus quo sentimus, animae qua vivimus, corporis quo incedimus; sunt qui ex anima tantum et corpore subsistere hominem disserentes, spiritum in eo tertium non substantiam velint intelligi, sed efficientiam, per quam et mens in nobis et sensus, et cogitatio, et animus appellantur: et utique non sunt tot substantiae, quot nomina. Cumque illud eis oppositum fuerit: benedicite spiritus et animae iustorum domino: scripturam non recipiunt, dicentes eam in hebraico non haberi. Nos autem in praesenti loco, ut supra diximus, spiritum qui cum anima et corpore integer conservatur, non substantiam spiritus sancti, quae non potest interire, sed gratias eius donationesque accipimus: quae nostra vel virtute vel vitio et accenduntur, et extinguuntur in nobis.*

Cap. XXI. — Libertati arbitrii] Hoc caput integrum exscripsit Rabanus Maurus de serm. propriet. lib. IV. c. X. et Bernhardus de interiori domo c. 69. fol. 1095. Autor de spiritu et anima c. XLVIII. *Libertati arbitrii sui commissus est homo: postquam vero deceptione serpentis per Evam cecidit, naturae bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii: non tamen electionem, ne non esset suum, quod emendaret peccatum. Manet itaque ad quaerendam salutem arbitrii libertas, id est, rationis voluntas, sed admonente prius deo et inspirante ad salutem. Ut ergo acquiescamus salutari inspirationi, nostrae potestatis est: ut adipiscamur, quod adipisci desideramus, divini est muneris; ut non labamur adepto salutis munere, nostrae sollicitudinis est et caelestis adiutorii: ut labamur potestatis nostrae est et ignaviae.* Athanasius in orat. ad Gentes. Hieronym. adversus haereses Iovinian. lib. I. cap. II. Iustinus in dialog. cum Tryphone Iudaeo. fol. 247. et 257. in quaestion. et respons. ad orthodox. quaest. VIII. fol. 310. Tertullianus advers. Marcionem lib. 2. cap. V. et VI. Epiphanius contra Pharisaeos haeres. XVI. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. I. in proloquio. Gaudentius tract. XII. de verbis Evangel. nunc iudicium est huius mundi etc. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap. XXXIX. Philo in lib. Quod deus immutabilis sit. Autor de incarnat. verbi apud Augustinum tom. IV. cap. II. fol. 660.

Perdidit vigorem arbitrii, non tamen electionem] Vid. Chrysostomus in epist. Pauli ad Hebraeos cap. VIII. homil. XVI. Faustus de libero arbit. lib. I. cap. IX. Aeneas Gazaeus in Theophrasto fol. 78.

Initium ergo salutis nostrae] Docte Gregorius Nazianzen. orat. XXXI. fol. 715.

Quae sequuntur capita usque ad c. LII. in MS. non extant. Sunt autem desumpta ad verbum ex decretali epistola Coelestini PP. I. ad Galliae episcop. et ex Concil. Milevitano, Africano, et Arausicano II. ut suis locis notavimus.

Cap. XXII. — Firmissime credendum] Coelestinus PP. I. epistola ad Galliae episcop. tom. I. Concil. c. IV. fol. 523.

Cap. XXIII. — Neminem esse per semetipsum bonum] Coelestinus PP. in decretis c. V.

Cap. XXIV. — Neminem etiam baptismatis gratia renovatum] Coelestinus PP. in decretis c. VI.

Cap. XXV. — Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio] Coelestinus PP. in decretis c. VII.

Idem magister in epistola ad Milevitanum concilium] Extat huius Innocentii PP. I. epist. ad Milevitan. concil. tom. I. concil. fol. 474.

Cap. XXVI. — Quod omnia studia, opera ac merita] Coelestinus PP. in decretis c. VIII. Petrus Diaconus de incarnat. et gratia domini c. VIII.

Papae Zosimi regularis autoritas] Haec epistola Zosimi Papae edita nondum est; Augustinus epistol. CLVII. ad Optatum etiam illius meminit.

Cap. XXVII. — Ita deus in cordibus hominum] Coelestinus PP. in decretis c. IX. Petrus Diaconus de incarnat. domini c. VIII.

Cap. XXVIII. — Quicunque dixerit gratiam dei] Concil. Milevitanum c. III. *Placuit, ut quicunque dixerit gratiam dei, in qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quae iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit.* Caelestin. PP. in decret. cap. X. Corpus Canon. part. III. cap. CLIV. distinct. IV. de consecrat. Burchardus Wormaciensis episcopus decret. lib. II. cap. XVIII.

Cap. XXIX. — Quisquis dixerit gratiam dei per Iesum Christum] Concil. Milevitanum c. IV. Burchardus Wormaciens. decret. lib. XX. c. XVIII. Epitome S. Canonum fol. 65.

Cap. XXX. — Obsecrationum quoque sacerdotalium] Coelestinus PP. epist. I. ad Galliae Episcopos tom. I. Concil. c. XI. fol. 525. Petrus Diaconus de incarnatione domini cap. VIII.

Cap. XXXI. — Illud etiam quod circa baptizandos] Coelestinus PP. in decretis c. XII.

Non prius fontem vitae adeant quam exorcismis et exsufflationibus] Ritus exorcismi et exsufflationis in beaptismo antiquissimus est, uti apparet ex Cyrillo Hierosolym. in praefat. cateches. illuminat. fol. 3. et 5. et κατηχησ. μυσταγωγικὴ β. p. 196. Gregor. Nazianz. de baptismo orat. XL. fol. 657. Autore lib. hypognost. fol. 958. 959. apud Augustin. tom. VII. Optato Milevitano contra Parmenianum lib. IV. fol. 348. Augustino de fide et operibus tom. IV. c. VI. de peccator. meritis et remiss. lib. I. c. XXXIV. de nuptiis et concupisc. ad Valerium lib. I. c. XX. fol. 557. lib. 2. c. XXIX. fol. 580. de symbolo ad catechumenos tom. IX. fol. 752. 776. de peccato originali contra Pelagium lib. 2. c. XL. fol. 547. contra Iulianum Pelagian. lib. I. c. 2. fol. 641. 643. lib. 3. c. 3. fol. 675. 676. lib. VI. c. 2. fol. 751. Leone PP. I. in decretis c. XIII. Concilio Bracarensi II. c. I. et IX. Beda in Marcum lib. IV. c. XVI. homil. aestival. de tempore tom. VIII. fol. 43. Rabano Mauro de institut. clericorum lib. 1. c. XXVI. Alcuino de divinis officiis fol. 1969. Bonaventura lib. IV. distinct. VI. Durando sentent. lib. IV. distinct. VI. quaest. IV. Severo Alexandrino de ritibus baptismi fol. 153. nullum tamen de eo in SS. scriptura extat mandatum, neque in descriptione baptismatis Iustinus Martyr et Tertullianus illius meminerunt. Centur. Magdeburgens. Cent. I. lib. 2. c. VI. fol. 497. Centur 2. c. VI. fol. 110. Iustinus Martyr apolog. 2. pro Christian. fol. 73. 74. Tertullian. de baptismo tom. 3. fol. 459.

Cap. XXXII. — Omnium bonorum affectuum] Coelestinus PP. in decret. c. XII. Petrus Diacon. de incarnat. domini c. VII.

Cap. XXXIII. — Quicunque dicit Adam primum hominem] Concil. Milevitanum c. I. Concil. Africanum c. LXXVI. Autor hypognost. apud August. tom. 7. articulo I. fol. 927. Corpus Canon. distinct. IV. Epitome S. Canonum fol. 65. ex Concil. Carthaginensi: τῷ τὸν Ἀδὰμ δογματίζοντι καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας τεθνήξεσθαι μέλλοντα, ἀνάθεμα.

Cap. XXXIV. — Quicunque parvulos recentes] Concil. Milevitanum c. II. Concil. Africanum c. LXXVII. Corpus Canon. part. 3. c. CLIII. distinct. IV. Iohannes Maxentius in confessione fidei fol. 492. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. II. Beda in quaest. tom. 8. fol. 409. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τὰ μικρὰ καὶ νεογνὰ βαπτιζόμενα μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ ἕλκειν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ταῦτα προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι, ἀνάθεμα.

Cap. XXXV. — Si dixerimus quia peccatum non habemus] Concil. Milevitanum c. VI. Concil. Africanum c. LXXXI. Cyprianus de testimon. ad Quirin. lib. 3. Augustin. contra duas epistolas Pelagianorum lib. IV. c. III. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τῷ θεολόγῳ ῥηθὲν ἐν ἐπιστολῇ. ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, διὰ ταπεινοφροσύνην, καὶ οὐχὶ κατ᾽ ἀλήθειαν εἴρηται, ἀνάθεμα.

Cap. XXXVI. — Quicunque dixerit in oratione dominica] Concil. Milevitanum c. VII. Concil. Africanum c. LXXXII. Autor de fide ad Petrum Diacon. c. IV. Augustin. contra Iulianum Pelagianum lib. 3. fol. 673. Epitome S. Canon. fol. 65. Τῷ λέγοντι, τοὺς ἁγίους τὸ, καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, οὐχὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγειν, ὡς ὄντων ἀναμαρτήτων, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ἀνάθεμα.

Cap. XXXVII. — Quicunque ipsa verba dominicae orationis] Concil. Milevitanum c. VIII. Concil. Africanum c. LXXXIII.

Cap. XXXVIII. — Si quis per offensam praevaricationis Adae] Concilium Arausicanum II. c. I.

Cap. XXXIX. — Si quis soli Adae praevaricationem suam] Concil. Africanum c. II. Chrysostom. tom. I. homil. de Adam et Eva fol. 445. Augustin. in quaestion. sacrae scripturae quaestion. XXXVI. Petrus Diacon. de incarnat. et gratia domini c. VI. Petrus Lombardus lib. II. sentent. distinct. XXX.

Cap. XL. — Si quis invocatione humana] Concilium Arausicanum II. c. III.

Cap. XLI. — Si quis ut a peccato purgemur] Arausicanum Concil. II. c. IV.

Cap. XLII. — Si quis sicut augmentum ita etiam initium fidei] Concilium Arausicanum II. c. V. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. VII.

Cap. XLIII. — Si quis sine gratia dei credentibus] Concil. Arausicanum II. cap. VI.

Cap. XLIV. — Si quis per naturae vigorem bonum aliquod] Concilium Arausicanum II. c. VII. Faustus de libero arbitrio lib. I. c. X. Augustinus de correptione et gratia tom. VII. c. I.

Cap. XLV. — Arbitrium voluntatis in primo homine] Concilium Arausicanum II. c. VIII.

Cap. XLVI. — Si quis alios per misericordiam] Concilium Arausicanum II. c. XIII. Augustinus epist. XC.

Cap. XLVII. — Natura humana] Concilium Arausicanum II. c. XIX.

Cap. XLVIII. — Sicut eis qui volentes in lege] Concilium Arausicanum II. cap. XXI.

Cap. XLIX. — Secundum supra dictas sanctorum] Concil. Arausicanum II. c. XXV. Fulgentius ad Monimum lib. I.

Cap. L. — Hoc etiam secundum fidem catholicam] Concil. Arausicanum II. cap. XXV.

Cap. LI. — In omni bono opere non nos] Concil. Arausicanum II. c. XXV.

Cap. LII. — Baptisma unum est] Contra Valentinianos, qui duo baptismata dicunt. Hieronym. in epist. Pauli ad Ephes. lib. 2. c. IV. fol. 178. Sedulius Scotus in collectan. epist. Pauli ad Ephes. c. IV. fol. 80. Cyprianus ad Qnintum epist. LXXI. ad Iubaianum epist. LXXIII. *Unum baptisma est, idque in ecclesia catholica.* Tertullianus de baptismo c. XV. Augustin. contra Donatistas lib. I. c. III. Epiphan. contra Catharos haeres. LIX. Rabanus Maurus de sermon. proprietate lib. IV. c. X. Optatus Milevitanus contra Parmenianum lib. V. Ambros. de poenitent. lib. 2. c. II. Cyrillus Hierosolym. I. Cateches. Basilius Magnus de Spiritu sancto c. XIV.

Ubi in nomine patris, et filii, et spiritus sancti datur] Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 2. fol. 57. *In hoc vel maxime fidei catholicae veritas cognoscitur, quod recte in nomine patris, et filii, et spiritus sancti baptizare consuevit, quoniam omnem trinitatem ubique pariter adesse credit.* et lib. 3. fol. 66. Gregor. Magnus lib. I. epistol. XXIV. Alcuinus de divinis officiis fol. 1969. Cyrill. Hierosolym. catechesi mystagog. 2. p. 198. Bernhardus Abbas ad Balduinum epistola CCCXXXIX. Damascenus de fide orthodoxa lib. IV. c. X. Canones Apostolorum cap. XLIX. Vigilius PP. epistola ad Eleutherium cap. 3. Basilius Magnus de SS. c. XII. Cyprianus epist. XXIII. et LXXIII. Clemens constitut. apostolorum lib. VII. c. XXII. Isidorus de officiis ecclesiasticis lib. II. c. XXIV. Athanasius contra Arrianos orat. 3. fol. 118. et seq. Tertullian. de baptismo c. VI. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. III. Concil. Toletanum IV. c. V. Conspuatur furor Menandri Samaritani, negantis habere posse quenquam salutem, nisi baptisma eius induerit. Tertullian. praescription. adversus haereticos c. LXVI. de anima c. L.

Ubi in nomine patris et filii et spiritus sancti datur] Damnat errorem Eunomii, qui contra traditionem apostolorum instituere voluit, ut divinus baptismus mersione una perageretur. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. XI. c. XI. Sozomenus lib. VI. c. XXVI.

Si qui apud haereticos baptizati sunt in sancta trinitatis confessione, recipiuntur] Concil. Carthaginens. I. c. I. Nicolaus PP. I. ad consulta Bulgarorum c. XV. Capitular. Karoli Magni et Ludovici Impp. lib. VII. c. CCCXIX. Corpus Canon. part. 3. distinct. IV. Concil. Africanum c. XV. Ursinus Monachus apud Gennadium in catalog. viror. illustrium. Augustinus contra Donatistas lib. VI. fuse. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. c. XXVI. *Celebratur unum baptisma verum, non nisi in nomine summae trinitatis, quod et dominus ipse ostendit, et canones apostolorum docent. Unde quicunque vel ab haereticis in trinitate baptizantibus, vel ab alio quolibet homine, sub appellatione legitima eiusdem sanctae trinitatis fuerit baptizatus, rebaptizari non debet, ne invocatio summae divinitatis adnullari videatur; sed et chrismate et manus impositione, quod imperfectum erat, perfici debet.* Beda tom. XII. in homil. aestival. de sanctis fol. 128. et in Iohan. cap. III. fol. 554. *Sive haereticus, sive schismaticus, sive facinorosus quisque in confessione sanctae trinitatis baptizet, non valet ille, qui ita baptizatus est, a bonis*

*catholicis rebaptizari: ne confessio et invocatio tanti nominis videatur annullari.* Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. *Sive in catholica fide; sive in haeresi quacunque vel in schismate quisquam in nomine patris et filii et spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit.* Erravit igitur, imo insanivit Agrippinus (Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. VI. c. VII. perperam huius erroris primum autorem facit Cyprianum) Carthaginensis episcopus, qui primus omnium mortalium, contra divinum canonem et universalis ecclesiae regulam, rebaptizandum esse censuit. Quae eius praesumptio non solum haereticis omnibus formam sacrilegii, sed etiam quibusdam catholicis occasionem praebuit erroris. Nam tempore Cornelii PP. visum est Cypriano cum ferme LXXX. episcopis suis Africanarum ecclesiarum, *omnem hominem, qui extra ecclesiae catholicae communionem baptizatus fuisset, oportere ad ecclesiam venientem denuo baptizari.* Vincentius Lirinensis contra haeres. cap. IX. Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. I. c. XVIII. lib. 3. c. XII. ad Vincentium epist. XLVIII. contra Crescon. Grammat. lib. 1. c. XXXII. lib. 2. c. XXXVIII. lib. 3. c. I. Hieronym. adversus Luciferian. c. 8. Cyprianus ad Quintum epist. LXXI. ad Iubaianum epist. 73. ad Magnum epist. LXXVII. Sed quod tanti meriti et tantae virtutis episcopus, de baptismo aliter senserit, quam erat inquisita diligentius veritas firmatura, caritatis ubertate compensatum, et passionis falce purgatum est, ut ait Augustin. loco praenotato, et Petr. Lombard. sentent. lib. 4. distinct. 6.

Confirmentur manus impositione] Eusebius PP. I. epistol. I. decretali ad Galliae episcop. tom. I. Concil. fol. 209. *Quod significastis quid de conversis haereticis fieri debuisset, scitote nos eos, qui in S. trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere.* Vid. Iustin. Martyr. in quaestion. ad orthodox. quaestion. 13. fol. 312.

Si parvuli sunt, respondeant pro illis qui eos offerunt] Augustin. de verbis apostoli sermon. XIV. de peccatorum meritis et remissione contra Pelagian. lib. I. c. XXXIV. ad Bonifacium epist. XXIII. ad Vitalem epist. CVII. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. c. XXV. Rabanus Maurus de instit. clericor. lib. I. c. XXVI. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. VI. *Cuncti ad baptismum venientes fidem suam profiteri debent, et exponere quid petendum venerint ad ecclesiam. Quod si adultus est, pro se respondet, se credere in patrem, filium et spiritum sanctum. Si autem parvulus est, non valens credere vel loqui, alius pro eo respondet.*

Manus impositione] Tertullian. de baptismo c. VIII. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. I. c. XXX.

Chrismate communiti] Cyprianus Carthaginens. episcop. LXX. *Ungi necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate esse unctus dei, et habere in se Christi gratiam possit.* Tertullian. de baptismo c. VII. Origen. in Ezechiel. c. XVI. homil. VI. Corpus Canon. distinct. IV. de consecrat. Damascenus de fide orthodox. lib. 4. c. X.

Eucharistiae mysteriis admittantur] Ecclesiastica enim consuetudo non renatis ex aqua et spiritu non tradit corpus Christi. Beda in Lucam lib. IV. c. XV. in quaestion. super librum Regum c. XVI. in Iohan. lib. 1. c. 2. Cyprianus epist. LXIII. Augustin. in Iohan. tract. 2. de baptismo contra Donatistas lib. II. c. XIV. contra Pelagian. lib. I. c. XV. Cyrillus Alexand. in Iohan. lib. XII. c. L. *Prohibemus a sacramentis catechumenos, quamvis veritatem iam cognoverint, et fidem magna voce confiteantur: quia nondum locupletati spiritu sancto sunt, qui habitat in iis, qui baptismate consummati. Unde quum baptismum receperint, quia spiritus sanctus habitare in illis creditur, a tactu et communione salutaris Christi corporis non prohibentur. Idcirco et accedentibus ad benedictionem mysticam ministri mysterii magna voce clamant, sancta sanctis: solis sanctificatis spiritu, tactum et sanctificationem corporis Christi congruere significantes.* Imo veteres tanti fecerunt hoc sacramentum ut ne ad inspectionem quidem eius admitterent nisi fideles et baptizatos. Unde et ante consecrationem exire iubebantur *catechumeni, energumeni* et *poenitentes.* Micrologus de observat. ecclesiast. cap. LI. tom. IV. bibliothec. patrum. Maximus Monachus in expositione Liturgiae c. XV. et XVI. Nicolaus Cabasila interp. in divinum sacrificium c. XXIII. Germanus archiepiscopus Constantinopol. rerum ecclesiast. theoria fol. 678. 679. Guilhelmus Durantus Minatens. ecclesiae episcop. in rationali divinor. officiorum lib. IV. fol. 37. lib. VI. fol. CXXIX. Albertus Magnus Ratisbon. episcop. de officio mis-

sae tractat. 3. c. XXIII. Albinus Alcuinus praeceptor Karoli Magni de divinis officiis fol. 1994. et fol. 2015. Thomas Aquinas sum. 3. quaest. LXXX. articulo IV. Dionysius Areopagita περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας p. 113. 221. et 141. Τοὺς δὲ κατηχουμένους, ἐνεργουμένους τε, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ ὄντας, ὁ τῆς ἁγίας ἱεραρχίας θεσμὸς ἐφίησι μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ψαλμικῆς ἱερολογίας, καὶ τῆς ἐνθέου τῶν πανιέρων γραφῶν ἀναγνώσεως, εἰς δὲ τὰς ἑξῆς ἱερουργίας καὶ θεωρίας οὐ συγκαλεῖται τούτους, ἀλλὰ τοὺς τελείους τῶν τελεσιουργῶν ὀφθαλμούς. *Catechumenos et energumenos, quique in paenitentia sunt, sanctae hierarchiae mos patitur quidem audire sacram psalmorum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem: ad sacra autem opera, quae deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos oculos eorum, qui digni sunt.* Notandum autem hoc loco quod olim pueris recens baptizatis data eucharistia. Paulinus episcop. Nolae ad Severum epist. XII. Cyrill. Hierosolym. catech. 3. illuminat. Hierosolym. fol. 23. Cyprianus de lapsis fol. 222. Augustinus tom. X. serm. VIII. de verbis apostoli fol. 197. ad Bonifac. epist. XXIII. ad Vitalem epist. CVI. Contra duas epistolas Pelagian. lib. I. cap. XXII. lib. IV. cap. IV. de peccatorum meritis ac remissione lib. I. cap. XX. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. ad articul. V. fol. 956. *Quomodo vitam regni caelorum promittitis parvulis non renatis ex aqua et spiritu, non cibatis carne* (Bellarminus falso unam speciem saltem datam pueris scribit de eucharistia lib. IV. cap. XXIV.) *atque non potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum. Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo, poculoque privatus, dividitur a regno caelorum, ubi fons viventium permanet Christus.* Et haec consuetudo perduravit usque ad Karoli Magni aevum. In capitulari enim eius lib. I. cap. CLXI. constitutio legitur, *ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam, ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.* Et eius praeceptor Albinus Alcuinus de divinis officiis fol. 1971. *Praecavendum est* (inquit) *ut infantes recens baptizati, nullum cibum accipiant, neque lactentur, antequam communicent.* Idem sancitum in Ordine Romano, quem Melchior Hittorpius vulgavit; et observatur etiam nunc a Bohemis et Moravis, ut notat Ioachimus Vadianus de sacramento eucharistiae lib. I. fol. 14. lib. 2. fol. 40. Iacobus Pamelius in adnotat. ad Tertullian. de baptismo fol. 470. putat hunc morem tum sublatum, quando cessavit adultorum baptismus, et certa illa baptizandi tempora amplius observata non sunt, ob periculum irreverentiae. Utut sit, cum secundum monitum S. Pauli I Corinth. cap. XI. ad hoc mysterium requiratur *sui probatio*, et *mortis domini annunciatio*, non video quomodo institutio huius sacramenti pertineat ad parvulos, qui horum nihil praestare possunt, ratione quippe destituti. Recte igitur censet Iohannes de Gerson cancell. Parisiensis, tunc pueris eucharistiam dandam cum ad perfectum usum rationis, ac discretionis annos pervenerint. Sic enim de communion. laicor. sub utraque specie part. I. fol. 17. et in regulis moralib. part. 2. fol. 75. scribit: *Illi pueri sunt idonei suscipere eucharistiam, et ad hoc ligari videntur semel in anno, qui secundum leges censentur habiles ad nubendum.*

Illos autem qui non in sancta trinitatis invocatione] Quoniam nullus est baptismus, si in fide S. Trinitatis non datur. Hieronymus in Ioëlem cap. 2. fol. 86. Didymus de SS. lib. 2. fol. 224. Cyrillus Hierosolym. in I. Catech. illuminat. Hierosolym. Firmilianus Caesar. Cappadociae episcop. apud Cyprian. epist. LXXV. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. X. Fulgentius ad Donatum de fide orthodoxa fol. 94. *Mysterium redemptionis humanae nulla ratione perficitur, si in baptismo vel filii, vel spiritus sancti vocabulum subtrahitur.*

Pauliani] Concilium Nicaenum cap. XIX. *De Paulinianistis ad ecclesiam catholicam confugientibus, definitio prolata est, ut baptizentur omnimodis.* Epitome S. Canonum fol. 47. Concil. Carthaginense VI. cap. XIX. Concil. Arelatens. II. cap. XVI. Gelasius de actis concil. Niceni p. 168. Ius Graeco-Romanum tom. I. fol. 378. Isti autem a Paulo Samosateno appellati sunt, qui Christum deum dei filium substantivum, et personalem, et sempiternum, non semper fuisse cum patre dicit, sed eius initum, ex quo de Maria natus est, asseverat, nec eum amplius aliquid quam hominem putat. Augustin. de haeres. cap. XLIV. Damascenus de haeres. fol. 580. Philastrius haeres. LXIV.

Procliani] Docuerunt Christum non in carne venisse. Augustinus de haeres. cap. LX.

Borboritae] Id est, coenosi, propter turpitudinem quam exhibent in suis my-

steriis. Vid. Epiphanius haeres. XXVI. Augustin. haeres. VI. Philastrius haeres. LXXII. Oecumenius in epistolam Iudae cap. I. Cod. Theodos. de haereticis L. LXV. *Borborianos* eos vocat.

Bonosiani, Montanitae] Bonosianos et Montanitas non rebaptizari, sed post abiectionem pravi et confessionem recti dogmatis sola manus impositione purgari tradunt Syricius PP. I. epistola ad Victoricium episc. tom. I. Concil. fol. 456. et Concil. Arelatense II. cap. XVII. Timotheus presbyter vero, Ius Graeco-Rom. tom. I. fol. 378. et Thomas de Aquino part. 3. sum. quaest. LXVI. articul. IX. Bonosianos et Montanitas inter illos ponunt, qui rebaptizantur. Illorum sententiae accedit Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LXI. ad Quirinum episc. fol. 1087. *Haeretici, qui in trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiani et Cataphrygae et alii tales, cum ad sanctam ecclesiam veniunt, baptizantur, quia baptismum non fuit, quod in errore positi, in sanctae trinitatis nomine minime perceperunt.*

Bonosiani] Hi Christum deum ex patris substantia ante secula negant, illum filium dei adoptivum, non proprium adserentes. Honorius haeresi. LXVIII. Innocentius PP. 1. epist. XX. ad Laurentium episcop. tom. I. concil. fol. 464. Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LXI.

Montanitae] Dicunt spiritum sanctum, quem in evangelio Christus discipulis suis promisit, in Montano et Priscilla redditum. Nuptias prohibent, et de infantis anniculi sanguine eucharistiam funestam conficiunt. Augustin. de agone Christiano cap. XXVIII. de haeres. cap. XXVI. Harmenopulus de sectis. Epiphanius haeres. XLVIII.

Manichaei] Vid. Epiphanius haeres. LXVI. Philastrius haeres. LXI. Augustinus de haeres. cap. XLVI.

Manichaei et Marcion] Theodorus Studitus epist. ad Naucrationem filium tom. I. biblioth. patrum: *Baptizantur Marcionitae, Tascodrugitae, Manichaei, et quae sunt eiusdem ordinis.* Timotheus presbyter de differentia eorum, qui accedunt ad S. fidem fol. 931. Ius Graeco-Roman. tom. I. fol. 378.

Quae duo principia sibi ignota introducunt] Honorius de haeres. *Marcion et Cerdoniani duo principia contraria asserunt.* Theodoretus fabul. haeretic. lib. I. Epiphanius haeres. XLI. et XLII. Damascen. de haeres. fol. 578. Philastrius haeres. XLIV. et XLV. Isidorus Hispalens. orig. lib. 8. cap. V. Tertullian. praescript. adversus haeret. cap. LI. adversus Marcionem lib. 1. cap. 2.

Contraria principia, ut Manichaeus] Epiphan. haeres. LXVI. Philastrius haeres. LXI. Augustinus haeres. XLVI.

Tria et barbara, ut Sethianus et Theodosius] Theodoretus lib. I. fabul. haereticar.

Vel multa, ut Valentinus] Ubertim Tertullianus adversus Valentinianos. et lib. 1. adversus Marcion. cap. V. Praescription. advers. haeret. cap. 33 et 49. Epiphanius haeres. XXXI. Philastrius haeres. XXXVIII. Timotheus presbyter fol. 931. Augustinus haeres. cap. XI.

Cerinthus] Timotheus presbyter fol. 931. *Baptizantur Sabelliani, Cerinthiani, Menandriani, Ebionaei.* Cerinthus autem Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine divinitate contendens. Irenaeus lib. I. cap. XXV. Augustin. haeres. VIII. Epiphanius haeres. XXVIII. Tertullian. praescription. adversus haeret. cap. XLVIII.

Photinus] Is Christum tantummodo hominem solitarium adserit, cui principium adscribit ex Maria. Vincentius Lirinensis contra haeres. cap. XVI. Marius Victorinus Afer adversus Arrium lib. 1. fol. 288. 294. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. 1. fol. 37. Augustin. de haeres. cap. XLIV. Leo PP. 1. serm. IV. de Nativitat. Domini p. 37. Ruffin. in expositione symboli fol. 87. Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychen. Epiphanius haeres. LXXI., Nicephorus Callistus lib. IX. cap. XXXI. Sozomenus lib. IV. cap. V. Historia Tripart. lib. V. cap. V. Philastrius haeres. LXV. Theodotus Ancyrae episcop. in Actis Concil. Ephesini tom. VI. cap. X.

Cap. LIII. — Quotidie Eucharistiae communionem percipere] In primitiva ecclesia, cum magna adhuc vigebat fidei devotio, fideles quotidie communicasse, notum ex Actibus apostolorum, et epistola decretali Anacleti Papae tom. I. Concil. fol. 56. Mansit ea consuetudo usque ad aetatem Cypriani et Augustini in Africa, Mediolani, Romae, et in Hispania, usque ad Ambrosii et Hieronymi tem-

pora. Cyprianus de orat. Dominica fol. 244. Augustin. ad Bonifac. epist. XXIII. ad Ianuarium epist. CXVIII. Ambros. de sacramentis lib. V. cap. IV. Hieronymus ad Lucinium epist. XXVIII. fol. 38. ad Hedibiam epist. CL. quaest. 2. fol. 416. In apologia ad Pammachium pro lib. adversus Iovinian. cap. VI. fol. 184. Postmodum diminuto fidei ardore, et refrigescente charitate sensim mos ille obsolevit. Thomas Aquinas part. 3. sum. quaestion. LXXX. artic. X. Ideoque sancitum a Pontificibus Romanis, ut, si non frequentius, saltem ter *(in natali Domini, Pascha, et Pentecoste)* aut ad minus semel *(in Coena Domini)* in anno eucharistiae sacramentum seculares susciperent, nisi viventes omnino ab ingressu ecclesiae arceri, et mortui Christiana carere vellent sepultura. Concil. Lateranense c. XXI. Conc. Turonens. III. cap. L. Concil. Agathense cap. LXIII. Corpus Canon. distinct. 2. cap. XVI. Burchardus Wormaciensis episcopus lib. V. cap. XVIII. Ivo episcop. Carnotensis part. 2. cap. XXVII. Capitul. Karoli Magni lib. 2. cap. XLV. Bonaventura episcop. Albanensis super sententias Petri Lombardi lib. IV. distinct. XII. quaestion. 2. num. 82. et sequent. Ludovicus Imp. addition. 3. ad Capitulare Karoli Magni cap. XXXVIII. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XII. quaestion. V. Albertus Magnus de officio missae tract. 3. cap. XXI. Graeci in Orientalibus partibus non quotidie, sed solis diebus festis et dominicis communicarunt. Athanas. tom. I. apolog. 2. fol. 569. 570. Augustin. de verbis domini secundum Lucam tem. X. sermon. XXVIII. fol. 76. et de sermone domini in monte lib. 2. fol. 815. *Plurimi in Orientalibus partibus non quotidie coenae Dominicae communicant.* Ambrosius de sacramentis lib. V. cap. IV. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Graeci in Oriente facere consueverunt.* Ipsi quoque sancti patres non tam inculcant quotidianam et crebram communionem, quam dignam sacramentorum perceptionem. Walafridus Strabo de rebus eccles. c. XX. *Gennadius Massiliensis presbyter in dogmate ecclesiastico, quasi inter veteres et iuniores medius existens, cum adhuc alii Dominicis tantum, iam quoque nonnulli quotidianis communicarent diebus, huiusmodi libramine sententiam suam temperat, ut quotidianam eucharistiae perceptionem nec laudare, nec vituperare se dicat; omni vero dominica communicare, si capitalia peccata non prohibeant, et mens in delectatione peccandi posita non est, hortatur. Apud Graecos quoque illi, qui duas vel tres dominicas sine communione transierint, excommunicari dicuntur.* August. epist. CXVIII. ad Ianuarium fol. 360. *Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam. Quaeris quare? quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque vivit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducaverit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Alius contra, immo, inquit, si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario removeri ad agendam paenitentiam, et eadem autoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere paenitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel auferat se communioni vel reddat. Caeterum si peccata tanta non sunt, ut excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet ut praecipue in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus et sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri proposuit Zachaeus et ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dixit: non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Ambo salvatorem honorificantes, diverso et quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat; sic in ore cuiusque Christiani sacramentum illud quomodo sumatur aestimandum. Nam et ille honorando non audet quotidie sumere, et ille honorando non audet ullo die praetermittere. Contemptum solum non vult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim et apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui non discernebant a caeteris cibis veneratione singulariter debita.* Chrysostomus in epistol. Pauli ad Hebraeos cap. IX. homil. XVII. et de non contemnenda dei ecclesia et mysteriis: Πολλοὶ τῶν μυστηρίων ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἕτεροι δὲ δὶς, ἄλλοι δὲ πολλάκις. Τίνας οὖν τούτων ἀποδεξόμεθα; Τοὺς ἅπαξ, ἢ τοὺς πολλάκις, ἢ τοὺς ὀλιγάκις; Οὔτε τοὺς ἅπαξ, οὔτε τοὺς πολλάκις, οὔτε τοὺς ὀλιγάκις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαροῦ συνειδότος, τοὺς μετὰ

καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίου ἀνεπιλήπτου. Οἱ τοιοῦτοι ἀεὶ προσιέτωσαν. Οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, μηδὲ ἅπαξ. Κρίμα γὰρ ἑαυτοῖς λαμβάνουσι καὶ κατάκριμα. Et de B. Philogonio tom. III. fol. 835. *Multi Christianorum in talem vaecordiam, tantumque venere contemptum, ut quum innumeris scateant malis, nullam tamen vitae suae curam habeant, sed in diebus festis negligenter ac temere ad mensam domini accedant, haud intelligentes quod communionis tempus non est festum neque celebritas, sed conscientia pura, vitaque a peccatis repurgata. Quemadmodum enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec paenitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque semel in anno accedere liberat nos a peccatis, si indigne accesserimus; quin hoc ipsum potius auget damnationem, quod cum semel accedamus, ne tunc quidem pure accedamus.* Et homil. LXI. ad populum Antiochenum in epist. Pauli ad Corinthios I. cap. X. homil. XXIV. ad Ephesios cap. II. homil. III. in orat. de baptismo Christi. Anastasius quaest. 7. in SS. fol. 135. Isidorus de officiis eccles. lib. 1. cap. XVIII. Basilius Magnus de baptismate lib. 1. cap. III. lib. 2. quaestion. 3. Autor homil. de coena Domini apud Hieronym. tom. IX. Hieronym. ad Corintheos c. XI. Rabanus Maurus de institut. clericorum lib. 1. cap. XI. de sacramento eucharistiae cap. LVII. Origenes in Psalm. XXXVIII. homil. II. In Leviticum cap. XXIII. homil. XIII. Marcialis episcop. ad Burdegalenses cap. IV. Eligius Noviomensis episcop. de coena Domini homil. VIII. Augustinus tom. X. serm. CCLII. de tempore. Ambrosius in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XI. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. IX. num. 42. Algerus de sacramento eucharistiae lib. 1. cap. XXII.

Communicaturus satisfaciat lachrymis] Haec verba citat Thomas Aquinas in 1. epist. Pauli ad Corinth. cap. XI. lect. 7.

Quem mortalia peccata non gravant] Mortalia peccata vocat *adulterium, homicidium, sacrilegium, furtum, et periurium.* Hieronym. in Ezechielem lib. XI. cap. XXXIV. in Zachar. lib. 1. cap. V. Cyprian. de bono patientiae fol. 288. Autor de rectitudine catholicae conversation. apud Augustin. tom. IX. fol. 793. Tertullian. adversus Marcionem lib. IV. cap. IX.

Quem mortalia crimina post baptismum premunt] Walafridus Strabo de observat. eccles. cap. XVII. *Sacramenta a sanctificatione vel secreta virtute dicuntur. Unde etiam criminum foeditate capitalium a membris Christi deviantes ab ipsis sacramentis ecclesiastico suspenduntur officio. — Sciendum a S. patribus ob hoc vel maxime constitutum, ut mortaliter peccantes a sacramentis dominicis arceantur, ne ea indigne percipientes, vel maiori involvantur reatu, ut Iudas, quem post panem a magistro temere susceptum diabolus dicitur plenius invasisse, ut crimen quod prius scelerata praemeditatione conceperat, iam sceleratissimo consummaret adfectu. Vel (quod apostolus de Corinthiis dicit) ne infirmitatem corporis et imbecillitatem, ipsamque mortem praesumptores incurrant.* Ambros. serm. VI. fol. 9. *Vestrum est vetare homicidam antequam paenitentiam agat eucharistiam accipere.* Concil. Turonicum I. cap. VII. *Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem paenitentiae ipsorum crimina diluantur.* Martialis episcop. in epistola ad Burdegalens. cap. IV. *Est indignus mensa Domini, qui hominem occiderit. Nam si praesumit eucharistiam, reus est mortis animae et corporis sui.* Sic Photius patriarcha Basilium Imp. Michaelis parricidam, ad sacram coenam admittere noluit. Zonaras tom. 3. annal. fol. 151. *Meretricibus* quoque *publicis, usurariis, mimis, et histrionibus* denegatur communio. Nicephorus Confessor tom. I. Iuris Graeco-Romani fol. 196. Iohannes Gerson de sacramento eucharistiae part. 2. fol. 27. Durandus de S. Portiano super sentent. Petri Lombardi lib. IV. distinct. IV. quaest. V. Gregorius PP. in decretis lib. V. tit. XIX. cap. III.

Hortor prius publica paenitentia] Publicae paenitentiae meminerunt Irenaeus adversus haeres. lib. I. cap. IX. Eusebius eccles. histor. lib. V. cap. XXVIII. Tertullian. de paenitent. cap. IX. Ambrosius de paenitent. lib. II. cap. X. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXVIII. Histor. Tripart. lib. IV. cap. XXXV. Sozomenus lib. VII. cap. XVI. Hieronym. ad Oceanum epist. XXX. fol. 85. *Quis hoc crederet,* (loquitur de exomologesi Fabiolae) *ut post mortem secundi viri in semetipsam reversa, (quo tempore solent viduae negligentes, iugo servitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretriceos) saccum indueret, et errorem publice fateretur; et tota urbe spectante Romana, ante diem Paschae in basilica Laterani, qui Caesariano truncatus est gladio, staret in ordine paenitentium, episcopo, presbyteris, et omni populo collachrimantibus; spar-*

*sum crinem, ora lurida, squallidas manus, et sordida colla submitteret.* De ritu illius solemni fuse Gratianus distinct. L. Bonaventura lib. IV. distinct. XIV. numer. 39. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XIV. quaest. IV. Beatus Rhenanus ad Tertulliani lib. de paenitent. et in admonit. dogmat. Tertulliani fol. 557. Imposita autem est pro gravissimis et notoriis sceleribus, quae commoverunt totam urbem, vel totam viciniam: ut ita qui multorum destructione se perdiderit, cum multorum aedificatione se redimat. Ludovicus Imp. addition. 2. ad Capitular. Karoli Magni cap. XXIII. Durandus loco praeallegato. Autor de utilitate paenitentiae apud Augustin. tom. IX. fol. 706. cap. 3. Iohannes de Gerson. part. 2. de visitat. praelatorum fol. 43. de absolvendi potestate p. 33. Augustin. tom. IX. lib. I. de symbolo ad catechumenos cap. VI. de animabus defunctorum tom. X. serm. IV. fol. 894. Martinus Bracarensis episcop. in excerptis capit. Graecor. tom. 2. Concil. cap. XXIII. fol. 224. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XVII. numer. 79.

Secreta satisfactione] Albinus Alcuinus de divinis officiis, in appendice bibl. patrum fol. 1952. *Secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus; quotidiana vero leviaque peccata, sine quibus hominis vita non ducitur, dominica oratione purgantur.* Vidend. Martinus Chemnitius theologus eruditissimus examin. Concil. Trident. part. 2. pag. 381. et seq.

Quotidie eucharistiae communionem percipere] Rabanus Maurus de serm. proprietate lib. IV. cap. X. de instit. clericor. lib. I. cap. XXXI. Corpus Canon. de consecrat. distinct. 2. cap. XII. Innocentius PP. III. mysterior. missae lib. IV. cap. XLII. fol. 394. Walafridus Strabo de reb. eccles. cap. XX. Algerus de sacramento eucharistiae lib. 1. cap. XXII. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. dist. XII.

Cap. LIV. — Paenitentia vera est] Gregorius Magnus in evangelia homil. XXXIV. fol. 482. et epist. lib. IX. epist. XXXIX. fol. 1069. *Paenitentiam vere agere, est commissa flere, et iterum plangenda declinare.* Eligius Noviomensis episcop. homil. XVI. Ambros. serm. XXXIV. fol. 47. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XIV. Iohannes Gerson de sacramento paenitentiae part. 2. fol. 27.

Satisfactio paenitentiae] Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XV. *Satisfactio paenitentiae est, peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earum aditum indulgere.* Rabanus de serm. proprietat. lib. IV. cap. X. de institut. clericor. lib. 2. cap. XXXI. Bernhardus *de interiori domo* fol. 1063. Bachiarius de recipiendis lapsis. Bonaventura lib. III. distinct. XX. lib. IV. distinct. XV. quaest. III. Vid. Martinus Chemnitius part. 2. examin. Concil. Tridentin. p. 378 et sequent.

Cap. LV. — In divinis promissionibus nihil terrenum] Vide Augustinum in Iohan. tractatu XXXII. cap. VII.

Non nuptiarum copulam sicut Cerinthus] Cerinthi haeresis haec erat, ut affirmaret terrenum futurum Christi regnum, ac quia ventri, gulae ac libidini erat deditus, ea futura decernebat, quae sibi propria libido dictabat. Ventris et eorum, quae sub ventre sunt incitamenta, cibis, potibus, et nuptiis praedicabat explenda. Eusebius eccles. histor. lib. III. cap. XXVIII. lib. VII. cap. XXIII. Theodoret. lib. II. fabul. haeret. Isidor. Hispal. orig. lib. 8. c. V. Epiphanius haeres. XXVIII. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. III. cap. XIV. lib. VI. cap. XXII. Sic impuratus Mahumet ut mancipiis suis vilissimis, et maximis mulierum amatoribus Saracenis placeret, illis post fata paradisum deliciosum, inque eo speciosissimas mulieres, ac longas et securas subationes pollicitus est. Alcoran azoara II. LXV. LXVI. Iohan. Cantacuzenus orat. 2. in Mahumet. doctrina Mahumeti ad Sarracenos fol. 197. Anastasius bibliothecarius ad ann. Christi DCXXII.

Non quod ad cibum et potum pertinet, sicut Papia autore, Irenaeus, Tertullianus, et Lactantius acquiescunt] Hieronymus in catalogo script. ecclesiast. ad Dextrum fol. 123. *Papias Iohannis auditor dicitur mille annorum iudaicam edidisse δευτέρωσιν, quem secuti sunt Irenaeus, et Apollinarius, et caeteri, qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, et Victorinus Pictaviensis, et Lactantius hac opinione ducuntur.* Et in praefat. in Esaiam lib. XVIII. fol. 213. in Ezechiel. lib. IX. cap. XXXVI. Eusebius eccles. histor. lib. III. cap. XXXIX. Nicephorus Callistus lib. III. cap. XX.

Irenaeus] Vide illum lib. V. cap. XXXII. et sequent. edition. Francisci Feuardentii.

Tertullianus] In fragmento libri de spe fidelium. de resurrectione carnis cap. XXV., adversus Marcionem lib. 1. cap. XXIX. lib. III. c. XXIV. lib. IV. c. XXIX.

Lactantius] Lib. VII. cap. XXIV. et XXVI. in Epitome cap. 8.

Sicut Nepos docuit] Nepos iudaico intellectu de futuris promissionibus sentiebat, easque corporaliter exhibendas docebat; et mille annis in deliciis corporalibus in hac terra sanctos regnaturos esse cum Christo. Eusebius eccles. histor. lib. VII. cap. XXII. Theodoretus fabul. haeret. lib. 3. Nicephorus Callistus eccles. histor. lib. VI. Hieronymus de viris illustrib. in Dionysio Alexandrinae urbis episcopo.

Cap. LVI. — Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire] Contra Pelagianos, qui docebant principium boni operis esse in nobis, sed consummationem ex deo. Augustin. ad Vitalem epist. CVII. ad Sixtum presbyt. epist. CV. contra duas epist. Pelagian. lib. II. cap. V. de Spiritu et Littera cap. XXXIV. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. 3. cap. 1. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. articul. 3. fol. 932. Fulgentius episcop. Ruspensis ad Gallam epist. II. ad Probam epist. IV. de praedestinat. ad Monimum lib. 1. Bernardus Abbas Claraevallensis epistola CCXXIV. de modo bene vivendi serm. 3. Thomas de Aquino in epist. Pauli ad Ephes. cap. I. lectione I. et in Quodlibet. I. articul. VII.

Nullum dei voluntate perire sed per seipsum] Eusebius in apolog. pro Origene apud Orig. tom. I. fol. 482. *Habendum est in ecclesiasticis observationibus, quod neque hominum quis a deo in perditionem traditus est, sed unusquisque pereuntium sua negligentia pereat et culpa, qui habens arbitrii libertatem eligere quod bonum est, et potuit, et debuit.* Origenes in epist. Pauli ad Roman. lib. 2. cap. II. fol. 309. *Observandum est, quod nusquam deus dicitur aliquem perdidisse, sed unusquisque ex se patitur hoc quod perit.* Concilium Arausicanum II. cap. XXV. *Aliquos ad malum divina potestate praedestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione anathema illis dicimus.* Augustin. de 3. articulo sibi falso imposito tom. VII. fol. 922. *Omnium ho minum deus creator est, sed nemo ideo creatus est ut pereat, quia alia causa est nascendi, alia pereundi. Ut enim nascantur homines est beneficium, ut pereant, praevaricatoris est vitium.* De peccatorum meritis et remission. contra Pelagian. lib. 2. cap. XVII. In enchiridio ad Laurent. cap. CIII. Ambrosius de Isaac et anima c. VII. Chrysost. de compunction. cordis fol. 495. Faustus de libero arbitrio lib. 1. cap. XIX. lib. 2. cap. I. et sequent. Fulgentius de duplici praedestinat. ad Monimum lib. 1. fol. VII. VIII. XI. et sequent. Hieronym. in Ezechiel. lib. I. cap. III. Autor hypognost. articulo VI. fol. 959. et sequent. Damascenus de fide orthodoxa lib. II. cap. XXX. lib. IV. cap. XX. et XXII. Multimodis igitur detestanda haeresis, quae impia novitate praesumit asserere, *quod deus maiorem partem generis humani ad hoc creet, ut illam perdat in aeternum.*

Cap. LVII. — Malum vel malitia non est a deo creata] Ambros. hexaemer. lib. 1. cap. VIII. fol. 12. *Malitia ex nobis orta, non a deo creatore condita, morum levitate generatur, non ullam creaturae habens praerogativam, nec autoritatem substantiae naturalis, sed mutabilitatis vitium, et errorem prolapsionis. Non enim vita mortem generat, nec lux tenebras.* Vide Iustinum Martyrem quaest. LXXIII. ad orthodox. Hieronym. adversus error. Iovinian. lib. 1. cap. XVII. Epiphan. contra *Basilidianos*, haeres. XXIV. Gregor. Nyssenum tract. 2. in Psal. LVI. In orat. catechet. cap. V. Faust. de libero arbitr. lib. 1. cap. I. Damascen. contra *Manichaeos* p. 751. Raban. Maurum de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X. Augustin. contra Iulian. Pelagian. lib. I. cap. III. in quaestion. ad Orosium tom. IV. c. XVI. Petrum Lombardum sentent. lib. IV. cap. XXXV.

Diabolus bonus a deo conditus] Contra Priscillianistas, dicentes *quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura eius opificium dei sit, sed eum ex chao et tenebris emersisse, scilicet quia nullum sui habeat autorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia.* Leo PP. 1. epist. XCI. ad Turbium Asturicens. episcop. tom. I. Concil. cap. 13. Tertullian. adversus Marcionem lib. 2. cap. X. *Deus diabolum ex forma operum bonorum instituit bonum: et quidem retro invituperabilis a die conditionis suae, a deo in bonum conditus, ut a bono conditore invituperabilium conditionum, et exculius omni gloria angelica, et apud deum constitutus, qua bonus apud bonum; postea vero a semetipso translatus in malum.* Papias in voce *Malum.* Damascenus contra Manichaeos fol. 543. de fide orthodox. lib. II. cap. IV. et XXVII. Cyrillus Alexand. in Iohan. lib. VI. cap. VI. Didymus Alexand. in epist. S. Iudae cap. I. Ambros. in Lucam lib. IV. cap. IV. lib. VII. cap. XVII. Elias Cretensis in orat. Nazianz. 3. fol. 210. Theodoret. divinor. decret. epitome

fol. 599. Chrysostom. de paenitent. tom. V. fol. 563. Augustin. de Genesi ad literam lib. XI. cap. XXI. de civitate dei lib. V. cap. IX.

Cap. LVIII. — Nihil natura esse immutabile nisi solum deum patrem] Nazianzen. de fide orat. XLIX. *Nos credimus immutabilem et inconvertibilem, sicut patrem, ita et filium dei, et spiritum sanctum.* Theodoretus in Psalm. CL. Athan. de *divinitate Christi* fol. 339. de *incarnatione verbi* fol. 480. Autor de fide ad Petrum cap. XVII. Didymus de spiritu sancto fol. 122. Hieronym. de his, quae deo in SS. tribuuntur tom. IX. fol. 67. Isidorus Hispalensis de summo bono lib. I. cap. X. sentent. lib. I. cap. I. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. IV. cap. X. Durandus sentent. lib. I. distinct. VIII. quaestion. 3.

Et filium] Contra Arrii furorem, qui dicebat filium non esse inconvertibilem ut patrem, sed vertibilem creaturarum modo. Athanas. tom. 1. disputat. 2. contra Arrianos fol. 141. et in orat. contra Arrianos tom. 2. fol. 30. Socrates eccles. histor. lib. I. cap. III. Histor. Tripart. lib. I. cap. XIII. Origenes in Numer. homil. 16. cap. XXIII. περὶ ἀρχῶν lib. I. cap. VIII. Fulgentius ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 56. Theodoret. eccles. histor. lib. I. cap. IV. Sozomenus lib. I. cap. XIV. Ruffinus eccles. histor. lib. X. cap. V. *Illos, qui dicunt convertibilem aut mutabilem esse filium dei, anathematizat catholica et apostolica ecclesia.*

Cap. LIX. — Angeli non natura possident bonum] Angeli non naturaliter sancti sunt, sed ad sancti vocabulum fide et placita deo conversatione, atque ipsius spiritus sancti sanctificatione, venerunt. Faustinus de fide cap. VII. Cyrillus Alexand. in thesauro lib. IV. cap. I. Baeticus de fide. Didymus Alexand. in epist. Iohan. I. cap. III. de spiritu sancto lib. I. Origen. περὶ ἀρχῶν lib. I. c. V. et VIII. Basilius Magnus concion. VIII. in Psalm. XXXII. de s. sancto c. XIX. Athanas. dialog. I. Nazianzenus orat. XLIV.

Sancti angeli vocantur] Sancti angeli vocantur propter pulcherrimum, inculpabileque ministerium, quod deo exhibent. Philo de Gigantibus.

Cap. LX. — Omnium creaturarum bonam confitetur substantiam] Contra Manichaei furorem, qui duas naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos, opinatus est. Augustin. de haeres. cap. XLV. de religione Christian. cap. IX. XIX. XXIII. de moribus Manichaeorum lib. II. cap. VIII. Soliloquior. lib. I. cap. I. contra Faustum Manichaeum lib. VI. cap. II. contra Iulian. lib. I. cap. III. Papias in voce *Manichaei.* Epiphanius haeres. XXIV. XXXVI. LXVI. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XXI. Athanas. contra gentes fol. 2. Damascenus dialog. contra Manichaeos pag. 251. de fide orthodox. lib. IV. cap. XXI. Hieronymus in Hieremiam lib. I. cap. III. in Ezechielem lib. IV. cap. XXVIII. adversus Pelagianos c. IV. Basilius Magnus homil. 2. in Hexaemeron. et in concione *Quod deus non sit auctor malorum.* Gregorius Nazianzen. orat. XL. in s. baptisma fol. 671. Πίστευε μὴ οὐσίαν τινὰ τοῦ κακοῦ εἶναι, μήτε βασιλείαν ἢ ἄναρχον, ἢ παῤ ἑαυτῆς ὑποστᾶσαν, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ γενομένην, ἀλλ' ἡμέτερον ἔργον εἶναι τοῦτο καὶ τοῦ πονηροῦ, ἐκ τῆς ἀπροσεξίας ἐπεισελθὸν ἡμῖν, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ κτίσαντος. Docte Hierotheus apud Dionysium Areopagitam περὶ θείων ὀνομάτων pag. 313. et sequent.

Cap. LXI. — Virtutes angelicae, quae in divino amore fixae perstiterunt] Augustin. enchiridio ad Laurentium cap. XXVIII. de correptione et gratia cap. X. Autor de fide ad Petrum Diaconum c. XXIII. Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. cap. X. Beda in Iob. cap. IV. Philippus presbyter in Iob. lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. XXV. Caesarius dialog. I. Nazianzenus orat. II. in s. pascha.

Cap. LXII. — Tales creati sunt angeli, ut si vellent, in beatitudinis luce persisterent] Damascenus de fide orthodoxa lib. 2. cap. 3. Εἰσὶ τοίνυν φύσις λογικὴ, νοερά τε καὶ αὐτεξούσιος, τρεπτὴ κατὰ γνώμην, ἤτοι ἐθελότρεπτος. πᾶν γὰρ κτιστὸν καὶ τρεπτὸν, μόνον δὲ τὸ ἄκτιστον ἄτρεπτον, καὶ πᾶν λογικὸν αὐτεξούσιον. Ὡς μὲν οὖν λογικὴ, καὶ νοερὰ αὐτεξούσιός ἐστιν. Ὡς δὲ κτιστὴ, τρεπτὴ, ἔχουσα ἐξουσίαν καὶ μένειν, καὶ προκόπτειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τρέπεσθαι. *Est ergo natura angeli rationalis, et intellectualis, et libera potestate, arbitrioque fulta; vertibilis secundum propositum, sive voluntate mutabilis. Nam omne creatum vertibile, solum autem increatum invertibile: et omne rationale potestate liberum. Intellectualis ergo natura, ut rationalis potestate libera est: ut creata vero vertibilis, potestatem habens manendi et proficiendi in bono, et in deterius prolabendi.* Athanasius de trinitate lib. I. fol. 186. Origenes περὶ ἀρχῶν lib. II. cap. VIII. Gregorius Magnus moralium lib. IV. cap. XXIX. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. Petrus

Lombardus lib. 2. distinct. V. Baeticus de fide. Cyrillus Alexandrinus de s. trinitate cap. II. Cyrillus Hierosolym. in 2. catechesi illuminat. fol. 12.

Post lapsum ita confirmati sunt angeli] Beda in quaestionibus super Genesin fol. 122. ex Gregorio: *Tales creati sunt angeli, ut si vellent in beatitudinis luce persisterent, si autem nollent, etiam labi potuissent. Unde et Satan cum sequacibus legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui perstiterunt, ut cadere omnino non possint.* Philippus presbyter in Iob. cap. IV. fol. 13.

Cap. LXIII. — Bonae sunt nuptiae] Ex traditione dei, qui illas in primordio creationis connexuit fidei vinculo, gratificavit benedictionis dono, multiplicavit propagationis augmento. Fulgentius ad Probam de virginitate epist. 3. fol. 77. Genes. I. Martial episcop. Lemovicensis in epist. ad Tolosanos cap. IX. Ambros. in Lucam lib. I. c. I. Arethas in apocalyps. c. XXXIX. Cyrillus Hierosolym. κατηχήσ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. 22. Autor de fide ad Petrum c. III. apud Augustin. tom. III. Tertullianus adversus Marcionem lib. I. c. XXIX. Hieronymus ad Salvinam epist. IX. adversus Iovinianum lib. I. c. I. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. c. XXV. Isidorus de officiis ecclesiast. lib. II. c. XXIII. Maximus Taurinensis episc. homil. I. in epiphan. Domini. Iunilius episc. in Genesin. fol. 36. et 39. Theodoretus divinor. decret. epitome fol. 413. Augustinus de adulterinis coniugiis lib. II. cap. XII. ad Coelestinum de peccato origenali lib. II. c. XXIII. et sequent. Athanasius contra omnes haereses tom. I. fol. 853. Epiphanius haeres. LXII. et LXVII. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XXVI. *Quod res bona sit coniugium non modo ex eo probatur, quod dominus legitur instituisse coniugium inter primos parentes: sed etiam quod in Cana Galileae nuptiis interfuit Christus, eamque miraculo commendavit, aqua in vinum conversa.* Et distinct. XXX. *Est finalis causa matrimonii contrahendi procreatio prolis, propter hoc enim instituit deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit: crescite et multiplicamini. Secunda est post peccatum Adae vitatio fornicationis, unde ait apostolus: propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, et unaquaeque habeat virum suum.*

Cap. LXIV. — Melior est continentia] Bernhardus de modo bene vivendi serm. XXII. fol. 1268. *Bona est castitas coniugalis, sed melior est continentia vidualis, optima vero integritas virginalis.* Vid. Autor de continentia apud Augustin. tom. IV. fol. 703. et seq. Hieronymus in epist. Pauli ad Galatas lib. IV. cap. V. Beda tom. VII. homil. hiemal. de tempore fol. 285.

Cap. LXV. — Virginitas utroque bono praecelsior est] S. Paulus, et omnes patres unanimi consensu virginitatem praeferunt nuptiis. Paulus ad Corinth. I. cap. VII. Chrysostomus tom. I. de verbis Esaiae, *Vidi Dominum* etc. homil. III. fol. 1294. *Bonum est coniugium, sed melior est virginitas; nec quoniam melior virginitas, ideo malum est coniugium, sed illud quidem inferius, alioquin bonum et ipsum.* Et de virgin. tom. V. cap. XI. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. XXV. Cyprianus de nativit. Christi fol. 405. Hieronymus adversus Iovinian. lib. I. cap. I. Tertullianus adversus Marcionem lib. V. cap. XV. Isidorus sentent. lib. II. cap. XVIII. et XL. Fulgentius de Virginitate ad Probam epist. 3. Gaudent. tractat. VIII. fol. 70. Nazianz. de laude virginit. et orat. XX. in laudem Basilii Magni. Athanas. ad Ammon. Monachum. tom. 2. fol. 43. Isidorus Pelusiota epistol. lib. 2. epist. CXXXIII. epist. CCCLIII. lib. 4. epist. CXV. Sulpitius Severus lib. 2. de vita Martini. Rescriptum episcoporum Telensium ad Syricium PP. tom. I. Concil. fol. 422. Ambrosius epist. VII. fol. 185. et sequent. Iunilius episcop. Africanus in Genesin fol. 39. Epiphanius contra Origenianos haeres. LXIII.

Cap. LXVI. — Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere] De gratia post cibum deo agenda, homiliam scripsit Maximus Taurinensis episcopus, ut notat Gennadius de viris illustribus. Sed et ante cibum veteres Christianos nomen domini invocasse, et cibum potumque signo crucis signasse, Origenes tradit lib. 3. in Iob. fol. 270. *Si cum manducamus et bibimus fidei memores fuerimus, et terribile nomen domini invocaverimus, si nosmetipsos et cibum vel potum nostrum signo venerabilis crucis Christi signaverimus, si ad caelum oculos nostros levantes dicamus: qui das escam omni carni, da etiam nobis cum benedictione hunc cibum sumere* etc. Observo quoque apud Clementem baptisatos non manducasse cum illotis. Ita enim lib. I. recognit. fol. 10. inquit: *Cum haec dixisset, secessit ut cibum caperet cum suis; me autem seorsim vesci iussit. Et post cibum cum laudem*

*dixisset deo, et gratias egisset, etiam huius ipsius facti mihi reddidit rationem, et addidit dicens: det tibi dominus exaequari nobiscum in omnibus ut percepto baptismate, possis ad eandem nobiscum convenire mensam.* Et lib. VII. fol. 113. *Sed et illud observamus, mensam cum gentibus non habere communem, nisi cum crediderint, et recepta veritate baptisati fuerint, ac trina quadam beati nominis invocatione consecrati; et tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiamsi pater aut mater sint, aut uxor aut filii, aut fratres, non possumus cum eis mensam habere communem.*

Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis] Christiani abstinent se interdum carnibus et vino, non quod haec tanquam βδελύγματα oderint, ἀλλὰ τοῦ μὴ σφριγᾶν περὶ τὰ ἀφροδίσια τὴν σάρκα ut ait Clemens Alexandrinus στρωματέων lib. VII. fol. 315. Autor de fide ad Petrum cap. III. *Servi dei in eo quod a carnibus et a vino abstinent, non tanquam res immundas refugiunt, sed mundioris vitae instituta sectantur.* et cap. XLII. *Firmissime tene, servos dei, qui a carnibus et vino abstinent, non tamquam immunda, quae a deo facta sunt respuere, sed a fortiori cibo et potu, pro sola castigatione corporis abstinere.* Vide Cyrillum Alexandrinum contra Iulianum lib. VII. fol. 167. et sequent. Cyrillum Hierosolymitan. κατηχ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. 23. Tertullian. adversus Marcionem lib. II. cap. XVIII. Bernhard. de modo bene vivendi serm. XXIV. Petrum Damianum epist. I. adnotata ad Minutium Felicem fol. LIV.

Cap. LXVII. — Malas dicere nuptias Hierachitarum et Manichaeorum est] Illi enim matrimonium ut malum, et impudicitiae negotium reprobant, vanissime asserentes, *omnem coitum spurcum esse, nec coniugatos posse regnum caelorum possidere.* Epiphanius haeres. LXVII. Athanasius contra omnes haeres. fol. 852. Hieronymus ad Caelantiam epist. XIV. cap. VIII. adversus Iovian. lib. I. cap. I. Irenaeus adversus haeres. lib. I. cap. XXX. et sequent. Iohan. Damascenus de haeres. fol. 581. Tertullian. contra Marcionem lib. I. cap. XXIX. Augustin. contra Secundin. Manichaeum cap. XXI. et de haeres. cap. XLVI. Vigilius PP. in decret. tom. 2. Conciliorum. Concil. Gangrense cap. I. Concil. Bracarense I. cap. XI. *Si quis coniugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichaeus et Priscillianus dixit, anathema sit.* Ignatius Antiochiae archiepiscopus epistola VI. ad Philadelphenses pag. 34. Ἐάν τις φθορὰν καὶ μολυσμὸν καλῇ τὴν νόμιμον μίξιν, καὶ τὴν τῶν παίδων γένεσιν, ἢ τινα τῶν βρωμάτων βδελυκτὰ, ὁ τοιοῦτος ἔνοικον ἔχει τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην.

Cibos quoque credere malos] Cibos, quos deus creavit ad utendum, aversantur et respuunt Tacianus, Encratitae, Iovinianus, Manichaeus et Priscillianus. Hieronymus adversus Iovinian. lib. I. cap. I. Epiphanius haeres. XLVII. et LVI. Theodoretus divinor. decret. epitome fol. 416. et haeret. fabular. lib. I. Augustin. haeres. XLVI. et contra Faustum Manichaeum lib. VI. cap. VI. Clemens constit. lib. VI. cap. X. et XXV. Nicolaus PP. ad consulta Bulgarorum c. XLIII. Bernhardus super Cantica serm. CXVI. fol. 761. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. XLI. Concilium Bracarense I. cap. XIV. *Si quis immundos putat cibos carnium, quos deus in usum hominum dedit; et non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichaeus et Priscillianus docuerunt, anathema sit.*

Cap. LXVIII. — Sacratae virginitati nuptias coaequare] Iovinianus haereticus, Sarmatio et Barbatianus vaniloqui homines, asserebant *virgines, viduas, et maritatas, quae semel in Christo lotae essent, si non discreparent caeteris operibus, eiusdem esse meriti, nullamque esse distantiam inter abstinentes et simpliciter epulantes.* Hieronymus adversus Iovinian. lib. 1. cap. II. Isidorus Hispalensis orig. lib. VIII. cap. V. Augustin. haeres. LXXXII. de peccatorum meritis et remissione lib. III. cap. VII. Contra duas epistolas Pelagian. tom. VII. cap. II. Ambrosius epist. XXV. fol. 238. Hieronym. ad Celantiam epist. XIV. cap. VIII. *Apostolicae doctrinae regula nec cum Ioviniano aequat continentiae opera nuptiarum, nec cum Manichaeo coniugia condemnat.* Vide Sulpitium Severum dialog. 2. de vita Martini.

Cap. LXIX. — Integra fide credendum est, beatam Mariam virginem concepisse, et post partum virginem mansisse] Expugnat argumentationes Antidicomaritarum, Claudinorum, et Helvidii haeretici, dicentis: *S. Mariam virginem post nativitatem salvatoris ex consortio Iosephi filios suscepisse, qui fratres domini appellati sunt.* Hieronym. tom. II. fol. 133. et seq. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XXX. num. 5. Gennadius de viris ill. in Helvidio. Epiphanius haer. LXXVIII.

Virginem genuisse, et post partum virginem permansisse] Origenes in Matthaeum cap. I. homil. I. *Virgo sancta genuit deum, sed intacta permansit, mater effecta est, sed virginitatem non amisit; virgo ergo genuit, et virgo permansit.* et in Levitic. homil. 8. cap. 13. Chrysostomus homil. de Iohan. Baptista tom. 3. fol. 359. Ilfonsus Toletanus de illibata virginitate Mariae tom. VIII. bibliothec. patrum. Augustinus contra Iulianum lib. 1. cap. 2. fol. 637. in Iohan. tract. CXX. Hieronymus de assumptione virginis Mariae part. 2. tract. IV. epist. LVI. Cyrillus Alexandrin. in actis Concilii Ephesini fol. 63.

Fuit virgo ante partum, non virgo post partum] Hanc nefandam Helvidii haeretici blasphemiam defendere ausi sunt haeretici civitatis Cremensis, dicentes: *Maria si virgo mansit post partum, non hominem sed angelum peperit; virgo igitur post partum non fuit.* Iohannes Trithemius in Chronic. Hirsaugiens. fol. 212. circa ann. Domini MCCCXV.

Cap. LXX. — Elementa non credamus abolenda per ignem, sed in melius commutanda] Vide Oecumenium in II. epist. D. Petri cap. IV. Damascen. de fide orthodox. lib. II. cap. VI. Bedam in Apocalypsin cap. XXI. Chrysostom. in epist. Pauli ad Roman. c. VIII. homil. XIV. Proculum apud Epiphanium haeres. LXIV. Philippum presbyt. in Iob. lib. 1. cap. XIV. Iulianum episcop. Toletan. prognost. lib. III. cap. XLIII. Hieronym. in Esaiam lib. XIV. cap. LI. Sixtum Senensem in bibliotheca sancta lib. VI. annotat. CCCXL. Thomam Aquinatem in addit. ad sum. 3. Quaestion. LXXIV. artic. V. et sequent.

Cap. LXXI. — Bonum est facultates pauperibus erogare] Thomas Aquinas in epist. Pauli ad Corinth. II. cap. IX. lectione I. Bernhardus in sententiis fol. 486. Ambrosius de Nabuthe c. VII. fol. 554. 555. Hieronymus ad Hedibiam epist. CL. quaest. 1.

Cap. LXXII. — Maritum duarum matronarum clericum non ordinandum] Propter eminentiam celebrationis sacrorum, καὶ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης, non suscipit ecclesia ad sacerdotium, eum qui defuncta priore coniuge, ad secunda vota devolutus est. Epiphanius contra Phrygistas haeresi XLVIII. Contra Catharos haeres. LIX. fol. 215. Canon. apostolor. cap. XVI. Innocent. PP. 1. in decret. cap. VI. Photius Nomocan. tit. I. cap. XXIII. Hieronym. lib. II. contra Iovinian. cap. III. De Monogamia ad Ageruch. epist. II. cap. II. Chrysost. in epist. Pauli ad Titum cap. 1. homil. II. Concil. Toletanum IV. cap. XVIII. Concil. Epaunense cap. II. Concil. Arausicanum I. cap. XXV. Iustinianus Imp. Novella VI. Origenes in Lucam cap. XI. homil. XVII. Ambrosius epistol. XXV. fol. 246. et 282. Gregorius Magnus lib. II. epist. XXV. Adnotata ad Minutium Felicem fol. 57.

Neque eum qui concubinam habuit] Concil. Aurelianense III. cap. IX. *De his, qui sibi concubinas publice crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ne ulterius ordinentur.* Canon apostol. cap. XVI. Hieronym. ad Oceanum de vita clericorum tom. IX. fol. 255.

Neque qui viduam, aut repudiatam, aut meretricem sumpsit] Canon apost. cap. XVII. ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Id est, *Qui viduam duxit, aut divortio separatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quae publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.* Epitome S. Canon. fol. 17. Concil. Telense cap. IV. Concil. Gerundiense cap. VIII. Isidorus de offic. ecclesiast. lib. II. cap. V. Concil. Romanum cap. II. Corpus Canon. part. 1. distinct. XXXIV. Martinus Bracarensis in excerptis synodorum Graecar. tom. 2. Concil. cap. XXVI. Gregorius Magnus epist. lib. 2. epist. XXV.

Neque qui semetipsum quolibet corporis sui membro truncaverit] Canon apostol. cap. XXI. ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικὸς, αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός. Id est, *Qui sibi ipsi virilia amputavit, clericus non efficitor; sui enim ipsius homicida est, et inimicus creationi dei.* Vid. Photius patriarch. Constantinop. Nomocan. tit. 1. cap. XIV. Martinus Bracarensis episcop. in excerpt. capitul. Graecor. cap. XXI. tom. II. Concilior. Gelasius PP. in decretis cap. XX. Gelasius de Actis concil. Nicaeni pag. 157. Corpus Canon. part. I. distinct. LV.

Neque qui usuras accepisse convincitur] Concil. Carthaginense IV. c. LXVII. *Usurarios clericos nunquam ordinandos.* Martinus Bracarensis in excerpt. cap.

Graec. tom. 2. Concil. cap. LXIII. fol. 226. Gelasius de Actis concil. Nicaeni pag. 167. Iustinianus Imp. Novella 123. Concil. Eliberitanum cap. XX. Basilius Magnus tamen tradit in epitome S. Canon. fol. 18. *eum, qui usuras accepit, si lucrum iniustum expenderit, et in posterum usuras accipere desierit, ad sacerdotium posse admitti.* Ὁ τόκους (inquit) λαμβάνων, εἰ τὸ ἄδικον κέρδος εἰς πτωχοὺς ἀναλώσει, καὶ τοῦ λοιποῦ παύσαιτο τόκους λαμβάνων, δεκτὸς εἰς ἱερωσύνην.

Neque qui in scena lusisse dignoscitur] Canon. apost. cap. XLI. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. Id est, *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui vel alea vel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.* Vid. Photius Nomocan. titulo IX. cap. XXVII. Petrus Damianus epist. 2. fol. 358.

Neque eum qui publica paenitentia mortalia crimina deflet] Concil. Epaunense cap. IV. *Paenitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.* Stephanus PP. 1. epist. ad Hilarium tom. 1. Concil. fol. 156. Concil. Agathense cap. XLIII. Concil. Toletanum IV. cap. LIII. Concil. Arelatense III. cap. III. Concil. Arausican. 1. cap. XVI. Isidor. Hispalensis de offic. eccles. lib. 2. cap. V. Innocentius PP. 1. tom. 1. Concil. cap. VI. Corpus Canon. dist. L. Ludovicus Imp. addition. IV. ad Capitulare Caroli Magni c. IV. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XIV. quaest. V.

Neque eum qui aliquando insanivit] Canon. Concil. Niceni Arabici, quos Franc. Turrianus vertit cap. 1. *Iubemus ut insanus non fiat clericus.* Stephanus PP. epist. ad Hilarium tom. 1. Concil. fol. 156.

Vel diaboli afflictione vexatus] Epitome S. Canon. fol. 31. Ὁ δαιμονιῶν μήτε κληρούσθω, μήτε πιστοῖς συνευχέσθω, καθαρισθεὶς δὲ, εἰ ἄξιος, προςδεχθήτω. Id est, *Qui a daemone vexatur, neque clericus fiat, neque cum fidelibus precetur. Mundus autem, si dignus est, admittitor.* Gelasius PP. in decretis tom. 1. Concil. c. XXI. Photius Nomocan. tit. I. cap. XV. Concil. Arausican. 1. cap. XVI. Concil. Eliberitanum cap. XXIX.

Neque qui per ambitionem pecuniam offert] Canon. apost. cap. XXX. Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπὸ ἐμοῦ Πέτρου. Id est, *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiiciatur et ipse et ordinator eius, et a communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro.* Photius Nomocanon. tit. 1. cap. 24. Gregorius Magnus epist. lib. IX. epist. LV. Gennadius Constantinop. in epist. ad P. R. tom. biblioth. patrum. Tarasius patriarcha Constantinopolit. ad Hadrian. PP. in epist. de non faciendis pecunia ordinationibus. Concil. Chalcedon. act. XV. cap. II. Concil. Cabilonense c. XVI. Symmach. PP. in decret. tom. 1. Concil. cap. II. et V. Ludovicus Imp. ad Capitular. Caroli Magni cap. XIV. fol. 1200. Corpus Canon. part. 2. causa 1. quaest. 1. Ius Graeco-Roman. tom. 1. fol. 187. et sequent.

Cap. LXXIII. — Beatorum martyrum reliquias ac si Christi membra] Hieronym. epist. LIII. fol. 188. ad Riparium: *Nos martyrum reliquias non colimus, non adoramus, ne serviamus creaturae potius quam creatori. Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad dominum, qui ait, qui vos suscipit, me suscipit.* Vid. Theodoretus Cyri episcop. περὶ τῆς τῶν μαρτύρων τιμῆς orat. VIII. contra Graecos. Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. LV. Isidorus Hispalensis de offic. ecclesiast. lib. 1. cap. XXXIV. Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum lib. VI. fol. 140. lib. X, fol. 234. Chrysost. ad populum Antiochen. homil. LXVI. Ambros. sermone de Petro et Paulo apostolis fol. 142. in festo Nazarii et Celsi martyr. fol. 246. Iohan. Damascen. de fide orthodox. lib. IV. cap. XVI.

Eunomianus et Vigilantianus creditur] Hi enim basilicas martyrum non frequentabant, nec reliquias sanctorum venerabantur; Christianos illos, qui mortuorum hominum ossa suspiciebant, appellantes cinerarios et idololatras. Hieronym. ad Riparium presbyt. epist. LIII. fol. 188. adversus Vigilant. lib. 1. cap. III. fol. 191. in Esaiam lib. XVIII. c. LXV. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. c. XVI.

Cap. LXXIV. — Baptisatis tantum esse iter salutis credimus] S. patres eos qui regenerationis sacramenta non sunt adepti, omnino a consortio beatorum excludunt, ex illa maxime pronunciatione Christi Iohan. 3. vers. 5. ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰςελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, quam etiam trahunt ad infantes non baptizatos. Augustinus de peccatorum meritis et remissione contra Pelagian. lib. 1. cap. XXIV. *Optime Punici*

*Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem, sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant, sine quibus ad vitam aeternam nemo potest pervenire.* Autor lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. XXVII. apud Augustin. tom. 3. fol. 164. *Firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive cum de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis aeterni sempiterno supplicio puniendos: quia etsi propriae actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem, carnali conceptione et nativitate traxerunt.* Clemens Recognit. lib. VI. fol. 102. Cyrill. Hierosolymitan. in 3. cateches. illuminat. Hierosolym. fol. 20. Cyprianus de testimon. ad Quirinum lib. III. fol. 342. ad Demetrianum fol. 258. de mortalitate fol. 272. Caesarius Arelatens. episcop. orat. V. de pascha fol. 137. Primasius Afer in epistolam Pauli ad Roman. cap. V. p. 48. Isidorus Hispalens. de officiis ecceles. lib. 2. c. XXIV. in Genesin c. XIII. Sentent. lib. I. c. XXII. Augustinus epist. XXVIII. ad Hieronym. ad Valent. epist. XLIII. ad Evodium epist. CII. ad Sixtum presbyt. epist. CV. ad Bonifacium epist. CVI. ad Optatum epist. CLVII. de correptione et gratia cap. VIII. contra Iulianum Pelagianum lib. VI. fol. 750. et sequent. de baptismo contra Pelagianos tom. X. serm. XIV. de anima et eius origine ad Renatum lib. I. cap. IX. de nuptiis et concupiscentia lib. I. c. XX. de Genesi ad literam lib. X. cap. XV. de natura et gratia contra Pelagian. cap. VIII. Autor hypognost. apud Augustin. tom. VII. ad articul. V. fol. 953 et seq. Origenes in Lucam cap. II. homil. XIV. Gregorius Nyssenus adversus eos qui differunt baptisma fol. 470. Ambrosius de vocation. gentium lib. II. cap. VIII. de Abraham lib. II. c. XI. Tertullian. de baptismo cap. I. XII. et XIII. Beda super Genesin fol. 199. in Iohan. lib. I. cap. 2. Alcuinus de divinis officiis fol. 1975. Scholastici theologi, et ipse Augustinus, Nazianzenus, Nicetas et Athanasius, mitissimam poenam fore parvulorum non renatorum dicunt; *nimirum quod nullam materialis ignis, vel conscientiae vermis poenam sensuri sint, nisi quod visione dei in perpetuum carebunt.* Petrus Lombardus sentent. lib. 2. distinct. XXXIII. numer. 45. et sequent. lib. IV. dist. IV. num. 43. Durandus lib. II. dist. XXXIII. quaest. III. Augustin. contra Iulian. lib. V. c. VIII. In enchiridio ad Laurentium c. XCIII. de peccatorum meritis ac remissione lib. I. c. XVI. Gregorius Nazianzen. orat. XL. in sanctum baptisma fol. 653. *Parvuli non baptizati* μήτε δοξασθήσεσθαι, μήτε κολασθήσεσθαι περὶ τοῦ δικαίου κριτοῦ, ὡς ἀσφραγίστους μὲν, ἀπονήρους δὲ, ἀλλὰ παθόντας μᾶλλον τὴν ζημίαν, ἢ δράσαντας. οὐ γὰρ ὅστις οὐ κολάσεως ἄξιος, ἤδη καὶ τιμῆς, ὥσπερ οὐδὲ ὅστις οὐ τιμῆς, ἤδη καὶ κολάσεως. Nicetas Scholiastes graecus: *Tres gradus exsistunt: unus eorum qui supernis deliciis perfruuntur; alter eorum qui suppliciis aeternis excruciantur, medius eorum, qui nec caelestis regni voluptates sentiunt, nec poenis ullis torquentur, in quo et parvuli, qui baptismo perfusi non sunt, et qui cum baptismum expeterent, violento tamen aliquo casu impediti, suscipere non potuerunt, constituentur.* Athanas. quaest. ad Antioch. 114. fol. 309. Ποῦ ὑπάγουσιν τὰ τελευτῶντα νήπια; εἰς κόλασιν, ἢ εἰς βασιλείαν; καὶ ποῦ τὰ τῶν ἀπίστων νήπια; καὶ ποῦ τὰ τῶν πιστῶν ἀβάπτιστα ἀποθνήσκοντα τάττονται; μετὰ τῶν πιστῶν ἢ ἀπίστων; ἈΠΟΚΡΙΣΙΣ. Τοῦ κυρίου λέγοντος, ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρὸς μὲ, τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ πάλιν τοῦ ἀποστόλου φάσκοντος, νῦν δὲ τὰ τέκνα ὑμῶν ἅγιά ἐστιν, πρόδηλον ὅτι ὡς ἄσπιλα καὶ πιστὰ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσέρχονται τὰ τῶν πιστῶν βεβαπτισμένα νήπια. τὰ δὲ ἀβάπτιστα καὶ τὰ ἐθνικὰ, οὔτε εἰς βασιλείαν εἰσέρχονται, ἀλλ' οὔτε πάλιν εἰς κόλασιν, ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἔπραξαν. *Quo vadunt pueri morientes? Ad poenamne? an ad regnum. Et quo infidelium non baptizati, si decedant? recipiuntur cum fidelibusne, an cum infidelibus? Responsio: Cum dominus dicat, sinite pueros ad me venire, talium enim est regnum caelorum, item cum apostolus testetur, nunc filii vestri sancti sunt, constat incontaminatos et fideles in regnum ingredi fidelium baptizatos infantes. Ethnici vero et non baptizati neque in regnum ingrediuntur, neque etiam rursus in poenam, peccatum enim non designarunt.* Atquin hanc praedictorum patrum de non baptizatis infantibus opinionem sequuntur et approbant Pontificii, ut patet ex Gregorio de Valentia tom. IV. fol. 815. et Roberto Bellarmino de sacramentis baptismi lib. I. cap. IV. Nos vero parvulos fidelium absque tinctione sacra decedentes non damnari asserimus, quia necessitas baptismi non est absoluta, sed ordinata, nequaquam excludens extraordinariam dei actionem, salvationisque eius misericordiam, quam non ita legibus communibus traditionis Christianae et ipsis sacramentis alligavit, ut non absque

praeiudicio legis eiusdem. in causa necessitatis vel privationis. possit pueros nondum natos extra uterum intus sanctificare gratiae suae baptismo, vel virtute spiritus sancti. ut ait Iohannes de Gerson sermon. in nativit. Mariae virginis part. 3. considerat. 2. fol. 59. Vere igitur scribit Albertus Magnus Ratisbonens. episc. de sacramento eucharistiae distinct. VI. tract. 2. cap. 1. *Ille in quo baptismus non contemptu religionis, sed per articulum necessitatis excluditur, non amittit fructum baptismi, sed baptizatus baptismo flaminis in spiritu sancto reputatur. Tunc enim impletur invisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit.* Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. IV. Bernhardus Abbas Claraevall. epist. LXXVII. ad Hugonem de S. Victore. Durandus lib. IV. distinct. IV. quaest. I. Georgius Cassander de baptismo infantum. in consult. ad Ferdinandum Imp. articulo IX. p. 61. Iohan. Calvinus de baptismo lib. IV. institut. cap. XV. § 20. cap. XVI. § 28.

Nullum catechumenum vitam aeternam habere credimus] Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. 3. fol. 159. *Ex illo tempore, quo salvator noster dixit: Si quis regeneratus non fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei: absque sacramento baptismatis (praeter eos, qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt) nec regnum caelorum potest quisquam accipere, nec vitam aeternam.* Cyrillus Hierosolymitan. 3. cateches. illuminat. Hierosolym. p. 61. εἴτις μὴ λάβῃ τὸ βάπτισμα, σωτηρίαν οὐκ ἔχει, πλὴν μόνων μαρτύρων, οἳ καὶ χωρὶς τοῦ ὕδατος λαμβάνουσι τὴν βασιλείαν. *Si quis non baptisatur, salutem non habet, praeter solos martyres, qui vel sine aqua regno caelesti potiuntur.* Bernhardi sententia benignior, magis enim inclinat ad humanitatem. *In maiori,* (inquit epistola LXXVII. ad Hugonem fol. 1483.) *aetate quisquis post vulgatum ubique baptismi remedium renuit iam baptizari, generali originalique maculae addit et ex proposito crimen superbiae duplicem secum portans iustissimae damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Tamen si ante exitum resipuerit, et voluerit, et petierit baptizari, sed mortis praeoccupatus articulo forte obtinere nequiverit, dum non desit fides recta, spes pia, charitas sincera, propitius sit mihi deus, quia ego huic ob solam aquam si defuerit, nequaquam omnino possum desperare salutem, nec vacuam credere fidem, nec confundere spem, nec excidere charitatem, tantum si aquam non contemptus, sed sola (ut dixi) prohibeat impossibilitas.* Accedit Ambrosius de obitu Valentiniani Imp. adhuc catechumeni tom. V. fol. 112. *Audio vos dolere quod non acceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud est in nobis nisi voluntas, nisi petitio. Atqui dudum hoc voti habuit ut initiaretur. Non habet ergo gratiam quam desideravit; non habet quam poposcit! certe quia poposcit, accepit. Unde est illud: iustus quacunque morte praeventus fuerit, anima eius in refrigerio est. Solve igitur pater sancte munus servo tuo, quod poposcit sanus, robustus, incolumis. Si affectus aegritudine distulisset, tamen non penitus a tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis, non voluntate esset fraudatus. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam. Aut si quia solenniter non sunt celebrata mysteria, hoc movet: ergo et martyres, si catechumeni sunt, non coronentur. Non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sauguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas.* Zwinglius non solum catechumenis, qui in bonis operibus mortui sunt, verum etiam gentilibus, qui omnino Christum ignorarunt. vitam aeternam pollicetur. Ita enim in exposit. fidei Christianae fol. 559. Regem Galliae alloquitur: *Videbis in aeterna societate omnes sanctos, pios, sapientes, fortes, et honestos homines, Adam, Enoch, Noah, Abraham, Petrum, Paulum, Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones et Scipiones.* Haec mira sunt, haec nova sunt, haec falsa sunt. Mira stupemus, nova cavemus, falsa repudiamus. Augustin. contra Iulianum Pelagianum lib. 3. cap. 3. fol. 670. Petrus apud Clementem (citante Origene in Matthaeum cap. XXVI. tract. XXXV. fol. 110.) *Opera bona quae fiunt ab infidelibus in hoc seculo illis prosunt, non et in illo ad consequendam vitam aeternam.* Vide Athanasium ad Antiochum quaest. C. fol. 303. tom. 2. Augustinum in Psalm. XXXI. et LXVII. Contra Iulianum Pelagianum lib. IV. cap. 3. de gratia Christi contra Pelagium et Caelestinum lib. I. cap. XXVI. Georgium Cassandrum in consultat. articul. V. p. 38 de operibus impiorum.

Excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur] Dogma de baptismo sanguinis vetus est, cuius etiam meminit Clemens Constitut. Apost. lib. V. cap. V. Tertullianus de baptismo cap. XVI. in Scorpiaco adversus Gnosticos

cap. VI. Primasius African. episcop. in epistol. Pauli ad Roman. cap. VI. Cyrillus Hierosolymitan. cateches. XIII. illuminat. Hierosolym. fol. 110. Cyprianus ad Fortunatum epist. LXXIII. de exhortat. martyrii fol. 399. de stella et Magis fol. 409. Athanas. in quaest. ss. scriptur. quaest. CIII. ad Antiochum Principem quaest. LXXII. Origenes in Iohannem tract. VIII. fol. 194. in Matthaeum tract. XII. cap. XX. Ambrosius in Psalm. CXVIII. fol. 891. Haymo episcop. Halberstatt. in epistolam Pauli ad Roman. cap. VI. Nicetas in orat. Nazianzeni de sanctis luminibus fol. 842. Augustin. ad Seleuciam epist. CVIII. Gennadius hoc loco cum Origene et Prospero baptismum sanguinis vero baptismo exaequat. Origenes in Iudicum cap. VI. homil. VII. fol. 218. *Baptisma sanguinis solum est, quod nos puriores reddit, quam aquae baptismus reddidit.* ProsperTyro epigr. LXXXVIII.

*Si mundo moritur, divino fonte renascens,*
*Fitque novus vita, qui sepelitur aqua:*
*Fraudati non sunt sacro baptismate Christi,*
*Fons quibus ipse sui sanguinis unda fuit.*
*Et quidquid sacri fert mystica forma lavacri,*
*Id totum implevit gloria martyrii.*

Sed hoc falsum est, martyrium enim non proprie et simpliciter, sed per attributionem dicitur, et est baptismus, ac proinde eius efficacia non attingit ad efficaciam veri baptismi, qui proprie et simpliciter unus est, virtutemque habet ex passione Christi, et fit in aqua cum determinata forma verborum, et est sacramentum de quo dicit apostolus Paulus ad Ephes. IV. vers. 5. Unus dominus, una fides, unum baptisma. Vide Christophorum Pelargum theologum non vulgaris eruditionis in Iesuitismo novo de baptismo p. 90.

Baptizandus confitetur fidem suam] Apud antiquos gratiam baptismi suscepturi, publice fidelium populo audiente, symbolum reddebant. Ruffinus in expos. symboli apostolor. fol. 74. apud Hieronym. tom. IX. Ambrosius in Lucam lib. VIII. cap. XVIII. Tertullianus de baptismo cap. XX. Nazianzen. in s. baptisma. et de Cypriano orat. XVIII. Concil. Laodicenum cap. XLVI. Martinus Bracarensis episcop. in excerptis capit. Graecorum. tom. II. Concil. cap. XLIX. fol. 226. Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Imp. lib. VII. fol. 172. Severus Alexandrinus de ritibus baptismi fol. 54. Beda in Marcum lib. I. cap. I. Sic Victorinus rhetor ingressurus baptismum memoriter de loco eminentiore in conspectu sanctae multitudinis. Romae fidem profitetur suam. Augustin. confession. lib. VIII. cap. II. fol. 99.

Cap LXXV. — In eucharistia non debet pura aqua offerri] In sacrificio eucharistiae sola aqua utebantur ὑδροπαραστάται, quos damnat Cyprianus ad Caecilium epist. LXIII. fol. 131 et seq. Epiphanius haeres. XLVI. et XLVII. Philastrius haeres. LXXVII. Epitome S. Canon. fol. 18. Rabanus Maurus archiepiscop. Moguntiensis de propriet. sermon. lib. IV. cap. X.

Sed vinum cum aqua mixtum] Temperamenti et mixti calicis meminerunt ex veteribus Iustinus Martyr apologia II. pro Christian. fol. 76. 77. Irenaeus Lugdunens. episcop. contra haeres. lib. IV. cap. LVII. lib. V. cap. I. Clemens Constitut. apostol. lib. VIII. cap. XII. Λειτουργία quam S. Iacobo adscribunt fol. 24. Autor homil. de corpore et sanguine domini, apud Hieronym. tom. IX. fol. 248. Ambrosius de sacrament. lib. V. cap. I. Autor Commentarii in Marcum cap. XIV. Iulius PP. I. in decret. tom. I. Concil. cap. VII. Martinus Bracarens. episcop. in excerptis capit. Graecor. tom. 2. Concil. c. LV. Damascenus de fide orthodox. lib. IV. cap. XIV. Caesarius Arelatensis homil. V. de Pascha fol. 137. Patres Concil. Trullani canone XXXII. Concil. Africanum cap. IV. Concil. Carthaginiense III. cap. XXIV. Concil. Wormatiense cap. IV. Concil. Triburiense cap. XXIV. Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. cap. XVI. Paschasius de sacrament. eucharistiae cap. XI. Beda in Lucam lib. VI. cap. XXII. Micrologus de observat. ecclesiast. c. X. Algerus de sacramento eucharistiae lib. II. c. IV. Eugenius PP. IV. in decret. tom. III. Concil. fol. 506. Corpus Canon. distinct. 2. de consecratione. Thomas Aquinas 3. part. sum. quaest. LXXIV. articul. VI. Theophylactus in Ioh. cap. XIX. fol. 567. exsecratur Armenios, qui non admiscent in mysteriis aquam vino. Αἰσχυνέσθωσαν Ἀρμένιοι, οἱ μὴ παρακιρνῶντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. In epitome S. Canon. fol. 17. sacerdos qui non miscet vinum aqua, deponitur. Εἴ τις ὕδωρ μόνον, ὡς οἱ ὑδροπαραστάται, ἢ οἶνον, ὡς οἱ Ἀρμένιοι, ἀλλὰ μὴ οἴνῳ ὕδωρ μιγνὺς οὕτω τὴν ἄχραντον προσάγει θυσίαν, καθαιρείσθω. Et Pontificii etiam nunc

hanc admixtionem acriter urgent. Guilhelmus Durantus in rational. divin. officiorum lib. V. fol. 70. *Sicut aqua sine vino consecrari non potest: sic nec vinum sine aqua transsubstantiari valet. Illam itaque per oblivionem praetermittens, venialiter peccat, per negligentiam mortaliter, et est graviter puniendus.* Robertus Bellarminus de sacramento eucharist. lib. IV. cap. X. *Catholica ecclesia semper credidit ita necessarium esse aqua vinum misceri in calice, ut possit id non sine gravi peccato omitti.* Unde quoque patres Concilii Tridentini cap. VIII. Can. IX. omnes qui negant aquam miscendam vino in calice offerendo, anathematis gladio iugulant. Graeci hunc morem miscendi non observarunt. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. XVIII. cap. LIII. Innocentius PP. III. myster. missae lib. IV. cap. XXXII. fol. 390. Guilhelmus Durantus Minatens. eccles. episcop. in rationali lib. IV. fol. 70. Petrus Lombardus sentent. lib. IV. distinct. XI. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XI. numer. 36. Durandus de S. Portiano super sententias Petri Lombardi lib. IV. distinct. XII. quaest. V. *Dicitur quod Graeci aquam non apponunt, et tamen vere conficiunt*, neque enim est de necessitate sacramenti. Thomas Aquinas 3. part. sum. quaest. LXXIV. articul. VII. Bernardus Abbas Claraeval. ad Guidonem epist. LXIX. quoniam non legitur, quod in natali calicis Christus vinum aqua mixtum discipulis tradiderit. Paschasius de sacram. eucharistiae cap. XI. Rabanus Maurus de eucharist. cap. XI. Potest ergo in solo vino hoc sacramentum rite confici propter institutionem Christi, qui omnium princeps in vino vitis hoc sacramentum celebravit. Bonaventura lib. IV. sentent. distinct. XI. numer. 58. Albertus Magnus Ratisbonensis eccles. episcop. de sacr. eucharistiae distinct. III. tract. 2. c. 1. Thomas Aquinas 3. parte summ. quaest. LXXIV. articul. VI. Durandus sentent. lib. IV. distinct. XII. quaest. V. Iohannes Gerson de sacram. eucharistiae part. 2. fol. 26.

Cap. LXXVI. — Caro nostra non est mala, ut volunt Sethianus, Ophianus et Patricianus] Male hic confundit Gennadius Sethianos, Ophianos et Patricianos, quia unusquisque ex illis sua propria habet dogmata, et errores singulares. Sethiani filium Adami qui vocatur Seth honorant, et ipsum Christum esse opinantur. Ophiani colubrum nutriunt et venerantur, quod hic prior initium nobis scientiae boni et mali attulerit. Patriciani et Venustiani a lumbis usque ad pedes diabolum fecisse corpus hominis dicunt. Papias in Seth. Philastrius haeres. 1. et 3. Honorius haeres. XXXI. Epiphanius haeres. 37 et 39. Theodoret. fabul. haeret. lib. I. Isidorus Hispal. orig. lib. VIII. cap. V. Damascenus de haeres. fol. 578. Tertullianus praescription. adversus haeret. c. XLVII. Augustinus haeres. LXI. adversus Iulian. Pelagian. lib. V. cap. V.

Florianus] Papias: *Floriani haeretici a Floriano quodam dicti, qui docent dominum creasse mala, contra id quod scriptum est, Fecit dominus omnia bona.*

Arbitrio animae efficitur in nobis vel bona vel mala] Vidend. Ambrosius Mediolanensis episcop. lib. I. Hexaemer. cap. V. Theophylactus in Matthaeum c. VII. fol. 29. ἡ φύσις ἡμῶν, ἀγαθή ἐστιν, ὡς θεοῦ δημιούργημα, κατὰ δὲ προαίρεσιν πονηρευόμεθα. Augustinus in Iohan. tract. XLII. cap. VIII. fol. 214. *Bona est omnis natura, sed vitiata est hominis natura per voluntatem malam. Quod fecit deus non potest esse malum, si ipse homo non sit sibi malus.*

Cap. LXXVII. — In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur] Contra Origenem qui asserit in futuro seculo feminas redigendas in viros. Hieronym. adversus errores Iohannis Hierosolym. epist. LXI. cap. III. Iulianus episcop. Toletanus prognostic. lib. III. cap. XXIV. *Plerique hoc quod dicit apostolus: donec occurramus ei in virum perfectum, etc. omnes feminas in virili sexu resurgere credunt, pro eo quod vir ex limo, mulier vero ex latere viri facta sit. Nos autem magistrorum catholicorum sententiis eruditi, hoc credimus, hoc tenemus, quod omnipotens deus, qui utrumque sexum condidit, instituit ac redemit, utrumque in resurrectione restituet.* Iustinus Martyr in quaest. et responsion. ad orthodoxos quaest. LX. Augustin. de civitat. dei lib. XXII. cap. XVII. Athanasius in quaestion. ad Antiochum quaest. XXIV. Bonaventura sentent. lib. IV. distinct. XLIV. articul. 2. Clemens constitut. apostol. lib. V. cap. VI. Isidorus Hispalensis de officiis ecclesiast. lib. II. cap. XXIII. Autor de fide ad Petrum Diaconum cap. III. Hieronym. in epitaph. Paulae matris ad Eustoch. epist. XXVII. fol. 79. Adversus Iovinianum lib. I. cap. XXI. fol. 156. Rabanus Maurus de sermon. propriet. lib. IV. cap. X. Thomas Aquinas in addition. part. 3. summ. quaest. LXXXI. articul. 3.

Cap. LXXVIII. — Ante passionem et resurrectionem domini, omnes animae sanctorum in inferno] Arbitratur Gennadius ex quo peccavit Adam, et clausus est illi paradisus, nullius sancti animam in caelum ascendisse, sed omnes in inferno (posteriores *limbum patrum* dixerunt) detentas, propter quas etiam Christus descendit ad inferos, ut eos liberaret, et compotes sui faceret. Et haec est communis opinio multorum patrum. Cyrilli Hierosolym. κατηχήσ. δ. φωτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις pag. II. Tertulliani de anima cap. VII. et LV. Clementis Alexandrini lib. VI. Stromat. Damasceni de fide orthodox. lib. III. cap. XXIX. Augustini de tempore sermon. CLXXXI. Gregentii in disput. cum Herbano Iudaeo pag. 178. Hieronymi in Psalm. XXIII. fol. 28. in psalm. XV. fol. 15. psalm. CXVIII. fol. 159. in Danielem lib. I. cap. 3. Gregorii Magni moral. lib. IV. cap. XXVII. lib. XII. cap. VII. lib. XIII. cap. XVI. in S. Evangelia homil. XIX. fol. 391. homil. XXII. fol. 401. Fulgentii ad Trasimundum Regem lib. III. fol. 54. Autoris commentar. in Matthaeum cap. III. homil. V. fol. 557. apud Chrysost. tom. II. Gaudentii in exod. tractat. X. tom. VII. biblioth. patrum. Nicephori Callisti lib. I. cap. XXXI. Philippi presbyteri in Iob. lib. III. cap. XXXVIII. Procopii Sophistae in Esaiam fol. 154. Athanasii de salutari adventu Iesu Christi fol. 506. de passione et cruce domini fol. 802. Hieronymi tom. III. epist. CXXIX. fol. 370. in epistolam Pauli ad Thessalon. cap. IV. in epistol. ad Ephes. lib. II. cap. IV. Iuliani Episcopi Toletani prognost. lib. II. cap. XII. Theodori Abucarae in disputat. cum Emeseno cap. VII. Remigii Altisiodor. episcop. in Psalm. LXXXV. in Zachariam cap. IX. Bedae in Iob. lib. I. cap. X. Theophili Alexandrini episcop. allegor. in Iohan. fol. 191. tom. IV. biblioth. patrum. Ambrosii in epist. Pauli ad Roman. cap. V. Epiphanii contra Tatianos haeresis XLVI. Sedulii in epist. Pauli ad Roman. cap. V. Dionysii Carthusiensis in epist. Petri I. cap. III. in Acta apostol. cap. II. Thomae Aquinatis 3. part. summ. quaest. LIII. articul. V. et sequent. Ad eius confirmationem promunt haec scripturae testimonia. Genes. XXXVII. vers. 35. *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Ecclesiast. cap. XXIV. vers. 45. *Penetrabo omnes inferiores patres terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in dominum.* Zachariae IX. vers. 11. *Tu quoque in sanguine tuo emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.* Iob. cap. XXXVIII. vers. 17. *Apertae sunt tibi portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti.* I Pet. 3. vers. 19. *Et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit.* Bullingerus in Matthaeum cap. XXV. Iohan. Calvinus institut. lib. II. cap. XVI. § 9. Beza in acta Apostol. cap. II. in epistol. Petri I. cap. 3. et in epist. ad Ephes. cap. IV. aiunt praedicta loca male a veteribus detorta ad carcerem poenalem piarum animarum; cum illae etiam ante Christi adventum et passionem in tranquillitatis sinu immunes a poena fuerint, exspectandae nimirum resurrectionis solatia carpentes. Illorum assertioni non videtur contradicere Augustinus, dum fatetur, se adhuc nescire, quid boni Christi descensus ad inferos contulerit illis iustis, qui in sinu Abrahae erant, a quibus secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam recessit. Sed loca Augustini ipsa in medium protrahemus ex epist. XCIX. ad Evodium tom. II. fol. 284. *Quod primum hominem patrem generis humani ex inferno solverit Christus, ecclesia fere tota consentit: quod eam non inaniter credidisse credendum est, etiamsi canonicarum scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas. Addunt quidam hoc beneficium etiam antiquis sanctis fuisse concessum, Abel, Seth, Noë, et domui eius, Abraham, Isaac et Iacob, aliisque patriarchis et prophetis, ut cum dominus in infernum venisset, illis doloribus solverentur. Sed quonam modo intelligatur, Abraham in cuius sinum etiam pius pauper susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non video, explicant fortasse qui possunt. Solos autem duos, id est Abraham et Lazarum, in illo memorabilis quietis sinu fuisse antequam dominus in inferna descenderet, et de istis tantum duobus dictum fuisse illi diviti: inter vos et nos chaos magnum firmatum est etc. nescio utrum quisquam sit, cui non videatur absurdum. Porro si plures quam duo ibi erant, quis audeat dicere, non ibi fuisse patriarchas et prophetas, quibus in scriptura dei iustitiae pietatisque tam insigne testimonium perhibetur! Quid his ergo praestiterit, qui dolores solvit inferni, in quibus illi non fuerunt, nondum intelligo: praesertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Quod si nunquam in divinis auctoritatibus legitur, non utique sinus ille Abrahae, id est secretae cuiusdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda est, quanquam in*

*his ipsis tanti verbis magistri, ibi ait dixisse Abraham, inter vos et nos chaos magnum firmatum est, satis ut opinor appareat non esse quandam partem et quasi membrum inferorum tantae illius felicitatis sinum. Chaos enim magnum quid est nisi quidam hiatus, multum ea separans inter quae non solum est, verum etiam firmatus est? Quapropter si in illum sinum Abrahae Christum mortuum venisse sancta scriptura dixisset, non nominato inferno eiusque doloribus, miror si quisquam ad inferos eum descendisse, asserere auderet. Sed quia evidentia testimonia et infernum commemorant et dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur venisse salvator, nisi ut ab eius doloribus salvos faceret. Sed utrum omnes quos in eis invenit, an quosdam quos illo beneficio dignos iudicavit, adhuc requiro. Fuisse tamen eum apud inferos, et in eorum doloribus constitutis hoc beneficium praestitisse non dubito. Unde illis iustis, qui in sinu Abrahae erant, cum ille in inferna descenderet, nondum quid contulisset inveni, a quibus eum secundum beatificam praesentiam suae divinitatis nunquam video recessisse.* Et de Genesi ad Litteram tom. III. fol. 498. lib. XII. cap. XXXIII. *Illud me nondum invenisse confiteor, inferos appellatos, ubi iustorum animae requiescunt. Et Christi quidem animam usque ad ea loca venisse, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret a tormentis, quos esse solvendos occulta sua nobis iustitia iudicabat, non immerito creditur. Quomodo enim aliter accipiendum sit, quod dictum est: quem deus suscitavit ex mortuis etc. non video nisi ut quorundam dolores apud inferos eum solvisse accipiamus, ea potestate qua dominus est, cui omne genu flectitur, caelestium, terrestrium, et inferorum, per quam potestatem etiam illis doloribus quos solvit, non potuit teneri. Neque enim Abraham vel ille pauper in sinu eius, hoc est, in secreto quietis eius, in doloribus erat, inter quorum requiem et alia inferni tormenta, legimus magnum chaos firmatum, sed nec apud inferos esse dicti sunt. Contigit enim, inquit, mori inopem illum et afferri ab angelis in sinum Abrahae; mortuus est autem et dives, et sepultus est, et cum apud inferos esset in tormentis, etc. Videmus itaque inferorum mentionem non esse factam in requie pauperis, sed in supplicio divitis. Proinde ut dixi, nondum inveni, et adhuc quaero, nec mihi occurrit, inferos alicubi in bono posuisse scripturam duntaxat canonicam. Non autem in bono accipiendum sinum Abrahae, et illam requiem, quo ab angelis pius pauper ablatus est, nescio utrum quisquam possit audire, et ideo quomodo eum apud inferos credamus esse, non video.* Hactenus Augustinus erudite quidem et vere. Illud autem notatu dignum, quod idem vir sanctus in psalmum LXXXV. tom. VIII. fol. 652. duo inferna statuit, *inferius et superius: quorum in uno quieverunt animae iustorum; in altero torquentur animae impiorum.* Sed haec protulisse videtur non affirmando sed opinando. Inquit enim, *fratres sive illud sive istud sit, hic me scrutatorem verbi dei, non temerarium affirmatorem teneatis.* Certe Origenes περὶ ἀρχῶν lib. IV. cap. II. et Ambrosius in cap. V. epistol. Pauli ad Roman. ante Augustinum hoc dogma proposuerunt in suis scriptis,* repertique qui illorum opinionem probarent. [Hos refutat Hieronymus in Psalm. LXXXV. fol. 108. *Eripuisti animam meam ex inferno inferiori, etc. Non quod duo inferna sint,* inquit, *sed iste superiorem infernum peccatum dixit, inferiorem vero qui est verus infernus, in quo peccatores damnantur. Laudat ergo ob hoc misericordiam domini, quod sit erutus a supplicio inferioris inferni.*] Scholasticis hoc commentum valde placuit. Non enim contenti illis, quae priores de inferno duplici delirarunt, alia adhuc duo inferna exsculpserunt, atque ita effecerunt infernum quadruplicem. I. *infernum damnatorum.* II. *limbum puerorum.* III. *purgatorium.* IV. *limbum patrum.* Bonaventura Albanensis episcop. lib. IV. distinct. XLV. num. 12. et 15. Durandus de S. Portiano sentent. lib. III. distint. XXII. quaest. IV. *Sciendum est quod quadruplex est infernus, secundum quadruplex poenarum genus. Quibusdam enim datur poena damni, hoc est, perpetua carentia visionis divinae, et perpetua poena sensus, ratione peccati actualis, mortalis, in quo decesserunt. Et ii dicuntur esse in inferno damnatorum. Aliis debetur perpetua poena damni absque poena sensus, scilicet decedentibus in solo peccato originali, qui dicuntur esse in limbo puerorum. Aliis debetur poena sensus et damni, non quidem perpetua, sed temporalis, illis scilicet, qui decesserunt in gratia, debitores alicuius poenae, eo quod in praesenti vita non satisfecerunt plene de culpis commissis. Et isti dicuntur esse in purgatorio. Aliis vero solum*

*) Gregor. Magnus in Iob. lib. 12. cap. 9. Beda in psalm. 85. Bernard. serm. 2. de assumpt. Mariae fol. 149.

*debetur sola poena damni: absque ulla poena sensus; et isti dicebantur esse in limbo patrum: qui prohibebantur ante passionem Christi a visione divina, eo quod non erat satisfactum pro peccato totius naturae, quamvis hi non essent obnoxii alicui poenae pro peccatis suis personalibus.* Viderint Pontificii quemadmodum haec figmenta defendant. Nos (qui nihil probamus, nisi quod ecclesiasticum est, quodque conspiret germanae, et ipso aevo pronatae propheticae, apostolicaeque paraturae) malumus dubitare de occultis, quam litigare de incertis, melius ducentes in inscientiae finibus atque * ignorantiae permanere, simpliciterque imperitiam confiteri, quam inerudita temeritate, sine divinarum scripturam auctoritate, nugas aniles et fabulosa gentium dogmata sub nomine Christiano in ecclesiam dei introducere. Tertullianus de anima c. I. et II. Hieronymus ad Hedibiam epist. CL. quaest. X. fol. 420. Augustinus ad Optatum epist. CLVII. de Genesi ad literam lib. VIII. cap. V.

Cap. LXXIX. — Post ascensionem domini ad caelos omnium sanctorum animae ad Christum vadunt] Isidorus Hispalens. sentent. lib. I. cap. XIV. *Sancti ex tempore resurrectionis Christi statim ut de corpore exeunt, mox ad caelestem habitationem ascendunt, quod antiquis patribus non dabatur. Nam ante adventum salvatoris, quamvis sine poena supplicii, tamen non in caelo, sed in inferno sanctorum animae tenebantur, pro quibus absolvendis dominus in infernum descendit.* Gregorius Nazianz. orat. funebri in laudem Caesarii fratris fol. 173. Πείθομαι σοφῶν λόγοις ὅτι ψυχὴ πᾶσα καλή τε καὶ θεοφιλὴς, ἐπειδὰν τοῦ συνδεδεμένου λυθεῖσα σώματος ἐνθένδε ἀπαλλαγῇ, εὐθὺς μὲν ἐν συναισθήσει καὶ θεωρίᾳ τοῦ μένοντος αὐτὴν καλοῦ γενομένη, ἅτε τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνακαθαρθέντος ἢ ἀποτεθέντος, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ, τι καὶ λέγειν χρὴ, θαυμασίαν τινὰ ἡδονὴν ἥδεται, καὶ ἀγάλλεται, καὶ ἵλεως χωρεῖ πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην, ὥσπερ τι δεσμωτήριον χαλεπὸν τὸν ἐνταῦθα βίον ἀποφυγοῦσα, καὶ τὰς περικειμένας ἀποσεισαμένη πέδας, ὑφ' ὧν τὸ τῆς διανοίας πτερὸν καθείλκετο. Καὶ οἷον ἤδη τῇ φαντασίᾳ καρποῦται τὴν ἀποκειμένην μακαριότητα. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τὸ συγγενὲς σαρκίον ἀπολαβοῦσα ὧτα ἐκεῖθεν συνεφιλοσόφησε, παρὰ τῆς καὶ δούσης καὶ πιστευθείσης γῆς, τρόπον ὃν εἶδεν ὁ ταῦτα συνδήσας, καὶ διαλύσας θεὸς, τούτῳ συγκληρονομεῖ τῆς ἐκεῖθεν δόξης. Καὶ καθάπερ τῶν μοχθηρῶν αὐτοῦ μετέσχε διὰ τὴν συμφυΐαν, οὕτω καὶ τῶν τερπνῶν ἑαυτῆς μεταδίδωσιν, ὅλον εἰς ἑαυτὴν ἀναλώσασα, καὶ γενομένη σὺν τούτῳ ἓν καὶ πνεῦμα, καὶ νοῦς, καὶ θεὸς, καταποθέντος ὑπὸ τῆς ζωῆς τοῦ θνητοῦ τε καὶ ῥέοντος. Id est: *Sapientum verbis adducor ut credam, pulchram omnem animam et deo charam, posteaquam corporis vinculis soluta, hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet, persentientem et contemplantem, (utpote eo, quod tenebras offundebat, vel purgato, vel deposito, vel, quo verbo ea res appellanda sit nescio) mirabili quadam voluptate affici et exultare, atque hac vita, tanquam gravi quodam ergastulo liberatam, compedibusque illis, quibus mentis alae deprimebantur solutam, summa cum hilaritate ad dominum suum tendere, ac reconditam beatitudinem iam velut per imaginem et simulacrum percipere: post etiam aliquanto, cum cognatam carnem a terra quae et dederat, et in fidem acceperat, receperit, (quod quomodo fiet is novit, qui ea inter se coniunxit atque dissolvit) tum demum eam quoque ad gloriae caelestis haereditatem secum admissuram, et quemadmodum ob naturae coniunctionem aerumnarum ipsius particeps fuerat, sic etiam iucunditates suas cum ipsa communicaturam, totum videlicet corpus in se ipsum absumentem, et cum eo unum effectam, et spiritum et mentem, et deum, absorpto nimirum a vita eo, quod mortale et caducum erat.* Valde frigidum et frivolum est, quod Gregorius Magnus dialog. lib. IV. c. XXV. et Beda tom. VIII. in lib. quaest. fol. 402. non omnibus iustis, sed *perfecte iustis* hoc beneficium tributum dicunt. Quis enim poterit perfecte iustus esse in hac mortalitate, *ubi caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem.* Macarius homil. VIII. pag. 106. Augustin. de peccatorum meritis et remissione contra Pelagianos lib. II. c. XIII. Contra epistolam Parmeniani lib. II. cap. VII. Lactantius lib. VI. cap. XV. Hieronym. in Psalm. CXIV. fol. 150. *In praesenti seculo perfectus iustus nemo esse potest, neque David, neque apostoli, neque aliquis sanctorum.*

Peccatorum animae in inferno] Fabulam πυρκαθαρτηρίου quam sophistae cerebrosi acriter in suis scriptis urgent, hoc loco omnino evertit Gennadius, duas duntaxat habitationes (omni medio et tertio loco excluso) asserens, ad quas animae corporibus humanis exutae, migrant, caelum nimirum et infernum. Gennadio

*) Melius est enim nescire quam errare. Augustin. in Iohan. tract. 27.

manum porrigit Hieronymus in Amos cap. XIX. fol. 123. *Quando anima vinculis laxata corporeis, volandi quo velit, sive quo ire compellitur, habuerit libertatem, aut ad inferna ducetur, aut ad caelestia sublevabitur.* Et Augustin. de peccator. meritis et remissione cap. XXVIII. *Non est ullus ulli locus medius, ut possit esse, nisi cum diabolo, qui non est cum Christo.* Autor hypognostici articul. V. apud Augustin. tom. VII. fol. 957. *Primum locum fides catholicorum divina auctoritate regnum credit esse caelorum: secundum gehennam: tertium penitus ignoramus, imo nec esse in scripturis sacris invenimus.* Autor de rectitud. catholic. conversat. apud Augustin. tom. 9. fol. 797. *Scitote quod anima cum a corpore avellitur, statim in paradiso pro bonis operibus, aut certe pro malis in inferno praecipitatur continuo.* Et his longe antiquior Iustinus Martyr in quaest. et respons. ad orthodox. quaestion. LXXV. fol. 339. Ἐνταῦθα μὲν τὰ τῆς ἑνώσεως πάντα κοινὰ ὑπάρχει δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ οὐδεμία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς διαφορὰ κατὰ τοῦτο. Οἷον τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ἀποθνήσκειν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ πένεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτοις ὅμοια. Μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον εὐθὺς γίνεται τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἡ διαστολή. Ἄγονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς ἀξίους αὐτῶν τόπους. Αἱ μὲν τῶν δικαίων ψυχαὶ εἰς τὸν παράδεισον, ἔνθα συντυχία τε καὶ θέα ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων, κατ' ὀπτασίαν δὲ καὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἐκδημοῦντες ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημοῦντες πρὸς τὸν κύριον. Αἱ δὲ τῶν ἀδίκων ψυχαὶ, εἰς τοὺς ἐν τῷ ᾅδῃ τόπους, κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος. Ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη συναντήσας σοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Καί εἰσιν ἐν τοῖς ἀξίοις αὐτῶν τόποις φυλαττόμεναι ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως καὶ ἀνταποδόσεως. Id est. *In hac vita quae in unione corporis et animae obtingunt communia sunt iustorum et iniustorum omnia: et nulla est eis, quantum ad hoc pertinet differentia: sicuti gigni et mori, valere et aegrotare, ditescere et egere, et alia hisce similia. Post exitum vero animarum e corpore illico iusti ab iniustis segregantur. Abducuntur enim ab angelis ad condigna sibi loca. Ac iustorum quidem animae in paradisum, ubi consuetudine et aspectu fruuntur angelorum et archangelorum; per visionem autem et ipsius servatoris Christi pro eo atque dictum est: peregre absumus a corpore, et praesentes adsumus apud dominum. Iniustorum autem animae in ipsius Orci loca; pro eo atque dictum est de Nabuchodonosore rege Babylonis: infernus subter exacerbatus est in occursum adventus tui, etc. Et asservantur quaeque in locis se dignis, usque ad resurrectionis et compensationis diem.*

Cap. LXXX. — Poenitentia aboleri peccata] Ἐπειδήπερ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἀσυγχώρητος παρὰ τῷ θεῷ, ἐν τοῖς γνησίως καὶ κατ' ἀξίαν μετανοοῦσιν. Athanasius *de communi essentia patris, et filii, et spiritus sancti* tom. I. fol. 392. Alcuinus de divinis officiis fol. 1922. *Oportet ad paenitentiam accedere cum omni fiducia, et ex fide credere indubitanter, paenitentia aboleri posse peccata, etiamsi in ultimo vitae spiritu commissa paeniteat.* Chrysost. tom. V. serm. de poenit. et in Matth. cap. VI. homil XX. Theodoret divinor. decret. epitom. fol. 415. Lactant. lib. VI. cap. XXIV. Autor de fide ad Petr. Diacon. cap. III. Bachiarius de recipiendis lapsis fol. 419. tom. I. biblioth. patrum. Epiphan. haeresi LIX. Augustin. de agone Christiano cap. XXX. et XXXI.

Novatianus est] Is docebat, *quod post baptismum paenitere non liceat: et quod mortale peccatum ecclesia donare non possit; imo perire ecclesiam recipiendo peccatores.* Pacianus ad Sympronianum epist. III. fol. 310. tom. I. biblioth. patrum. Remigius Altisiodorensis episcop. in Ioëlem cap. II. fol. 268. Athanasius contra omnes haereses tom. I. fol. 853. Nicephorus Callistus ecclesiast. histor. lib. VI. cap. III. Augustin. tom. IV. in quaestion. vet. et novi Testamenti quaestion. CII. de haeresibus cap. XXXVIII. Eusebius ecclesiast. histor. lib. IV. cap XXXIV.

Cap. LXXXI. — Internas animi cogitationes diabolum non videre] Extat hoc caput apud Rabanum Maurum de sermon. proprietat. lib. IV. cap. X. Chrysost. in Iohan. cap. III. homil. XXIII. *Humanorum cordium cognitio solius dei est, qui ea formavit. Tu enim, inquit, cognoscis corda solus.* Athanasius ad Antioch. quaest. XCIX. fol. 303. Προγνώστης καὶ καρδιογνώστης μόνος ὁ θεὸς ὑπάρχει. Ἐπεὶ οὐδὲ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι τὰ ἐν καρδίᾳ, ἢ τὰ μέλλοντα ἐπίστανται. Origenes in Iob. lib. I. fol. 237. Theophylact. in Marcum c. II. Durandus sentent. lib. II. distinct. VIII. quaest. IV. Thomas Aquinas Quodlib. XII. articul. VI.

Sed motibus eas corporis] Hieronym. in Psalm. XVI. fol. 16. *Diabolus in anima intrinsecus nescit quid cogitat homo, nisi per exteriores motus intelligat.*

Cassian. collat. lib. VII. cap. XV. fol. 1057. *Nulli dubium est, quod possint spiritus immundi cogitationum nostrarum attingere qualitates, sed indiciis eas sensibilibus forinsecus colligentes, id est, ex nostris dispositionibus, aut verbis, et studiis, in quae propensius conspexerint nos inclinari. Caeterum illas, quae necdum de internis animae prodierunt, adire omnino non possunt. Ipsas quoque cogitationes, quas ingerunt, utrum susceptae sint, vel quemadmodum susceptae sint, non per ipsius animae naturam, id est per illum interiorem motum in medullis saepius latitantem, sed ex motibus atque indiciis exterioris hominis deprehendunt.* Augustinus retractat. lib. II. cap. XXX. Thomas Aquinas part. I. summ. quaest. LVII. articul. IV.

Cap. LXXXII. — Non omnes malae cogitationes semper diaboli instinctu] Hunc locum imitatus est Beda in Marcum lib. II. cap. VII. tom. VII. in homil. quadrages. fol. 358. in lib. quaestion. tom. VIII. fol. 405. *Omnes cogitationes malae non semper instinctu diaboli excitantur, sed aliquando ex nostri arbitrii motu emerguntur. Bonae autem cogitationes semper a deo sunt.* Hieronymus in Matth. lib. II. cap. XV. fol. 31. *Arguendi, qui cogitationes a diabolo immitti putant, et non ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor et incensor malarum cogitationum potest esse, auctor esse non potest. Si autem semper in insidiis positus levem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammarit, non debemus opinari, eum cordis quoque occulta rimari, sed ex corporis habitu et gestibus aestimare quid versemus intrinsecus; verbi gratia, si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor iaculo amoris vulneratum.*

Aliquotiens ex nostri arbitrii] Cogitationes tum bonas, tum malas gignit ex sese cor. Bonas quidem ex suggestione boni spiritus, malas ex amarulentia daemonum. Basilius Magnus in constitut. exercitator. cap. XVII. Ambrosius in Psalmum CXVIII. fol. 966. tom. II. Gregorius Nyssenus homil. IX. in cantica canticor. Iohan. Gerson. 3. part. operum pag. 71. Diadochus de perfect. spirituali cap. LXXXIII. S. Antiochus ad Eustoch. de cogitation. pag. 151. S. Macarius Eremita homil. XVI. Theodoretus enarrat. in Oseam prophet. fol. 607. Athanasius ad Antiochum quaest. XV. Origenes in Lucam cap. II. homil. XII. *Si bonae cogitationes in corde nostro fuerint, et in animo iustitia pullularit, haud dubium, quin nobis loquatur angelus domini. Si vero mala fuerint in corde nostro versata, loquitur nobis angelus diaboli.* Bernhardus in meditat cap. XV. *Caro mea de luto est, et ideo lutosas cogitationes ab illa habeo. Vanas et curiosas a mundo, a diabolo malas et malitiosas.*

Bonae cogitationes semper a deo sunt] Hieronym. in Ezechiel. lib. V. c. XVI. *Cogitationes bonae a deo hominibus inseruntur.* Bernhardus super cantica serm. XXXII. fol. 666. *Cum mala in corde versamus, nostra cogitatio est, si bona, dei sermo est.* Vide illum in lib. de interiori domo cap. XXXIX. et XL.

Cap. LXXXIII. — Daemones per ἐνέργειαν non credimus substantialiter] Didymus de spiritu sancto lib. III. *Animam vel mentem hominis nulla creatura iuxta substantiam potest implere, nisi sola trinitas. Non autem participatione naturae implet quempiam diabolus, aut eius habitator efficitur, sed per fraudulentiam, et deceptionem, et malitiam inhabitare in eo creditur, quem implevit.* Vide Clementem Alexandrin. Stromat. lib. II. fol. 177. Cassianum collat. lib. VII. cap. XII. et XIII. Paschasium Diaconum Roman. de spiritu sancto lib. II. cap. I. Bedam in Acta apostol. cap. V. fol. 878. Autorem de spiritu et anima apud Augustin. tom. 3. fol. 618. c. XXVII. Thomam Aquinat. Quodlibet. 3. articul. VIII. Bonaventuram lib. II. sentent. distinct. VIII. numer. 48. Petrum Lombardum sentent. lib. II. distinct. VIII. ubi integrum hoc caput sub nomine Gennadii citat.

Cap. LXXXIV. — Signa et prodigia peccatores facere] Autor. Commentar. in Matth. c. VII. homil. XXV. c. XXI. homil. XXIX. c. XXIV. homil. XLIX. Beda in Apocal. cap. XIII. Hieronym. in epist. Pauli ad Galat. cap. III. fol. 131. Iustin. Martyr. in quaest. ad orthodox. quaest. V. fol. 309. Athanasius ad Antioch. quaest. CX. Anastasius episcop. Nicenus quaest. XXIII. in ss. scripturas.

Signa et prodigia etiam peccatores facere] Fit hoc propter reprobos ob condemnationem eorum qui faciunt, vel ob utilitatem eorum, qui vident et audiunt, ut licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorent, ad cuius invocationem tanta fiant miracula. Beda in Acta apostol. cap. XIX. fol. 907. Oecumenius in Acta apost. cap. XIX.

Cum alios hac praesumptione iuvent, sibi per ambitionem nocent] Ut Scevae

illi Iudaei principis saerdotum filii, in quos (dum nescio qua vana gloria ducti, non credentes in Iesum, daemonia expellere volunt) daemoniacus insiliit, et misere eos afflixit. Acta apost. cap. XIX. vers. 16. et inibi Oecumenius et Beda. Petri Siculi historia pag. 57.

Cap. LXXXV. — Signis et prodigiis clarum fieri Christianum non sanctum] Cyprianus de unit. eccles. fol. 232. *Prophetare et daemonia excludere, et virtutes magnas in terris facere, sublimis utique et admirabilis res est, non tamen regnum caeleste consequitur, quisque in his omnibus invenitur, nisi recti et iusti itineris observatione gradiatur.* Chrysostom. tom. V. de *compunct. cordis* fol. 495. Athanas. ad Antioch. quaest. LXXXVIII. Augustin. de sermon. domini in monte fol. 832. Ambrosius in epist. Pauli ad Corinth. I. cap. XIII.

Cap. LXXXVI. — Nullus sanctus et iustus caret peccato] Ἐπειδὴ τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου φύσεως, ut ait Nazianz. de baptismo fol. 640. Foede igitur errant Pelagianistae, qui asserunt homines, si velint, sine peccato esse posse. Iohan. Cassianus de incarnat. Christi lib. I. Hieronymus adversus Pelagium ad Ctesiphontem tom. I. fol. 266. et sequent. Clemens Alexandrinus παιδαγωγ. lib. I. cap. II. Athanas. ad Antioch. quaest. CXXXVI. fol. 339. de incarnat. domini fol. 462. Theodoret. de select. s. scriptur. quaestion. quaest. IX. Augustinus de peccator. meritis et remiss. lib. II. c. VII. in enchiridio ad Laurent. cap. LXIII. Bernhardus de nativit. domini serm. I. Sozomenus ecclesiast. histor. lib. VII. cap. XVI. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXIV. Tertullianus de anima cap. XLI.

Ideo veraciter omnes sancti se pronunciant peccatores] S. Iohannes epist. Catholic I. c. I. Iob. c. XIV. Ecclesiast. c. VII. Cyprianus de orat. dominica fol. 245. Augustinus de spiritu et litera ad Marcellin. cap. II. tom. X. de verbis apostoli sermon. XXIX. Cassianus collat. XXII. cap. XIII. Hieronym. contra Pelagian. lib. III. cap. V. Lactant. lib. VI. cap. XIII. Isidor. Synonym. lib. I. fol. 312.

Cap. LXXXVII. — Pascha ante transgressum vernalis aequinoctii] Quo mense ac die celebritas s. paschae agi deberet, varie apud veteres disceptatum fuit. Sancti apostoli, Anatolius et Occidentales usque ad Oceanum, post aequinoctium vernale: Galli die VIII. Kal. April. Polycrates Ephesiorum episcopus, Syri, Cilices, Mesopotamii et Asiani cum Iudaeis XIV. luna quacunque die septimanae, omnimodo observandum Pascha dicebant. Cum igitur hae tales observationes per singulas provincias tenerentur, non leviter contristati sunt sacerdotes, eo quod a quibus una fides profiteretur, eorum dissentirent ieiunia. Pius igitur primus et Victor Romanae urbis episcopi, huic malo publico mederi cupientes, ordinationem fecerunt, ut die dominico a XIV. luna primi mensis, usque ad XXI. eiusdem mensis diem, paschalis celebraretur festivitas. Postmodum in plenaria synodo Nicaena orbi universo Christiano persuasum est, ut pascha recto iure, uno eodemque die et tempore a cunctis catholicis perageretur ecclesiis. Canon Apostol. cap. VIII. Eusebius ecclesiast. hist. lib. V. cap. XXIII. et XXIV. de vita Constantini Imp. lib. 3. cap. V. et XVII. lib. VIII. cap. XIX. XXV. lib. IV. cap. XXXVI. et sequent. Socrates ecclesiast. histor. lib. I. cap. VI. lib. V. c. XXI. Hieronymus catalog. viror. illustr. in Polycrate. Histor. Tripart. lib. IX. cap. XXXVIII. Nicephorus Callistus lib. XII. cap. XXXIII. Theodoretus ecclesiast. histor. lib. I. cap. X. Sozomenus lib. XII. cap. XVIII. et XIX. Pius PP. I. in univers. Christi fideles tom. I. Concil. fol. 85. Victor PP. ad Theophilium Alexandriae episcop. tom. I. Concil. fol. 93. Ambrosius de paschali celebritate tom. IV. fol. 304. et seq. Gregorius Nyssenus orat. in resurrect. domini. Iunilius in Genesin fol. 33. Corpus Canon. part. III. distinct. 3. de consecrat. cap. XXI. et sequent. Augustin. in nov. et vet. Testament. quaest. tom. IV. quaest. LXXXIII. fol. 839. et ad Ianuarium epistol. CXIX. Beda de argumentis lunae fol. 198. et sequent. de aequinoct. vernali. tom. II. fol. 346. de ratione tempor. cap. LVII. et seq. Epiphanius contra Audianos haeres. LXX. Rabanus Maurus de institut. clericor. lib. II. cap. XXXIX. Isidor. Hispalens. origin. lib. VI. cap. I. de officiis ecclesiast. cap. XXXI. Clemens constitut. lib. V. cap. XVI. Gaudent de paschae observat. fol. 50. Autor epistolae de celebrat. paschae apud Hieronym. tom. IX. fol. 98. Athanas. de synodis Arimini et Seleuciae fol. 672. in epistola ad Africanos episcopos fol. 718.

Cap. LXXXVIII. — Imaginem in aeternitate] Caesarius Arelatens. episcop. homil. XII. *In anima et mente ad imaginem dei facti sumus, secundum carnem vero de limo terrae formati sumus.* Eucherius in Genesin lib. I. cap. VIII. *In interiore homine est conditoris sui imago, imago in aeternitate, similitudo in moribus.* Bernhardus serm. I. de annunciat. B. Mariae fol. 125. Durandus sentent. lib. I. distinct. 3. quaestion. I. Claudianus Mamerti episcop. de statu animae lib. III. fol. 726. Damascen. de fide orthodox. lib. II. cap. XII. Theodoret. in Genesin quaest. XX. Athanas. de communi essent. patris, filii et spiritus sancti fol. 393. Augustin. de Genes. contra Manichaeos lib. I. cap. XVII. Faustus de libero arbitrio lib. II. cap. VII. Ambrosius de dignitate conditionis humanae cap. II.

# INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE

QUI CITANTUR

IN

## PHILASTRO.

# INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE

QUI CITANTUR

IN

## AUGUSTINO, PRAEDESTINATO, PSEUDO-TERTULLIANO, PSEUDO-HIERONYMO, ISIDORO, PAULO, HONORIO, GENNADIO.

# INDEX RERUM.

## B.



## C.

## D.



## E.

## F.



## G.



## H.

## N.



## O.



## P.

## Q.

R.



S.



T.

## V.



## X.



## Z.

# INDEX VOCABULORUM.

## A.



## B.



## C.

## D.



## E.



## F.



## G.



## H.



## I.

Berolini, typis Gustavi Lange.